



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



DORSCH, M. D.
Monroe, Mich.

THE DORSCH LIBRARY.



The private Library of Edward Dorsch, M. D., of
Monroe, Michigan, presented to the University of Michi-
gan by his widow, May, 1888, in accordance with a wish
expressed by him.


T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
LIBRI

QUI SUPERSUNT OMNES.



TOMUS TERTIUS.
EDITIO NOVA EMENDATIOE.

H A L L A E,
IMPENSIS ORPHANOTROPHÆ.
MDCCLXV.



T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBER XXXI.

EPITOME LIBRI XXXI.

Belli adversus Philippum Macedoniae regem, quod intermissum erat, repetiti causae referuntur haec. Tempore Initiorum duo juvenes Acarnanes, qui non initiati erant, Aethenas venerunt, et in sacrarium Cereris cum aliis popularibus suis intraverunt. ob hoc, tanquam nefas summum commississent, ab Atheniensibus caesi sunt. Acarnanes, mortibus suorum commoti, ad vindicandos illos auxilium a Philippo petierunt. Paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam, quingentesimo quinquagesimo anno ab urbe condita, cum Atheniensium, qui obsidebantur a Philippo, legati auxilium a senatu petissent, et senatus id censuisset ferendam, plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, dissentiente, tenuis auctoritas Patrum, ut sociae civitati ferri opem populus quoque juberet. Bellum id P. Sulpicio consuli mandatum est: qui, exercitu in Macedonia ducto, equestribus prodiis cum Philippo prospere pugnavit. Abydeni a Philippo obsessi, ad exemplum Sanguntinorum, suos seque occiderunt. L. Furius praetor Gallos Insubres rebellantes et Hamilcarem Poenum, bellum in ea parte molientem, acie vicit. Hamilcar eo bello occisus est, et millia hominum triginta sex. Praeterea expeditiones Philippi regis et Sulpicii consulis, expugnationesque urbium ab utroque factas, continet. Sulpicius consul, adjuvantibus rege Attalo et Rhodiis, bellum gerens. Triumphavit de Gallis L. Furius praetor.

LIBER XXXI.

I. **M**e quoque juvat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli Punici pervenisse. n. In est profiteri aulum, perscripturum res omnes Romanas, in partibus singulis tanti operis fatigari minime conveniat; tamen, cum in mentem venit, tres et sexaginta annos (tot enim sunt a primo Punico ad secundum bellum finitum) aequae multa volumina occupasse mihi, quam occuparint quadringenti octoginta octo anni a condita urbe ad Ap. Claudium consulem, qui primus bellum Carthaginensibus intulit; jam provideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quidquid progredior, in vastiorem me altitudinem, ac velut profundum invehi, et crescere paena opus, quod prima quaeque perficiendo minui videbatur. Pacem Punicam bellum Macedonicum exceperit; periculo haudquam comparandum, aut virtute ducis, aut militum robore: claritate regum antiquorum, vetustaque fama gentis, et magnitudine imperii, quo multam quondam Europae, majorem partem Asiae obtinuerant armis, prope nobilius. Ceterum coeptum bellum adversus Philippum decem ferme ante annis, triennio prius depositum erat, cum Aetoli et belli et pacis fuissent causae. Vacuos deinde pace Punica jam Romanos et insensos Philippo, cum ob infidam adversus Aetolos aliosque regionis ejusdem socios pacem, tum ob auxilia cum pecunia nuper in Africam missa Hannibali Poenisque, preces Atheniensium, quos agro pervastato in urbem compulerat, excitaverunt ad renovandum bellum.

II. Sub idem fere tempus et ab Attalo rege, et Rhodiis legati venerunt, nuntiantes, Asiae quoque civitates sollicitari. His legationibus responsum est, curae Asiaenam rem senatui fore. Consultatio de Macedonico bello integra ad consules, qui tunc in proelio cum Bojis erant, rejecta est. Interim ad Ptolemaeum Aegypti regem legati tres missi, C. Claudius Nero, M. Aemilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus: ut et annuntiarent victum Hannibalem Poenoque, et gratias age-

agerent regi, quod in rebus dubiis, cum finitimi etiam socii Romanos desererent, in fide mansisset; et peterent, ut, si esset injuriis bellum adversus Philippum suscepissent, pristinum animum erga populum Romanum conservaret. Eodem fere tempore P. Aelius consul in Gallia, cum audisset a Bojis ante suum adventum incursionem in agros lociorum factas, duabus legionibus subitarius tumultus ejus causa scriptis, additisque ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo, C. Oppium praefectum socium hac tumultuaria manu per Umbriam (quam tribum Sappiniam vocant) agrum Bojorum invadere jussit. ipse eodem, aperto itinere, per medios montes duxit. Oppius, ingressus hostium fines, primo populationes satis prospere ac tuto fecit, delecto deinde ad castrum Mutilus satis idoneo loco, ad demetenda frumenta (jam enim maturae erant segetes) profectus, neque explorato circa, nec stationibus satis firmis, quae armatae inermes atque operi intentos tutarentur, positus, improvise impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumventus. Inde pavor fugaque etiam armatos cepit. Ad septem millia hominum palata per segetes sunt caesa: inter quos ipse C. Oppius praefectus: ceteri in castra metu compulsi, inde sine certo duce consensu militari proxima nocte, relicta magna parte rerum suarum, ad consulem per saltus prope invios pervenere, qui, nisi quod populatus est Bojorum fines, et cum Ingaunis Liguribus foedus icit, nihil, quod esset memorabile, aliud in provincia cum gessisset, Romam rediit.

III. Cum primum senatum habuit, universis postulanti- bus, ne quam prius rem, quam de Philippo lociorumque querelis, ageret; relatum extemplo est: crevitque frequens senatus, ut P. Aelius consul, quem videretur ei, cum imperio mitteret, qui, classe accepta, quam ex Sicilia Cn. Octavius reduceret, in Macedoniam trajiceret. M. Valerius Laevinus propraetor missus, circa Vibonem duodequadragesima navibus ab Cn. Octavio acceptis, in Macedoniam transmisit. ad quam cum M. Aurelius legatus venisset, edocuisseque eum, quoniam exercitus, quantum navium numerum comparasset rex,

et quemadmodum circa omnes non continentis modo urbes, sed etiam insulas, partim ipse adeundo, partim per legatos, conciret homines ad arma; majore conata Romanis id capeffendum bellum esse, ne, cunctantibus iis, auderet Philippus, quod Pyrrhus prius ausus ex aliquanto minore regno esset; haec eadem scribere Aurelium consulibus et senatui placuit.

IV. Exitu hujus anni cum de agris veterum militum relatum esset, qui ductu atque auspicio, P. Scipionis in Africa bellum perfecissent; decreverunt Patres, ut M. Junius praetor urbis, si ei videretur, decem viros agro Samniti Appuloque, quod ejus publicum populi Romani esset, metiendo dividendoque crearet. Creati P. Servilius, Q. Caecilius Metellus, C. et M. Servillii, (Geminis ambobus cognomen erat) L. et A. Hostilii Catones, P. Villius Tappulus, M. Fulvius Flaccus, P. Aelius Paetus, Q. Flaminius. Per eos dies, P. Aelii consule comitia habente, creati consules P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta. Praetores exinde facti, Q. Minucius Rufus, L. Furius Purpureo, Q. Fulvius Gillo, Cn. Sergius Plancus. Ludi Romani Icenici eo anno magnifice apparateque facti ab aedilibus curulibus, L. Valerio Flacco et L. Quinctio Flaminino. biduum instauratum est. frumentique vim ingentem, quod ex Africa P. Scipio miserat, quaternis aeris populo cum summa fide et gratia diviserant. Et plebeji ludi ter totum instaurati ab aedilibus plebis, L. Apulstio Fullone et Q. Minucio Rufo: qui ex aedilitate praetor creatus erat. et Jovis epulum fuit ludorum causa.

V. Anno quingentesimo quinquagesimo secundo ab urbe condita, P. Sulpicio Galba, A. Aurelio consulibus, bellum cum rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam. Omnium primum eam rem Idibus Martiis, quo die tum consulatus inibat, P. Sulpicius consul retulit: senatusque decrevit, uti consules majoribus hostiis rem divinam facerent, quibus Diis ipsis videretur, cum precatione ea: *Quam rem senatus populusque Romanus de republica deque ineundo novo bello in animo haberet, ea res uti populo Romano, fociis-*

sociisque, ac nomini Latino, bene ac feliciter eveniret: secundum rem divinam precationemque, ut de republica deque provinciis senatum consularent. Per eos dies opportune irritandis ad bellum animis, et literae a M. Avelio legato, et M. Valerio Laevino propraetore allatae: et Atheniensium nova legatio venit, quae regem appropinquare finibus suis nuntiaret: brevique, non agros modo, sed urbem etiam in ditione ejus futuram, nisi quid in Romanis auxilii foret. Cum pronuntiasent, consules, rem divinam rite perfectam esse, et precationem admisisse Deos haruspices respondere, laetaque exta fuisse; et prolationem finium, victoriamque, et triumphum portendi; tam literae Valerii Aureliique lectae, et legati Atheniensium auditi. Senatus inde consultum factum est, ut sociis gratiae agerentur; quod diu sollicitati, ne obsidionis quidem metu fide decessissent. de auxilio mittendo tum respondere placere, cum consules provincias sortiti essent: atque is consul, cui Macedonia provincia evenisset, ad populum tulisset, ut Philippo regi Macedoniam indiceretur bellum.

VI. P. Sulpicio provincia Macedonia forte evenit, isque rogationem promulgavit, *Vellent, juberent Philippo regi Macedonibusque, qui sub regno ejus essent, ob injurias armaque illata sociis populi Romani, bellum indici*. alteri consuli Aurelio Italia provincia obtigit. Praetores exinde sortiti sunt; Cn. Sergius Plancus urbanam, Q. Fulvius Gillo Siciliam; Q. Minucius Rufus Bruttios, L. Furius Purpureo Galliam. Rogatio de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata est. id cum fessis diuturnitate et gravitate belli sua sponte homines taedio laborum periculorumque fecerant, tum Q. Baebius tribunus plebis, viam antiquam criminandi Patres ingressus, incusaverat bella ex bellis feri, ne pace unquam frui plebs posset. Aegre eam rem passi Patres, laceratusque probris in senatu tribunus plebis: et consulem pro se quisque hortari, ut de integro comitia rogationi ferendae ediceret, castigaretque segnitiam populi: atque doceret, quanto damno dedecorique dilatio ea belli futura esset.

VII. Consul in campo Martio comitiis habitis, priusquam centurias in suffragium mitteret, concione advocata, Ignorare, inquit, videmini mihi, Quirites, non, utrum bellum an pacem habeatis, vos consuli: (neque enim liberum id vobis permittit Philippus, qui terra marique ingens bellum molitur) sed utrum in Macedonia legiones transportetis, an hostem in Italiam accipiaris. Hoc quantum interfit, si unquam ante alias, Punico certe proximo bello experti estis. Quis enim dubitat, quin, si Seguntinis obsessis fideinque nostram implorantibus impigre tulissemus opem; sicut patres nostri Maeruntinis sulerant, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa etade nostra in Italiam accepimus? Ne illud quidem dubium est, quin hunc ipsum Philippum, patrum jam per legatos literasque cum Hannibale in Italiam trajicere, misso cum classe Laevino, qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuaverimus, et quod tunc fecimus, cum hostem Hannibalem in Italia haberemus, id nunc, pulso Italia Hannibale, devictis Carthaginiensibus, cunctantur facere? Pariamur expugnandis Athenis, sicut Segunto expugnando Hannibalem passi sumus, seguntium nostram experiri regem. Non quinto inde mense, quemadmodum ab Segunto Hannibal, sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit naves, in Italiam pervenit. Ne acquaveritis Hannibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas; Pyrrho certe aquabitis: dico, quantum vel vir viro, vel gens genti praestet. Minima accessio semper Empirus regno Macedoniae fuit, et hodie est. Peloponnesum totam in ditione Philippus habet, Argosque ipsos, non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos. Nostra nunc compara, quantum magis florentem Italiam, quanto magis integras res, salvis ducibus, salvis tot exercitiis, quos Punicum postea bellum absumpsit, aggressus Pyrrhus tamen concussit, et victor prope ad ipsam urbem Romanam venit! Nec Tarentini modo oraque illa Italiae, quam majorem Graeciam vocant, ut linguam, ut nomen secutos crederes, sed Lucanus, et Bruttius, et Samnis, a nobis defecerunt. Haec vos, si Philippus in Italiam transmisit, quidem aut mansura in fide creditis? Manserunt enim

Pa-

*Punica postea bello. nunquam isti populi, nisi cum de-
erit, ad quem desciscant, a nobis non deficient. Si piguis-
set vos in Africam irajicere, hodie in Italia Hannibalem
et Carthaginenses hostes haberetis. Macedonia potius,
quam Italia, bellum habeat. hostium urbes agrique ferro
atque igni vastentur. Experti jam sumus foris nobis,
quam domi, feliciora potentioraque arma esse. Ite in
suffragium, bene juvantibus Diis, et, quas Patres cen-
suerunt, vos jubere. Hujus vobis sententiae non consul
modo auctor est, sed etiam Dii immortales; qui mihi
sacrificanti precantique, ut hoc bellum mihi, senatus,
vobisque, et sociis ac nominis Latino, classibus exercitibus-
que nostris bene ac feliciter eveniret, laeta omnia pro-
speraque portendere.*

VIII. Ab hac oratione in suffragium missi, uti ro-
garet, bellum jusserunt. Supplicatio inde a consulibus
in triduum ex senatusconsulto indicta est, obsecratique
circa omnia pulvinaria Dii, ut, quod bellum cum Phi-
lippo populus jussisset, id bene ac feliciter eveniret.
consultique feciales ab consule Sulpicio, bellum, quod
indiceretur regi Philippo, utrum ipsi utique nuntiari
juberent; an satis esset, in finibus regni quod proximi-
mum praesidium esset, eo nuntiari? feciales decreverunt,
utrum eorum fecisset, recte facturum. Consuli a Patri-
bus permissum, ut, quem videretur, ex iis, qui extra
senatum essent, legatum mitteret ad bellum regi indi-
cendum. Tum de exercitibus consulum praetorumque
actum. consules binas legiones scribere jussi; veteres di-
mittere exercitus. Sulpicio, cui novum ac magni no-
minis bellum decretum erat, permissum, ut de exercitu,
quem P. Scipio ex Africa deportasset, voluntarios, quos
posset, duceret: invitum ne quem militem veterem du-
cendi jus esset. Praetoribus L. Furio Purpureoni et Q.
Minucio Rufo quina millia socium Latini nominis consul
daret: quibus praesidiis alter Galliam, alter Bruttios pro-
vinciam obtineret. Q. Fulvius Gillo et ipse jussus ex eo
exercitu, quem P. Aelius consul habuisset, ut quisque
minime multa stipendia haberet, legere, donec et ipse
quinque millia socium ac nominis Latini effecisset: id

praefidio Siciliae provinciae esset. M. Valerio Faltoni, qui praetor priore anno Campaniam provinciam habuerat, prorogatum in annum imperium est; uti propraetor in Sardiniam trajiceret, atque de exercitu, qui ibi esset, quinque millia socium nominis Latini, qui eorum minime multa stipendia haberet, legeret. Et consules duas urbanas legiones scribere iussi: quae, si quo res posceret, multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate, iraque inde tumentibus, mitterentur. Sex legionibus Romanis eo anno usura respublica erat.

IX. In ipso apparatu belli legati ab rege Ptolemaeo venerunt, qui nuntiarunt, *Athenienses adversus Philippum petisse ab rege auxilium. ceterum, etsi communes socii sint, tamen, nisi ex auctoritate populi Romani, neque classem, neque exercitum defendendi aut oppugnandi cujusquam causa regem in Graeciam missurum esse. Voluerunt eum in regno, si populo Romano socios defendere liceat; vel Romanos quiescere, si malint, passurum, atque ipsam auxilia, quae facile adversus Philippum veteri Athenas possent, missurum.* Gratiae regi ab senatu actae, responsumque; *Tusari socios populo Romano in animo esse: si qua re ad id bellum opus sit, indicaturos regi; regnique ejus opes scire subsidia firma ac fidelia suae respublicae esse.* Munera deinde legatis in singulos quinum millium aeris ex senatusconsulto missa. Cum delectum consules haberent, pararentque, quae ad bellum opus essent: civitas religiosa, in principii maximeavorum bellorum, supplicationibus habitis jam, et obsecratione circa omnia pulvinaria facta, ne quid praetermitteretur, quod aliquando factum esset, ludos Jovi donumque votere consullem, cui provincia Macedonia evenisset, iussit. Moram voto publico Licinius pontifex maximus attulit, qui negavit, *ex incerta pecunia votere debere. si ea pecunia non posset in bellum usui esse, reponi statim debere, nec cum alia pecunia misceri. quod nisi factum esset, votum rite solvi non posse.* Quanquam et res, et auctor movebat, tamen ad collegium pontificum referre consul iussus, si posset recte votum incertae pecuniae suscipi. posse, rectiusque etiam esse, pontifices de-

decreverunt. Vovit in eadem verba consul, praeunte maximo pontifice, quibus antea quinquennalia vota suscipi solita erant: praeterquam quod tanta pecunia, quantum, cum solveretur, senatus censuisset, ludos donaque facturum vovit. Toties ante lucū magni de certa pecunia voti erant: ii priui de incerta.

X. Omnium animis in bellam Macedonicum versis, repente nihil minus eo tempore timentibus, Gallici tumultus fama exorta est. Insuabres, Cenomanique, et Boji, excitis Salyis, Ilvatibusque, et ceteris Ligustinis populis, Hamilcare Poeno duce, qui in iis locis de Hasdrubalis exercitu substiterat, Placentiam invaserant: et, direpta urbe, ac per iram magna ex parte incensa, vix duobus millibus hominum inter incendia ruinasque relictis, trajecto Pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicinae urbis audita clades spatium colonis dedit ad claudendas portas, praesidiaque per muros disponenda: ut obsiderentur tamen prius, quam expugnarentur, nuntiosque mitterent ad praetorem Romanum, L. Furium Purpureo tum provinciae praeerat: cetero ex senatusconsulto exercitu dimisso, praeter quinque millia socium ac Latini nominis, cum iis copiis in proxima regione provinciae circa Ariminum substiterat. Is tum senatui scripsit, quo in tumultu provincia esset. *Duarum coloniarum, quae ingentem illam tempestatem Punicis belli subterfugissent, alteram captam ac direptam ab hostibus, alteram oppugnari. Nec in exercitu suo satis praesidii colonis laborantibus fore, nisi quinque millia socium quadraginta millibus hostium (tot enim in armis esse) trucidanda objicere velit, et tanta sua clade jam inflatos excidio coloniae Romanae augere hostium animos.*

XI. His literis recitatis decreverunt, ut C. Aurelius consul exercitum, cui in Etruriam ad conveniendum diem edixerat, Arimini eadem die abesse iuberet, et aut ipse, si per commodum reipublicae posset, ad opprimendum Gallicum tumultum proficisceretur; aut L. Furio praetori scriberet, ut, cum ad eum legiones ex Etruria venissent, missis in vicem earum quinque millibus socio-

runt, qui interim Etruriae praesidio essent, proficisceretur ipse ad coloniam liberandam obsidione. Legatos item mittendos in Africam censuerunt, eosdem Carthaginem, eosdem in Numidiam ad Masinissam. Carthaginem, ut nuntiarent, civem eorum Hamilcarem relictum in Gallia, haud satis scire ex Hasdrubalis prius, an ex Magonis postea exercitia, bellum contra foedus facere. Exercitus Gallorum Ligurumque excivisse ad arma contra populum Romanum. eum, si pax placeret, revocandum illis, et dedendum populo Romano esse. simul nuntiare iussi, perfugas sibi non omnes redditos esse; ac magnam partem eorum palam Carthagini obversari dici: quos comprehendi conquirique debere, ut sibi ex foedere restituantur. Haec ad Carthaginenses mandata. Masinissae gratulari iussi, quod non patrium modo recuperasset regnum, sed, parte florentissima Syphacis finium adiecta, etiam auxisset, nuntiare praeterea iussi, bellum cum rege Philippo susceptum, quod Carthaginenses auxiliis iuvisset, injuriasque inferendo sociis populi Romani, flagrante bello Isalia, coegisset classes exercitusque in Graeciam misit; et, distinendo copias, causa inprimis fuisset ferius in Africam trajiciendi. Petere, ut ad id bellum mitteret auxilia Numidarum equitum. Dona ampla data, quae ferrent regi, vasa aurea argenteaque, toga purpurea, et palmata tunica cum eburneo scipione, et toga praetexta cum curuli sella: iustique polliceri, si quid ei ad firmandum augendumque regnum opus esse iudicasset, esse id populum Romanum merito eius praestaturum. Verminae quoque Syphacis filii legati per eos dies senatum adierunt, excusantes errorem adolescentiamque, et culpam omnem in fraudem Carthaginensium avertentes. Et Masinissam Romanis ex hoste amicum factum: Verminae quoque annisurum, ne officiis in populum Romanum aut a Masinissa, aut ab ullo alio vincatur. Petere, ut rex, sociusque, et amicus ab senatu appellaretur. Responsum legatis est: Et patrem eius Syphacem sine causa ex socio et amico hostem repente populi Romani factum: et eum ipsum rudimentum adolescentiae bello laceffentem Romanos posuisse. Itaque pacem illi prius petendam a populo Romano esse, quam ut rex, socius-

sociusque, et amicus appelletur. Nominis ejus honorem pro magnis erga se regum meritis dare populum Romanum consueisse. Legatos Romanos in Africa fore, quibus mandaturum senatum, ut Verminae pacis dent leges, liberum arbitrium sis populo Romano permittente. Si quid ad eas addi, demi, mutarive vellet, rursus ab senatu ei postulandum fore. Legati cum iis mandatis in Africam missi, C. Terentius Varro, Sp. Lucretius, Cn. Octavius. quinquere mes singulis datae.

XII. Literae deinde in senatu recitatae sunt Q. Minucii praetoris, cui Bruttii provincia erat: *Pecuniam Locris ex Proserpinae thesauris nocte clam sublatam; nec, ad quos pertineat facinus, vestigia ulla exstare.* Indignus passus senatus, non cessari ab sacrilegiis, et ne Plemnium quidem, tam clarum recensque noxae simul ac poenae exemplum, homines deterrere. C. Aurelio consuli negotium datum, ut ad praetorem in Bruttios scriberet: *senatus placere, quaestionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius praetor triennio ante habuisset. Quae inventa pecunia esset, reponi. si quo minus inventum foret, expleri: ac piacularia, si videretur, sicut ante pontifices censuissent, fieri causa expiandae violationis ejus templi.* Prodigia etiam sub idem tempus pluribus locis nuntiata acciderunt. In Lucanis coelum aruisse afferebant. Priverni sereno per diem totum rubrum solem fuisse. Lanuvii templo Sospitae Junonis nocte strepitum ingentem exortum. Jam animalium obsceni foetus pluribus locis nuntiabantur. in Sabiniis incertus infans natus, masculus an femina esset. alter sexdecim jam annorum item ambiguo sexu inventus. Frusinone agnatis cum sullo capito, Sinuessae porcus cum capite humano natus: in Lucanis in agro publico equuleus cum quinque pedibus. Foeda omnia et deformia, errantisque in alienos foetus naturae visa. Ante omnia abominati semimares, jussique, in mare extemplo deportari: sicut proxime, C. Claudio, M. Livio consulibus, deportatus similis prodigii foetus erat. Nihilominus decemviros adire libros de portento eo jusserunt. Decemviri ex libris res divinas easdem, quae proxime

secundum id prodigium factae essent, imperarunt. carmen praeterea ab ter novenis virginibus cani per urbem iusserunt, donisque Junoni Reginae ferri. Ea uti fierent, C. Aurelius consul ex decemvirorum responso curavit. Carmen, sicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula.

XIII. Expiatis omnibus religionibus, (nam etiam Locris sacrilegium pervestigatum a Q. Minucio erat, pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita) cum consules in provincias proficisci vellent; privati frequentes, quibus ex pecunia, quam M. Valerio, M. Claudio consulibus mutuam dederant, tertia pensio debebatur eo anno, adierunt senatum: quia consules, cum ad novum bellum, quod magna classe magnisque exercitibus gerendum esset, vix aerarium sufficeret, negaverant esse, unde iis in praesentia solveretur. Senatus querentes eos non sustinuit, *Si in Punicum bellum pecunia dato, in Macedonicum quoque bellum uti respublica vellet; alius ex aliis orientibus bellis, quid aliud quam publicitatem, pro beneficio, tanquam ob noxam, suam pecuniam fore?* Cum et privati aequum postularent, nec tamen solvendo aere alieno respublica esset, quod medium inter aequum et utile erat, decreverunt, *Usque quoniam magna pars eorum agros vulgo venales esse diceret, et sibi metis opus esse; agri publici, qui intra quinquagesimum lapidem esset, copia iis fieret. Consules agrum aestimatos, et in jugera asses vectigales, restandi causa publicum agrum esse, imposituros; ut, si quis, cum solvere posset populus, pecuniam habere, quam agrum, malles, restitueret agrum populo.* Laeti eam conditionem privati acceperunt. Trientis Tabuliusque is ager, quia pro tertia parte pecuniae datus erat, appellatur.

XIV. Tum P. Sulpicius, secundum vota in Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus ab urbe, Brundisium venit, et, veteribus militibus voluntariis ex Africano exercitu in legiones descriptis, navibusque ex classe consulis Cornelii lectis, altera die, quam

quam a Brundisio solvit, in Macedoniam trajecit. Ibi ei praesidio fuere Atheniensium legati, orantes, ut se obli-
dione eximeret. Nullus exemplo Athenas est C. Clau-
dius Censitho, cum viginti longis navibus, et militum
copiis, neque enim ipse rex Athenas obsidebat, eo maxi-
me tempore Abydum oppugnabat, jam omnia Rhodiis et
Attalo navalibus certaminibus, neutro feliciter proelio,
vires expertus. Sed animos ei faciebat, praeter fere-
ciam insitam, foedus iotum cum Antiocho Syriac rege,
divitiaeque jam cum eo Aegypti opes; cui, morte audita
Ptolemaei regis, ambo immanebant. Contraxerant au-
tem sibi cum Philippo bellum Athenienses haudquaquam
digna causa: dum ex vetere fortuna nihil praeter ani-
mos servant. Acarnanes duo juvenes per Initiatorum dies,
non initiati, templum Cereris, imprudentes religionis,
cum caetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodi-
dit, absurde quaedam percontantes: deductique ad
antistites templi, cum palam esset, per errorem ingres-
sos, tanquam ob infandum scelus, interfecti sunt. Id
tam foede atque hostiliter factum gens Acarnanum ad
Philippum detulit: impetrevitque ab eo, ut, datis Ma-
cedoniam auxiliis, bellum se inferre Atheniensibus pate-
retur. Hic exercitus, prima terram Atticam ferro igni-
que depopulatus, cum omnis generis praeda in Acarna-
niam rediit: et irritatio animorum ea prima fuit, postea
jussum bellum decretis civitatis ultro indicendo factum.
Attalus enim rex Rhodiique, persecuti, sedentem in Ma-
cedoniam Philippum, cum Aeginam venissent; rex Pi-
raecum, renovandae firmandaeque cum Atheniensibus
societatis causa, trajecit. Civitas omnis obviam effusa
cum conjugibus ac liberis, sacerdotes cum insignibus
suis, intransientem urbem, ac Dii prope ipsi exciti sedibus
suis, exceperunt.

XV. In concionem extemplo populus vocatus, ut
rex, quae vellent, coram ageret: deinde ex dignitate ma-
gis visum, scribere eum, de quibus videretur, quam
praesentem aut referendis suis in civitatem beneficiis eru-
bescere, aut significationibus acclamationibusque multi-
tudinibus, assentatione inmodica pudorem onerantis. In

litteris autem, quae missae in concionem recitataeque sunt, commemoratio erat beneficiorum primum in civitatem sociam; deinde rerum, quas adversus Philippum gessisset; ad postremum adhortatio, *Copeffendum bellum, dum se, dum Rhodios, rum quidem, dum etiam Romanos haberent. Nequidquam postea, si tum cessassent, praetermissam occasionem quaesituros.* Rhodii deinde legati auditi sunt: quorum recens erat beneficium, quod naves longas quatuor Atheniensium, captas nuper a Macedonibus recuperatasque, remiserant. itaque ingenti consensu bellum adversus Philippum decretum. Honores regi primum Attalo immodici, deinde et Rhodiis habiti: tum primum mentio illata de tribu, quam Attalida appellerent, ad decem veteres tribus addenda: et Rhodiorum populus corona aurea virtutis gratia donatus, civitasque Rhodiis data, quemadmodum Rhodii prius Atheniensibus dederant. Secundum haec rex Attalus Aeginam ad classem se recepit. Rhodii Ciam ab Aegina, inde per insulas Rhodum navigarunt: omnibus, praeter Andrum, Parumque, et Cythnum, quae praesidiis Macedonum tenebantur, in societatem acceptis. Attalum Aeginae, missi in Aetoliam nuntii, expectatique inde legati, aliquamdiu nihil agentem tenuere: et neque illos excire ad arma potuit, gaudentes utcumque composita cum Philippo pace. et ipse Rhodiique, si institissent tunc Philippo, egregium liberatae per se Graeciae titulum habere potuissent: patiendo rursus eum in Hellespontum trajicere, occupantemque Graeciae opportuna loca vires colligere, bellum aluere; gloriamque ejus gesti perfectique Romanis concesserunt.

XVI. Philippus magis regio animo est usus: qui, cum Attalum Rhodiosque hostes non sustinisset, ne Romano quidem, quod imminebat, bello territus, Philocle quodam ex praefectis suis cum duobus millibus peditem, equitibus ducentis ad populandos Atheniensium agros misso, classe tradita Heraclidi, ut Maroneam peteret, ipse terra eodem cum expeditis duobus millibus peditem, equitibus ducentis pergit. Et Maroneam quidem primo impetu expugnavit: Aenum inde eum magna

gno labore, postremo prodicione Ganymedis praefecti Ptolemaei, cepit deinceps alia castella, Cypsela, et Doriscum, et Serrheum, occupat. inde progressus ad Chersonesum, Elaenuta et Alopeconnesum, tradentibus ipsis, recepit. Callipolis quoque et Madytos dedita, et castris quaedam ignobilia. Abydeni, ne legatis quidem admittis, regi portas clausurunt. ea oppugnatio diu Philippum tenuit: eripique ex obsidione, in cessatum ab Attalo et Rhodiis foret, potuerunt. Attalus trecentos tantum milites in praesidium, Rhodii quadrimremam unam ex classe, cum ad Tenedum staret, miscrunt. eodem postea, cum jam vix sustinerent obsidionem, et ipse Attalus cum trajecisset, spem tantum auxilii ex propinquo ostendit, neque terra, neque mari aditus locis.

XVII. Abydeni primo, tormentis per muros dispositis, non terra modo aditus arcabant, sed navium quoque stationem infestam hosti faciebant. postea, cum et miri pars strata ruinis, et ad interiorem raptum oppositum murum cuniculis jam perventum esset, legatos ad regem de conditionibus tradendae urbis miserunt. Paciscebantur autem, ut Rhodiam quadrimremam cum locis navalibus, Attalique praesidium emitti liceret; atque ipsis urbe excelsere cum singulis vestimentis. Quibus cum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus, respondisset; adeo renuntiata haec legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit, ut, ad Saguntiam rabiem versi, matronas omnes in templo Dianae, pueros singenuos, virginesque, infantes etiam cum suis nutricibus, in gymnasium includi juberent: aurum et argentum in forum deferri, vestem pretiosam in nave Rhodiam Cyzicenamque; quae in portu erant, congeri; sacerdotes victimasque adduci, et altaria in medio poni. ibi delecti primum, qui, ubi caesam aciem suorum, pro dituto muro pugnantem, vidissent, extemplo conjugum liberosque interficerent; aurum, argentum, vestemque, quae in navibus esset, in mare dejicerent; tectis publicis privatisque, quam plurimis locis possent, ignes subjicerent; et, se facinus perpetratos, praevocantibus execrabilis carmen sacerdotibus, iurejurando adacti: tum mili-

taris aetas jurare, neminem vivum, nili victorem, acie excessurum. Hi, memores Deorum; adeo pertinaciter pugnaverunt, ut, cum nox proelium diremptura esset, rex prior, territus rabie eorum, pugna abstiterit. Principes, quibus atrocior pars facinoris delegata erat, cum paucos et confectos vulneribus ac lassitudine superesse proelio cernerent, luce prima sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt.

XVIII. Ante deditionem ex iis legatis Romanis, qui Alexandriam missi erant, M. Aemilius trium consensu minimus natu, audita obsidione Abydenorum, ad Philippum venit. qui, questus Attalo Rhodiisque arma illata, et quod tum maxime Abydum oppugnaret, cum rex ab Attalo et Rhodiis ultro se bello laceffitum diceret; *Num Abydeni quoque, inquit, ultro tibi intulerunt arma?* Inlueto vera audire ferocior oratio visa est, quam quae habenda apud regem esset. *Aetas, inquit, et forma, et super omnia Romanum nomen te ferociorem facit. Ego autem primum velim, vos foederum memores servare mecum pacem. Si bello lacefferitis, mihi quoque in animo est facere, ut regnum Macedonum nomenque, haud minus quam Romanum, mobile bello sentiat.* Ita dimisso legato, Philippus, auro argentoque, quae coercervata erant, accepto, hominum praedam omnem amisit. tanta enim rabies multitudinem invasit, ut repente proditos rati, qui pugnantes mortem occubuissent, perjuriumque aliis alii exprobrantes, et sacerdotibus maxime, qui, quos ad mortem devovissent, eorum deditionem vivorum hosti fecissent, repente omnes ad caedem conjugum liberorumque discurrerent, seque ipsi per omnes vias leti internerent. Obstupefactus eo furore rex, suppressit impetum militum: et, *triduum se ad moriendum Abydenis dare,* duxit. Quo spatio plura facinora in se victi ediderunt, quam infesti edidissent victores: nec, nisi quem vincula aut alia necessitas mori prohibuit, quisquam vivus in potestatem venit. Philippus, impo-
sito Abydi praesidio, in regnum rediit. Cum velut Sagunti excidium Hannibali, sic Philippo Abydenorum clades ad Romanum bellum animos fecisset, nuntii oc-
cur-

currerunt, consulem jam in Epiro esse, et Apolloniam terrestres copias, navales Corcyram in hiberna deduxisse.

XIX. Inter haec legatis, qui in Africam missi erant de Hamilcare Gallici exercitus duce, responsum a Carthaginienibus est, nihil ultra se facere posse, quam ut exilio eum mularent, bonaque ejus publicarent. Perfugas et fugitivos, quos inquirendo vestigare poterint, reddidisse: et de ea re missuros legatos Romam, qui senatui satisfacerent. Ducenta millia modium tritici Romam, ducenta ad exercitum in Macedoniam miserunt. Inde in Numidiam ad reges profecti legati. dona data Masinissae, mandataque edita. Equites mille Numidae (cum duo millia daret) accepti, ipse in naves imponendos curavit: et cum ducentis millibus modium tritici, ducentis hordei, in Macedoniam misit. Tertia legatio ad Verminam erat. Is, ad primos fines regni legatis obviam progressus, ut scriberent ipsi, quas vellent pacis conditiones, permisit. Omnem pacem bonam Julianamque fore sibi cum populo Romano. Datae leges pacis, iustusque ad eam confirmandam mittere legatos Romam.

XX. Per idem tempus L. Cornelius Lentulus pro consule ex Hispania rediit. qui cum in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset, postulassetque, ut triumphanti sibi invehni liceret in urbem; *res triumpho dignas esse* censebat senatus: *sed exemplum a majoribus non accepisse, ut, qui neque dictator, neque consul, neque praetor res gessisset, triumphares. Pro consule illum Hispaniam provinciam, non consulem, aut praetorem, obruisse.* Decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem iniret, intercedente Ti. Sempronio Longo tribuno plebis; qui nihilo magis id more majorum, aut ullo exemplo futurum diceret. Postremo victus consensu Patrum tribunus cessit: et ex senatusconsulto L. Lentulus ovans urbem est ingressus. Argenti tulit ex praeda quadraginta quatuor millia pondo; auri duo millia quadringenta quinquaginta. militibus ex praeda centum viginti asses divisit.

XXI. Jam exercitus consularis ab Arretio Ariminum traductus erat, et quinque millia socium Latini nominis ex Gallia in Etruriam transierant. itaque L. Furius, magnis itineribus ab Arimino adversus Gallos, Cremonam tum obsidentes, profectus, castra mille quingentorum passuum intervallo ab hoste posuit. Occasio egregie rei gerendae fuit, si protinus de via ad castra oppugnanda duxisset. Palati passim vagabantur per agros, nullo satis firmo relicto praesidio. lassitudini militum timuit, quod raptim ductum agmen erat. Galli, clamore suorum ex agris revocati, omnia praeda, quae in manibus erat, castra repetivere, et postero die in aciem progressi, nec Romanus moram pugnandi fecit, sed vix spatium instruendi fuit: eo cursu hostes in proelium venerunt. Dextra ala (in alas divisum socialem exercitum habebat) in prima acie locata est; in subsidiis duae Romanae legiones. M. Furius dextrae alae, legionibus M. Caecilius, equitibus L. Valerius Flaccus (legati omnes erant) praepositi. Praetor secum duos legatos, Cn. Laetorium et P. Titinium, habebat: cum quibus circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus posset. Primo Galli, omni multitudine in unum locum connisi, obruere atque obterere sese dextram alam, quae prima erat, sperarunt posse. ubi id parum procedebat, circumire a cornibus, et amplecti hostium aciem (quod in multitudine adversus paucos facile videbatur) conati sunt. Id ubi vidit praetor, ut et ipse dilataret aciem, duas legiones ex subsidiis dextra laevaque alae, quae in prima acie pugnabat, circumdat, aedemque Deo Jovi vovit, si eo die hostes fudisset. L. Valerius imperat, ut parte duarum legionum equites, altera sociorum equitatum in cornua hostium emittat, nec circumire eos aciem patiatur. simul et ipse, ut extenuatam mediam deductis cornibus aciem Gallorum vidit, signa inferre confertos milites, et perrumpere ordines jubet. Et cornua ab equitibus, et medii a pedite pulsi. ac repente, cum omni parte caede ingenti sternerentur, Galli terga vertunt, fugaque effusa repetunt castra, fugientes percussus eques, mox et legiones insecutae in castra impetum fecerunt. Minus sex millia hominum inde effugerunt.

caesa

um
 unis
 ius,
 mo-
 to-
 re-
 ng-
 ros,
 i ti-
 ore
 mi-
 pre-
 pe-
 ne-
 tati
 Ro-
 s M,
 mes
 lae,
 um-
 pos-
 cum
 puae
 bat,
 quod
 nati
 iem,
 e in
 Jovi
 , ut
 uita-
 ciem
 uctis
 rtos
 a ab
 cum
 ver-
 locu-
 stum
 runt.
 caesa

caesa aut capta supra quinque et triginta millia
 signis militaribus septuaginta, carpentis Gallicis, in
 praeda oneratis, plus ducentis. Hamilcar dux Poenu
 proelio cecidit, et tres imperatores nobiles Gallor
 Placentini captivi ad duo millia liberorum capitum
 diti colonis.

XXII. Magna victoria laetaque Romae fuit. In
 allatis, supplicatio in triduum decreta est. Romanor
 sociorumque ad duo millia eo proelio ceciderunt: pl
 mi dextrae alae, in quam primo impetu vis ingens
 stium illata est. Quamquam per praetorem prope de
 latum erat, consul quoque C. Aurelius, perfectis, c
 Romae agenda fuerant, profectus in Galliam, victo
 exercitum a praetore accepit. Consul alter, cum,
 tunno ferine exacto, in provinciam venisset, circa A
 loniam hibernabat. ab classe, quae Corcyrae subdi
 erat, C. Claudius triremesque Romanae, (sicut ante dic
 est) Athenas missae, cum Piraeum pervenissent,
 spondentibus jam animos fociis spem ingentem att
 rant. nam et terrestres ab Corintho, quae per Mega
 incurfiones in agros fieri solitae erant, non sistant
 praedonum a Chalcide naves, quae non mare solum i
 litum, sed etiam omnes maritimos agros Atheniens
 fecerant, non modo Sunium superare, sed nec extra
 tum Euripi committere aperto mari se audebant. Su
 venerunt his tres Rhodiae quadriremes, et erant Att
 tres apertae naves, ad tuendos maritimos agros con
 ratae. Hac classe si urbs agrique Atheniensium del
 derentur, satis in praesentia existimanti Claudio e
 majoris etiam rei fortuna oblata est.

XXIII. Exfules ab Chalcide, regionum inju
 pulsi, attulerunt, occupari Chalcidem sine certam
 ullo posse: nam et Macedonas, quia nullus in propin
 sit hostium metus, vagari passim, et oppidanis, praef
 Macedonum fretos, custodiam urbis negligere.
 auctoribus profectus, quamquam Sunium ita ma
 pervenerat, ut inde provehi ad primas angustias Eubo
 passet; ne superato promontorio conspiceretur, clas

in statione usque ad noctem tenuit. Primis tenebris movit. et tranquillo pervectus Chalcidem, paulo ante lucem, qua infrequentissima urbis sunt, paucis militibus turrim proximam murumque circa scalis cepit, alibi sopitis custodibus, alibi nullo custodiente. progressi inde ad frequentia aedificiis loca, custodibus interfectis, refractaque porta, ceteram multitudinem armatorum acceperunt. Inde in totam urbem discursum est: aucto etiam tumultu, quod circa forum ignis tectis injectus erat. Conflagrarunt et horrea regia, et armamentarium cum ingenti apparatu machinarum tormentorumque. caedes inde passim fugientium pariter ac repugnantium fieri coepta est. nec ullo jam, qui militaris aetatis esset, non aut caeso, aut fugato, Sopatro etiam Acarnane praefecto praesidii interfecto, praeda omnis primo in forum collata, deinde in naves imposita. carcer etiam ab Rhodiis fractus: emissique captivi, quos Philippus tanquam in tutissimam custodiam condiderat. Statuis inde regis dejectis truncatisque, signo receptui dato, conscenderunt naves, et Piraeum, unde profecti erant, redierunt. Quod si tantum militum Romanorum fuisset, ut et Chalcis teneri, et non deferri praesidium Athenarum potuisset; magna res principio statim belli, Chalcis et Euripus adempta regi forent. nam ut terra Thermopylarum angustiae Graeciam, ita mari fretum Euripi claudit.

XXIV. Demetriade tum Philippus erat. quo cum esset nuntiata clades sociae urbis, quanquam serum auxilium perditis erat, tamen, quae proxima auxilio est, ultionem petens, cum expeditis quinque millibus pedum, et trecentis equitibus extemplo profectus, cursu prope Chalcidem contendit, haudquaquam dubius opprimi Romanos posse. a qua destitutus spe, nec quidquam aliud, quam ad deforme spectaculum semirutae ac fumantis sociae urbis cum venisset, paucis vix, qui sepelirent bello ablutos, relictis, aequae raptim ac venerat, transgressus ponte Euripum, per Boeotiam Athenas ducit, pari incepto haud disparem eventum ratus responsurum. et respondisset, ni speculator, (hemerodromus vocant Graeci, ingens die uno cursu emittentes spatium)

ris
nte
iti
ibi
de
re-
ce-
am
at.
m
les
eri
ut
e-
de-
ra-
tis
es,
d li
ne-
ma-
anta
rae-

cum
uxi-
ul-
pedi-
surfu-
s op-
quid-
as ac
ui se-
vene-
henas
spon-
rompa-
rium)
con-

contemplatus regium agmen e specula quadam, praegre-
sus nocte media Athenas pervenisset. Idem ibi somnu
eademque negligentia erat, quae Chalcidem dies an-
paucos prodiderat. Excitati nuntio trepido et praeci
Atheniensium, et Dioxippus praefectus cohortis merced
militantium auxiliorum, convocatis in forum militibu
tuba signum ex arce dari jubent, ut hostes adesse omni
scirent. ita undique ad portas, ad muros discurrun
Pauca post horas Philippus, aliquanto tamen ante h
cem, appropinquans urbi, conspectis luminibus crebri
et fremitu hominum trepidantium (ut in tali tumultu
exaudito, sustinuit signa: et confidere ac conquiret
agmen iussit, vi aperta propalam usus, quando parul
dolus profuerat. Ab Dipylo accessit. porta ea, velut i
ore urbis posita, major aliquanto patentiorque, qua
ceterae, est: et intra eam extraque latae sunt viae, ut
oppidani dirigere aciem a foro ad portam possent: et e
tra limes mille ferme passus, in Academiae gymnasium
ferens, pediti equitique hostium liberum spatium praebi-
ret. Eo limite Athenienses cum Attali praesidio et c
horte Dioxippi, acie intra portam instructa, signa exte-
lerunt. Quod ubi Philippus vidit, habere se hostes i
potestate ratus, et diu optata caede (neque enim ul
Graecarum civitatum infestior erat) expleturum, coh
tatus milites, *ut, se invicentes, pugnarent, scirentque i
signa, ibi aciem esse debere, ubi rex esset*, concitat i
hostes equum, non ira tantum, sed etiam gloria elatu
quod, ingenti turba completis etiam ad spectaculum
muris, conspici se pugnantem egregium ducebat. Al
quantum ante aciem cum equitibus paucis evectus i
medios hostes, ingentem cum suis ardorem, tum p
vorem hostibus, iniecit. plurimos manu sua cominu
eminusque vulneratos compulsoque in portam, conse-
cutus et ipse, eum majorem in angustiis trepidantiur
edidisset caedem, in temerario incepto tutum tamen r
ceptum habuit: quia, qui in turribus portae erant, su
timebant tela, ne in permixtos hostibus suos conijce-
rent. Intra muros deinde tenentibus milites Athenien-
sibus, Philippus, signo receptui dato, castra ad Cynos-
arges (templum Mercurii, gymnasiumque, et lucus et

circumjectus) posuit. sed Cynosarges, et Lyceum, et quicquid sancti amoenive circa urbem erat, incensum est, dirutaque non tecta solum, sed etiam sepulera: nec divini humanive juris quidquam prae impotenti ira est servatum.

XXV. Poltero die, cum primo clausae fuissent portae, deinde subito apertae, quia praesidium Attali ab Aeginá, Romanique ab Piraeo intraverant urbem, castra ab urbe retulit rex tria ferme millia passuum. inde Eleusinum profectus, spe improvise templi castelleque, quod et imminet et circumdatum est templo, capiendi, cum haudquaquam neglectas custodias animadvertisset, et classem a Piraeo subsidio venire, omisso incepto, Megaram, ac protinus Corinthum ducit. et cum Argis Achaeorum concilium esse audisset, inopinantibus Achaeis, concioni ipsi supervenit. Consultabant de bello adversus Nabin tyrannum Lacedaemoniorum: qui, translato imperio a Philopoemene ad Cycliadem, nequaquam parem illi ducem, dilapsa cernens Achaeorum auxilia, redintegraverat bellum, agrosque finitimorum vastabat, et jam urbibus quoque erat terribilis. Adversus hunc hostem, cum, quantum ex quaque civitate militum scriberetur, consultarent; Philippus, demturum se eis curam, quod ad Nabin et Lacedaemonios attineret, pollicitus; nec tantum agros sociorum populationibus prohibiturum, sed terrorem omnem belli in ipsam Laoniam, ducto eo extemplo exercitu, translaturum. Haec oratio cum ingenti hominum assensu acciperetur: *Is tamen aequum est, inquit, me vestra meis armis tutari, ne mea inserim videntur praesidiis. Itaque, si vobis videtur, tantum parate militem, quantum ad Oreum, et Chalcidem, et Corinthum tuenda satis sit: ut, meis ab sergo tutis, securus bellum Nabidi inferam et Lacedaemoniis.* Non fefellit Achaeos, quo spectasset tam benigna pollicitatio, auxiliumque oblatum adversus Lacedaemonios: id quaeri, ut obsidem Achaeorum juventutem educeret ex Peloponneso, ad illigandam Romano bello gentem. et id quidem coarguere Cycliadas praetor Achaeorum nihil atinere ratus, id modo cum dixisset, non licere legibus Achaeorum de aliis rebus referre, quam

n, et
m est,
divini
atum.

issent
ali ab
, ca-
inde
ique,
endi,
isset,
epto,
Argis
aeis,
dver-
ulato
n pa-
, red-
abat,
hunc
litum
se eis
, pol-
s pro-
coni-
Haec
: Ins
urari,
his vi-
n, et
eis ab
cedae-
m be-
Lace-
ventu-
mano
raetor
xisset,
ferre,
quam

quam propter quas convocati essent; decreto de-
citu parando adversus Nabin facto, concilium
ac libere habitum dimisit; inter assentatores regi-
eam diem habitus. Philippus, magna spe depulsi
luntariis paucis militibus conscriptis, Corinthum
in Atticam terram rediit.

XXVI. Per eos ipsos dies, quibus Philip-
Achaja fuit, Philocles praefectus regius, ex Euboe-
fectus cum duobus millibus Thracum Macedon-
ad depopulandos Atheniensium fines, e regione
nis saltum Cithaeronis transcendit. inde dimidia
militum ad praedandum passim per agros dimissa
parte ipse occultus loco ad insidias opportuno co-
ut, si ex castello ab Eleusine in praedantes suos in-
fieret, repente hostes effusos ex improviso ador-
Non sefellere insidiae. itaque revocatis, qui discer-
ad praedandum, militibus, instructisque, ad oppu-
dum castellum Eleusinem profectus, cum multi
vulneribus recessit, Philippoque se venienti ex-
conjunxit. Tentata et ab ipso rege oppugnatio e-
stelli est. sed naves Romanae, a Piraeo venientes,
missumque praesidium, absistere incepto coegerunt
viso deinde exercitu, rex cum parte Philoclem A-
mittit, cum parte ipse Piraeum pergit: ut, cum
locles subeundo muros, et comminanda oppugn-
contineret urbe Athenienses, ipsi Piraeum lev-
praesidio relictum expugnandi facultas esset. Ce-
nihilò ei Piraei, quam Eleusinis, facilior, iisdem
defendentibus, oppugnatio fuit. A Piraeo Athen-
pente duxit. inde eruptione subita peditem equum
inter angustias semiruti muri, qui brachiis duob-
raeum Athenis jungit, repulsus; omissa oppugn-
urbis, diviso cum Philocle rursus exercitu, ad vast-
agros profectus, cum priorè populationem se-
circa urbem diruendis exercuisset, ne quid invic-
relinqueret, templa Deum, quae pagatim sacrata
bant, dirui atque incendi jussit. Exornata eo q-
operum eximie terra Attica, et copia domestici m-
eis, et ingenii artificum, praeiuit huic furori un-

neque enim diruere modo ipsa templa, ac simulacra evertere satis habuit; sed lapides quoque, ne integri cumlarent ruinas, frangi iussit; et, postquam non tam irasatiata, quam irae exercendae materia haec deerat, agro hostium in Boeotiam excessit; nec aliud quidquam dignum memoria in Graecia egit.

XXVII. Consul Sulpicius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium ad Apium flumen habebat castra: quo accessitum L. Apustium legatum, cum parte copiarum ad depopulandos hostium fines mittit. Apustius, extrema Macedoniae populatus, Corrago, et Gerrunio, et Orgello castellis primo impetu captis, ad Antipatriam, in faucibus angustis sitam urbem, venit. ac primo evocatos principes ad colloquium, ut fidei Romanorum se committerent, perlicere est conatus: deinde, ubi, magnitudine ac moenibus situque urbis freti, dicta aspernabantur, vi atque armis adortus, expugnavit; puberibusque interfectis, praeda omni militibus concessa, diruit muros, atque urbem incendit. Hic metus Codrionem, satis validum et munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit. Praesidio ibi relicto, Ilion (nomen propter alteram in Asia urbem, quam oppidum, notius) vi capitur. Revertentem legatum ad consulem cum satis magna praeda, Athenagoras quidam regius praefectus in transitu fluminis a novissimo agmine adortus, postremos turbavit, ad quorum clamorem et trepidationem cum relictus equo prope legatus signa convertisset, conjectisque in medium sarcinis aciem direxisset; non tulere impetum Romanorum militum regii, multi ex iis occisi, plures capti. Legatus, incolumi exercitu reducto ad consulem, remittitur inde extemplo ad classem.

XXVIII. Hac satis felici expeditione bello commisso, reguli ac principes accolae Macedonum in castra Romana veniunt, Pleuratus Soerdilaedi filius, et Amynander Athamanum rex, et ex Dardanis Bato, Longari filius. Bellum suo nomine Longarus cum Demetrio Philippi patre gesserat. Pollicentibus auxilia respondit consul,

sul, Dardanorum et Pleurati operā, cum exercitum in Macedoniam induceret, se usurum. Amynandro Aetolos concitandos ad bellum attribuit. Attali legatis (nam ii quoque per id tempus venerant) mandat, ut Aeginae rex, ubi hibernabat, classem Romanam opperiretur. qua adjuncta, bello maritimo, sicut ante, Philippum urgeret. Ad Rhodios quoque missi legati, ut caperent partem belli. Nec Philippus segnius (jam enim in Macedoniam pervenerat) apparabat bellum. Filium Perseae, puerum admodum, datis ex amicorum numero, qui aetatem ejus regerent, cum parte copiarum ad obsidendas angustias, quae ad Pelagoniam sunt, mittit. Sciathum et Peparethum, haud ignobiles urbes, ne classis hostium praedae ac praemio essent, diruit. Ad Aetolos mittit legatos, ne gens inquietata adventu Romanorum fidem mutaret.

XXIX. Concilium Aetolorum statuta die, quod Panaetolium vocant, futurum erat. Huic ut occurrerent, et legatis regis iter accelerarunt, et ab consule missus L. Furius Purpureo legatus venit. Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt. Primi Macedones, cum quibus recentissimum foedus erat, auditi sunt. qui, *nulla nova res, nihil se novi habere, quod afferrent, dixerunt: quibus enim de causis, experta inusitata societate Romana, pacem cum Philippo fecissent, compositam semel servare eos debere. An imitari, inquit unus ex legatis, Romanorum licentiam, an levitatem dicam, movulstis? qui, cum legatis vestris Romae responderi ita jussissent, Quid ad nos venitis, Aetoli, sine quorum auctoritate pacem cum Philippo fecistis? iidem nunc, ut bellum secum adversus Philippum geratis, postulant. et antea propter vos, et pro vobis arma sumpta adversus eum simulabant; nunc vos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanae ut auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt: iterum, ut Syracusas oppressas ab Carthaginiensibus in libertatem eximerent. Et Messanam, et Syracusas, et totam Siciliam ipsi habent, vestrigalemque provinciam securibus et fascibus subjecerunt. Scilicet, sicut vos Naxos legibus vestris per magistratus a vobis creatos concilium habetis, socium hostemque libere, quem velitis.*

lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri vestro; sic Siculorum civitatibus, Syracusas aut Messanam, aut Lilybaeum indicitur concilium. Praetor Romanus conventus agit: eo imperio evocati conveniunt: excelsa in suggestu superba jura reddentem, stipatum lictoribus vident: virgae tergo, secures cervicibus imminet: et quotannis alium atque alium dominum sortiuntur. Nec id mirari debent, aut possunt, cum Italiae urbes Rhegium, Tarentum, Capuam, ne finitimas nominem, quarum ruinis crevit urbs Romana, ejusdem subjectas videant imperio. Capua quidem, sepulcrum ac monumentum Campani populi, elaso et extorri ejecto ipso populo, superest; urbs trunca, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium; relicta crudelius habitanda, quam si deleta foret. Furor est, si alienigenae homines, plus lingua et moribus et legibus, quam maris terrarumque spatio, discreti, haec tenuerint, sperare, quidquam eodem statu mansurum. Philippo regnum officere aliquid videtur libertati vestrae: qui, cum merito vestro vobis infestus esset, ex nihil a vobis ultra, quam pacem, petiit, fidemque hodie pacis pactae desiderat? Assuefacite his terris legiones externas, et jugum accipite. Jero ac nequidquam, cum dominum Romanum habebitis, socium Philippum quaeritis. Aetolos, Acarnanas, Macedonas, ejusdem linguae homines, leves ad tempus ortae causae disjungunt conjunguntque: cum alienigenis, cum barbaris aeternum omnibus Graecis bellum est, eritque. natura enim, quae perpetua est, non mutabilibus in diem causis, hostes sunt. Sed, unde coepit oratio mea, ibi desinet. Hoc eodem loco iidem homines de ejusdem Philippi pace triennio ante decrevistis, iisdem improbantibus eam pacem Romanis, qui nunc pactam et compositam turbare volunt. in qua consultatione nihil fortuna mutavit, cur vos mutetis; non video.

XXX. Secundum Macedonas, ipsis Romanis ita concedentibus jubentibusque, Athenienses, qui foeda passi justius in crudelitatem saevitiamque regis invehi poterant, introducti sunt. Deploraverunt vastationem populationemque miserabilem agrorum. Neque id se queri, quod hostilia ab hoste passi forent: esse enim quaedam belli jura;

quae

hic Si-
Lily-
entus
gesta
vir-
lium
vent,
Ca-
urbs
qui-
lato
sine
re-
trov
legi-
: re-
Phi-
rae :
: vo-
pacis
ruas,
inum
Aeo-
lines,
que :
aegis
nos
coe-
omi-
iis-
ctam
nikil

con-
passi
ant,
atio-
mod
ira ;
ruas

quae ut facere, ita pati sit fas. Sata exuri, dirui et
praedas hominum pecorumque agi, misera magis, et
indigna, patienti esse. Verum enimvero id se quod
quod is, qui Romanos alienigenas et barbaros vocet,
omnia simul divina humanaque jura polluerit, ut per
populatione cum infernis Diis, secunda cum superis
lum nefarium gesserit. omnia sepulcra monumentaque
vata esse in finibus suis, omnium nudatos manes, nu-
ossa terra regi: delubra sibi fuisse, quae quondam pag-
habitanter in parvis illis castellis vicisque consecrata,
in unam urbem quidem contribui majores sui deserui
liquerint. circa ea omnia templa Philippum infestos
cumtulisse ignes: semivsta et truncata simulacra Deum
ter prostratos jacere postes templorum. Qualem ter
Atticam fecerit, exornatam quondam opulentamque,
lem eum, si liceat, Aetoliam, Graeciamque omnem fi-
rum. Urbis quoque suae similem deformitatem facta
fuisse, nisi Romani subvenissent. eodem enim scelere ut
colentes Deos, praefidemque arcis Minervam petii
eodem Eleusine Cereris templum, eodem Piraei J
Minervamque; sed ab eorum non templis modo, sed e
moenibus vi atque armis repulsum, in ea delubra,
sola religione vata fuerint, saevisse. Itaque se orare a
obsecrare Aetolos, ut, miseri Atheniensium, dum
Diis immortalibus, deinde Romanis, qui secundum
plurimum possint, bellum susciperent.

XXXI. Tum Romanus legatus: Totam oras
meae formam Macedones primum, deinde Athenienses
sarunt. Nam et Macedones, cum ad conquerendas
lippis injurias in tot socias nobis urbes venissem, ultr
cusando Romanos, defensionem ut accusatione potui
haberem, effecerunt: et Athenienses in Deos superos
ferosque nefanda atque inhumana scelera ejus refere
quid mihi aut cuiquam reliquerunt, quod objicere
possim? Eadem Cynos, Abydenos, Aeneos, Maron
Thasios, Parios, Samios, Larissenfes, Messenias hinc
Achaia, existimate queri; graviora etiam acerbius
eos, quibus nocendi majorem facultatem habuit.
quod ad ea attinet, quae nobis objecit, nisi gloria

funt, fateor ea defendi non posse. Rhegium, et Capuam, et Syracusas nobis objecit. Rhegium, Pyrrhi bello, legio a nobis, Rheginis ipsis, ut mitteremus, orantibus, in praesidium missa, urbem, ad quam defendendam missa erat, per scelus possedit. Comprobavimus ergo id faci-
 aus? an bello persecuti sceleratam legionem, in potestatem nostram redactam tergo et cervicibus poena sociis pendere cum cogissemus, urbem, agros, suaque omnia, cum libertate legibusque, Rheginis reddidimus? Syracusanis oppressis ab externis tyrannis, quo indignius esset, cum tulissemus opem, et fatigati prope per triennium terra marique urbe munissima oppugnanda essemus, cum jam ipsi Syracusani servire tyrannis, quam capi a nobis maldent, captam iisdem armis et liberatam urbem reddidimus. Neque infestas imus, Siciliam provinciam nostram esse, et civitates, quae in parte Carthaginiensium fuerunt, et uno animo cum illis adversus nos bellum gesserunt, stipendiarias nobis ac vectigales esse. quin contra, hoc de vos et omnes gentes scire volumus, pro merito cuique erga nos fortunam esse. An Campanorum poenae, de qua neque ipsi quidem queri possunt, nos poeniteat? Hi homines, cum pro iis bellum adversus Samuites per annos prope septuaginta cum magnis nostris cladibus gessissemus, ipsos foedere primum, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremo civitate nobis conjunxissemus, tempore nostro adverso, primi omnium Italiae populorum, praesidio nostra foede interfecto, ad Hannibalem defecerunt: deinde, indignati se obsideri a nobis, Hannibalem ad oppugnandam Romam miserunt. Horum si neque urbes ipsa, neque homo quisquam superesset, quis durius, quam pro merito ipsorum, statutum indignari possit? Plures sibi ipsis conscientia scelerum mortem consciverunt, quam a nobis supplicio, affecti sunt. Ceteris ita oppidum, ita agros ademimus, ut agrum locumque ad habitandum daremus; urbem innoxiam stare incolentem pateremur; ut, qui hodie videat eam, nullum oppugnatae captaeque ibi vestigium inveniat. Sed quid ego Capuam dico? cum Carthagini victae pacem ac libertatem dederimus. Magis illud est periculum, ne, nimis facile victris ignoscendo, plures ob id ipsum ad experiendam adversus

nos fortunam belli incitemus. Haec pro nobis dicta sunt haec adversus Philippum: cuius domestica parricidia, et cognatorum amicorumque caedes, et libidinem inhumanitatem prope, quam crudelitatem, vos, quo propiores Macedoniae estis, melius nostis. Quod ad vos attinet, Aetoli nos pro vobis bellum suscepimus adversus Philippum: vos sine nobis cum eo pacem fecistis. Ex forsitan dicatis, bellum Punico occupatis nobis, coactos morti vos leges patis a eo, qui tum plus poterat, accepisse. et nos, cum alia maiora urgerent, depositum a vobis bellum et ipsi omisimus. Nunc et nos, Deum benignitate Punico perfectum bello, totis viribus nostris in Macedoniam incubuimus: et vobis resistendi vos in amicitiam societatemque nostram fortuna oblata est; nisi perire cum Philippo, quam vincere cum Romanis, mavultis.

XXXII. Haec dicta ab Romano cum essent, inclinatissimi omnium animis ad Romanos, Damocritus praetor Aetolorum, pecunia, ut fama est, ab rege accepta, nihil aut huic aut illi parti assensus. Rem magni discriminis consiliis nullam esse rem inimicam, quam celeritatem dixit. Celerem enim poenitentiam, sed eandem seram etque inutilem, sequi; cum praecipitata raptim consilia neque revocari, neque in integrum restitui possint. De liberationis autem ejus, cuius ipse maturitatem expectandam putaret, tempus ita jam nunc statui posse: cum legibus cautum esset, ne de pace belloque, nisi in Panaetolico et Pylaico concilio, ageretur, decernerent extempli ut praetor sine fraude, cum de bello aut de pace agere vellet, advocet concilium: et, quod tum referatur decernaturque, ut perinde jus ratumque sit, ac si in Panaetolico aut Pylaico concilio actum esset. Dimissis ita suspensa re legatis, egregie consultum genti aiebat. nam, utriusque partis melior fortuna belli esset, ad ejus societatem inclinatos. Haec in concilio Aetolorum acta.

XXXIII. Philippus impigre terra marique parabat bellum: navales copias Demetriadem in Thessaliam contrahabat. Attalum Romanamque classem principio verum ab Aegina ratus moturos, navibus maritimaeque ora praec

praefecit Heraclidem, quem et ante praefecerat. ipse terrestres copias comparabat, magna se duo auxilia detraxisse Romanis credens, ex una parte Aetolos; ex altera Dardanos, faucibus ad Pelagoniam a filio Perseo interclusis. Ab consule non parabatur, sed gerebatur iam bellum. per Dassaretiorum fines exercitum ducebat, frumentum, quod ex hibernis extulerat, integrum vehens; quod in usum militi satis esset, praebentibus agris. Opida vicique partim voluntate, partim metu se tradebant. quaedam vi expugnata, quaedam deserta, in montes propinquos refugientibus barbaris, inveniebantur. Ad Lyncum stativa posuit prope flumen Bevum: inde frumentatum circa horrea Dassaretiorum mittebat. Philippus consternata quidem omnia circa, pavoremque ingentem hominum cernebat: sed parum gnarus, quam partem petisset consul, aliam equitum ad explorandum, quoniam hostes iter intendissent, misit. Idem error apud consulem erat. Movisse ex hibernis regem sciebat, quam regionem petisset ignorans. is quoque speculatum miserat equites. Hae duae alae ex diverso, cum diu incertis itineribus vagatae per Dassaretios essent, tandem in unum iter convenerunt. Neutros sefellit, ut fremitus procul hominum eorumque exauditus est, hostes appropinquare. Itaque prius, quam in conspectum venirent, equos armaque expedierant. nec mora, ubi primum hostem videre, concurrendi facta est. Forte et numero et virtute, utpote lecti utrinque, haud impares, aequis viribus per aliquot horas pugnant. Fatigatio ipsorum equorumque, incerta victoria, diremit proelium. Macedonum quadraginta equites, Romanorum quinque et triginta ceciderunt. Neque eo magis explorati quidquam, in qua regione castra hostium essent, aut illi ad regem, aut hi ad consulem retulerunt. per transfugas cognitum est, quos levitas ingeniorum, ad cognoscendas hostium res, in omnibus bellis praebet.

XXXIV. Philippus, aliquid et ad caritatem suorum, et ut promptius pro eo periculum adirent, ratus profecturum se, si equitum, qui ceciderant in expeditione, se-
ps-

peliendorum curam habuisset, afferri eos in castra iussit, ut conficeretur ab omnibus superis honos. Nihil tam incertum nec tam inaeestimabile est, quam animi multitudinis, quod prostriores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum pigritiamque incussit: nam, qui hastis sagittisque et rara lanceis vulnera facta vidissent, cum Graecis Illyriisque pugnare affueti, postquam gladio Hispaniensi detruncata corpora brachiis abscisis, aut tota cervice defecta divisa a corpore capita, patentiaque viscera, et foeditatem aliam vultuum viderunt, adversus quae tela quosque viros pugnandum esset, pavidi vulgo cernebant. Ipsum quoque regem terror cepit, nondum iusto proelio cum Romanis congressum. itaque, revocato filio praesidioque, quod in Pelagoniae faucibus erat, ut iis copiis suas augetet, Pleurato Dardanisque iter in Macedoniam patefecit. Ipse, cum viginti millibus peditum, quatuor equitum, ducibus transfugis, ad hostem profectus, paulo plus ducentos passus a castris Romanis tumulum propinquum Athaco fossa ac vallo communivit: ac, subjecta cernens Romana castra, admiratus esse dicitur et universam speciem castrorum, et descripta suis quaeque partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum intervallis; et negasse, barbarorum ea castra ulli videri posse. Biduum consul et rex, alter alterius conatus expectantes, continuere suos intra vallum: tertio die Romanus omnes copias in aciem eduxit.

XXXV. Rex vero, tam celerem aleam universi certaminis timens, quadringentos Tralles (Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus) et Cretenses trecentos, addito iis peditibus pari numero equitum, cum duce Athenagora, uno ex purpuratis, ad lacessendos hostium equites misit. Ab Romanis autem (aberat acies eorum paulo plus quingentos passus) velites et equitum duae ferme alae emissae: ut numero quoque eques, pedesque hostem aequarent. Credidere regii, genus pugnae, quo assuerant, fore; ut equites, invicem insequentes refugientesque, nunc telis uterentur, nunc terga darent; Illyriorum velocitas ad excursiones et impetus sub-

itos usui esset, Cretenses in invehentem se effulse hostem sagittas conjicerent. Turbavit hunc ordinem pugnandi non acrior, quam pertinacior, impetus Romanorum. nam haud secus; quam si tota acie dimicarent, et velites; emissis hastis, cominus gladiis rem gerebant, et equites, ut semel in hostem evecti sunt, stantibus equis, partim ex ipsis equis, partim desiliantes immolentesque se peditibus, pugnabant. ita nec eques regius equiti par erat, infuetus ad stabilem pugnam; nec pedes concurlator et vagus, et prope seminudus genere armorum, veliti Romano parmam gladiumque habenti, pariterque et ad se tuendum, et ad hostem petendum armato. Non tulere itaque dimicationem; nec alia re, quam velocitate, tutantes se, in castra refugerunt.

XXXVI. Uno deinde intermisso die, cum omnibus copiis equitum levisque armaturae pugnaturus rex esset, nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat; praecoepitque Athenagorae et equitibus, ut, si aperto proelio procederet res, uterentur fortuna; si minus, cedendo sensum ad insidiarum locum hostem pertraherent. Et equitatus quidem cessit: duces cetratae cohortis, non satis expectato signo, ante tempus excitatis suis, occasionem bene gerendae rei amiserunt. Romanus, et aperto proelio victor, et tutus a fraude insidiarum, in castra sese recepit. Postero die omnibus copiis consul in aciem descendit, ante prima signa locatis elephantis: quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquot bello Punico habebant, usi sunt. Ubi latentem intra vallum sensit, exprobrans metum successit. Postquam ne tanta quidem potestas pugnandi dabatur, quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat, dispersos milites per agros equitibus extemplo invasuris; octo ferme inde millia, intervallo tutiorem frumentationem habiturus, castra ad Octolophum (id est loco nomen) movit. Cum in propinquo agro frumentarentur Romani, primo rex intra vallum suos tenuit, ut cresceret simul et negligentia cum audacia hosti. Ubi effulos vidit, cum omni equitatu et Cretensium auxiliaribus, quantum equitem velocissimi pedites

tes cursu aequare poterant, citato profectus agmine, inter castra Romana et frumentatores constituit signa. Inde, copiis divisis, partem ad consecrandos vagos frumentatores emisit, dato signo, ne quem vivum relinquerent; cum parte ipse substiit, itineraque, quibus ad castra recursuri videbantur hostes, obsedit. Jam passim caedes ac fuga erat, necdum quisquam in castra Romana nuntius cladis pervenerat; quia refugientes in rogiam stationem incidebant: et plures ab obsidentibus vias, quam ab emissis ad caedem, interficiebantur. tandem inter medias hostium stationes elapsi quidam trepidi, tumultum magis, quam certum certum, intulerunt castris.

XXXVII. Consul, equitibus iussis, qua quisque posset, open ferre laborantibus, ipse legiones e castris educit, et agmine quadrato ad hostem ducit. Dispersi equites per agros quidam aberrarunt, decepti clamoribus aliis ex alio existentibus loco. Pars obvios habuerunt hostes. pluribus locis simul pugna coepit. Regia statio atrocissimum proelium edebat. nam et ipsa multitudine equitum peditumque prope iusta acies erat: et Romanorum, quia medium obsederat iter, plurimi in eam inferebantur. Eo quoque superiores Macedones erant, quod et rex ipse hortator aderat, et Cretensum auxiliars multos ex improvilo vulnerabant, conferti praeparatique in dispersos et effulos pugnantes. Quod si modum in insequendo habuissent, non in praesentis modo certaminis gloriam, sed in summam etiam belli profectum foret: nunc, aviditate caedis intemperantius insecuti, in praegressas cum tribunis militum cohortes Romanas incidere: et fugiens eques, ut primo signa suorum vidit, convertit in effusum hostem equos: versaque momento temporis fortuna pugnae est, terga dantibus, qui modo secuti erant. Multi coninus congressi, multi fugientes interfecti. nec ferro tantum periere, sed in paludes quidam conjecti, profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Rex quoque in periculo fuit: nam, ruente saucio equo, praeceps ad terram datus, haud multum absuit, quin jacens opprimeretur. Saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit, pavidumque regem in equum

Subjecit, Ipse, cum pedes aequare cursu fugientes non posset equites, ab hostibus ad casum regis concitatis confossus perit. Rex, circumvectus paludes pervias inviasque trepida fuga, in castra tandem, jam desperantibus plerisque incolumem evasurum, pervenit. Ducenti Macedonum equites eo proelio periere. centum ferme capti; octoginta admodum ornati equi, spoliis simul armorumque relictis, abducti.

XXXVIII. Fuerunt, qui hoc die regem temeritatis, consulem segnitiae accusarent. nam et Philippo quiescendum fuisse, cum paucis diebus hostes, exhausto circa omni agro, ad ultimum inopiae venturos sciretur et consulem, cum equitatum hostium levemque armaturam fudisset, ac prope regem ipsum cepisset, protinus ad castra hostium ducere debuisset. nec enim mansuros ita percussos hostes fuisse, debellarique momento temporis potuisse. Id dictum, quam re, ut pleraque, facilius. nam, si omnibus peditum quoque copiis rex congressus fuisset, forsitan inter tumultum, cum omnes victi metuque percussi ex proelio intra vallum, protinus inde sapientem munimenta victorem hostem fugerent, exui castris potuerit rex. cum vero integrae copiae peditum in castris mansissent, stationes ante portas, praelidiaque disposita essent, quid, nisi ut temeritatem regis, effulso paulo ante secuti percussos equites, imitaretur, profecisset? neque enim ne regis quidem primum consilium, quo impetum in frumentatores palatos per agros fecit, reprehendendum foret, si modum prosperae pugnae imposuisset. Eo quoque minus est mirum, tentasse eum fortunam, quod fama erat, Pleuratum Dardanosque, ingentibus copiis profectos domo, jam in Macedonia transcensisse. Quibus si undique circumventas copia foret, sedentem Romanum debellaturum, credi poterat. Itaque, secundum duas adversas equestres pugnas, multo minus tutam moram in iisdem stantibus fore Philippus ratus, cum abire inde et fallere abiens hostem vellet, caedatore sub occasum solis ad consulem misso, qui inducias ad sepeliendos equites peteret, frustratus hostem, secunda vigilia, multis ignibus per tota castra relictis, silenti agmine abiit.

XXXIX. Corpus jam curabat consul, cum, veni-
 caduceatorem, et quid venisset, nuntiatum est. respon-
 tantum dato, mane postero die fore copiam convenient
 id quod quaesitum erat, nox dieique insequentis pars
 praecipendum iter Philippo data est. montes, qua
 vlam non ingressurum gravi agmine Romanorum sci-
 bat, petit. Consul, prima luce caduceatore datis ind
 ciis dimisso, haud ita multo post abisse hostem cum se-
 sisset, ignarus qua sequeretur, iisdem stativis frum-
 tando dies aliquot consumsit. Stuberam deinde peti-
 atque ex Pelagonia frumentum, quod in agris erat, con-
 venit. inde ad Pluvinam est progressus, nondum con-
 perto, quam regionem hostes petissent. Philippus, cum
 primo ad Bryanium stativa habuisset, profectus in
 transversis limitibus, terrorem praebuit subitum hosi
 Movere itaque ex Pluvina Romani, et ad Osphagu
 flumen posuerunt castra. Rex haud procul inde et ipse
 vallo super ripam amnis ducto, (Erigonum incolae vi-
 cant) confedit. Inde satis comperto, Eordaeam peti-
 ros Ramanos, ad occupandos angustias, ne superari
 hostes arcis faucibus inclusum aditum possent, praecessi
 ibi alia vallo, alia fossa, alia lapidum congerie, ut p
 muro essent, alia arboribus objectis, ita ut locus post
 labat, aut materia suppeditabat, permuniit; atque (si
 ipse rebatur) viam suapte natura difficilem, objectis pe
 omnes transitus operibus, inexpugnabilem fecit. Erat
 pleraque silvestria circa, incommoda phalangi maxim
 Macedonum: quae, nisi ubi praelongis hastis velut va-
 lum ante clypeos objecit, (quod ut fiat, libero camp
 opus est) nullius admodum usus est. Thracas quoque
 romphaeae, ingentis et ipsae longitudinis, inter objecto
 undique ramos impediebant. Cretensium una cohors non
 inutilis erat: sed ea quoque ipsa ut, si quis impetum fa-
 ceret, in patentem vulneri equum equitemque sagitta
 conjicere poterat, ita adversus scuta Romana nec ad tra-
 jiciendum satis magnam vim habebat, nec aperti quid
 quam erat, quod peteret. Itaque id ut vanum teli ge-
 nus senserunt esse, saxis passim tota valle jaecentibus in-
 cessabant hostem. ea, majore cum sonitu, quam vul
 aere ullo, pulsatio scutorum parumper succedentes Ro-

manos tenuit. Deinde, iis quoque spretis, partim, te-
stitudine facta, per adversos vadunt hostes: partim, brevi
circuitu cum in jugum collis evasissent, trepidos ex prae-
fidiis stationibusque Macedonas deturbant: et, ut in
locis impeditis difficili fuga, plerosque etiam obtruncant.

XL. Ita angustiae minore certamine, quam quod
animis propulerant, superatae, et in Eordaeam perven-
tum; ubi pervastatis passim agris, in Elimeam se rece-
pit. inde impetum in Orestidem fecit; et oppidum Ce-
letrum est aggressus, in peninsula situm. Lacus moenia
cingit: angustis faucibus unum ex continenti iter est.
Primo situ ipso freti, clausis portis, imperium abnuere:
deinde, postquam signa ferri, ac testudine succedi ad
portam, oblectasque fauces agmine hostium viderunt,
priusquam experirentur certamen, metu in deditionem
venerunt. Ab Celetro in Daffaretios processit, urbeinque
Pelium vi cepit. servilia inde cum cetera praeda abdu-
xit, et libera capita sine pretio dimisit: oppidumque iis
reddidit, praefidio valido imposito. nam et sita oppor-
tune urbs erat ad impetus in Macedoniam faciendos.
Ita peragratis hostium agris, consul in loca jam pacata
ad Apollonium, unde orsus bellum erat, copias reduxit,
Philippum averterant Aetoli, et Athamanes, et Dardani,
et tot bella repente alia ex aliis locis exorta. Adversus
Dardanos, jam recipientes ex Macedonia sese, Athe-
nagoram cum expeditis peditibus ac majore parte equi-
tatus misit, jussu instare ab tergo abeuntibus, et, car-
pendo postremum agmen, segniores eos ad movendos
domo exercitus efficere. Actolos Damocritus praetor,
qui moras ad decernendum bellum ad Naupactum auctor
fuerat, idem proximo concilio ad arma conciverat: post
famam equestris ad Octolophum pugnae, Dardanorum-
que et Pleurati cum Illyriis transitum in Macedoniam,
ad haec classis Romanae adventum in Oreum, et, super
circumfusas tot Macedoniae gentes, maritiman quoque
instantem obsidionem.

XLI. Hae causae Damocritum Aetolosque restitu-
erant Romanis: et, Amynandro rege Athamanum ad-
juncto,

juncto, profecti Cercinium obsedere. Clauserant portas, incertum vi, an voluntate: quia regium habebant praesidium. Ceterum intra paucos dies captum est Cercinium, atque incensum. qui superfuerant e magna elade, liberi servique, inter ceteram praedam abducti. Is timor omnes, qui circumcolunt Foeben paludem, relictis urbibus, montes cogit petere. Aetoli, inopia praedae inde averſi, in Perrhaebiam ire pergunt: Cyretias ibi vi capiunt, foedeque diripiunt: qui Malloeam incolunt, voluntate in deditionem societatemque accepti. Ex Perrhaebia Gomphos petendi Amynander auctor erat: et imminet Athamania huic urbi, videbaturque expugnari sine magno certamine posse. Aetoli campos Thesſaliae opimos ad praedam petiere; sequente, quanquam non probante, Amynandro, nec effusas populationes Aetolorum, nec castra, quo fors tulisset loco, sine ullo discrimine ac cura muniendi, posita. itaque, ne temeritas eorum negligentiaque sibi ac suis etiam cladis alicujus causa esset, cum campestribus locis subjicientes eos castra Phecado urbi videret, ipse paulo plus quingentorum passuum inde tumulum suis, quamvis levi munimento tutum, cepit. Cum Aetoli, nisi quod populabantur, vix meminisse viderentur, se in hostium agro esse; alii palati semiermes vagarentur, alii in castris sine stationibus per somnum vinumque dies noctibus aequarent: Philippus inopinantibus advenit. quem cum adesse refugientes ex agris quidam pavidi nuntiasent, trepidare Damocritus ceterique duces: et erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo sopiti jacebant. Excitare igitur alii alios, jubere arma capere, alios dimittere ad revoandos, qui palati per agros praedabantur. tantaque trepidatio fuit, ut sine gladiis quidam equitum exirent, foricas plerique non induerent. Ita raptim educti, cum universi sexcentorum aegre simul equites peditesque numerum expleſſent, incidunt in regium equitatum, numero, animis, armisque praestantem. Itaque primo impetu fusi, vix tentato certamine, turpi fuga repetunt castra. caesi captique quidam, quos equites ab agmine fugientium intercluserunt.

XLII. Philippus, suis jam vallo appropinquantibus, receptui cani iussit. fatigatos enim equos virosque non tam proelio, quam itineris simul longitudine, simul praepropera celeritate, habebat. Itaque turmatim equites, invicemque manipulos levis armaturae, aequatum ire et, prandere iubet: alios in statione armatos retinet, opperiens agmen peditum tardius ductam propter gravitatem armorum. Quod ubi advenit, et iplis imperatum, ut, statutis signis armisque ante se positis, raptim cibum caperent, binis ternisque suminum ex manipulis aquandi causa missis: interim eques cum levi armatura paratus instructusque stetit, si quid hostis moveret. Aetoli, (jam enim et, quae per agros multitudo sparsa fuerat, receperat se in castra) ut defensuri munimenta, circa portas vallunque armatos disponunt, dum quietos hostes ipsi feroces ex tuto spectabant. postquam mota signa Macedonum sunt, et succedere ad vallum parati atque instructi coepere, omnes repente, relictis stationibus, per averfam partem castrorum ad tumultum, ad castra Athamanum perfugiunt. multi in hac quoque tam trepida fuga capti caesique sunt Aetolorum. Philippus, si satis diei superesset, non dubius, quin Athamanes quoque exui castris potuissent, die per proelium, deinde per direptionem castrorum absumto, sub tumultu in proxima planitie confedit, prima luce insequentis diei hostem aggressurus. Sed Aetoli eodem pavore, quo sua castra reliquerant, nocte proxima dispersi fugerunt. Maximo usui fuit Amynder, quo duce Athamanes, itinerum periti, summis montibus per calles ignotos sequentibus eos hostibus in Aetolian perduxerunt. non ita multos in dispersa fuga intulit in Macedonum equites, quos luce prima Philippus, ut desertum tumultum vidit, ad carpendum hostium agmen milit.

XLIII. Per eos dies et Athenagoras regius praefectus, Dardanos recipientes se in finem adeptus, postremum agmen primo turbavit. dein, postquam Dardani conversis signis direxere aciem, aequa pugna iusto proelio erat. ubi rursus procedere Dardani coepissent, equites et levi armatura regi, nullum talis auxilii genus habentes

tes Dardanos, oneratos immobilibus armis, vexabant: et loca ipsa adjuvabant. Occisi perpauci sunt, plures vulnerati, captus nemo, quia non excedunt temere ordinibus suis, sed confestim et pugnant, et cedunt. Ita damna Romano accepta bello, duabus per opportunas expeditiones coercitis gentibus, restituerat Philippus, incepto forti, non prospero solum eventu. Minuit deinde ei forte oblata res hostium Aetolorum numerum. Scopas princeps gentis, ab Alexandria magno cum pondere auri ab rege Ptolemaeo missus, sex millia peditum et equites mercede conductos Aegyptum avexit. nec ex juventute Aetolorum quenquam reliquisset, ni Danoeritus, nunc belli, quod instaret, nunc futurae solitudinis admonens, (incertum cura gentis, an ut adversaretur Scopae, parum donis cultus) partem juniorum castigando domi continuisset. Haec ea aetate ab Romanis Philippoque gesta erant.

XLIV. Classis a Corcyra ejusdem principio aetatis cum L. Apustio legato profecta, Malea superata, circa Scyllaeum agri Hermionici Attalo regi conjuncta est. Tum vero Atheniensium civitas, qui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat, id omne in auxilium praesentis spem effudit. nec unquam ibi defunt linguarum promptae ad plebem concitandam: quod genus, quam in omnibus liberis civitatibus, tum praecipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet, favore multitudinis alitur. Rogationem extemplo tulerunt, plebesque scivit, ut *Philippi statuae, imagines omnes, nominaque earum, item majorum ejus virilis ac muliebris sexus omnium tollerentur, delerenturque: dies festi, sacra, sacerdotes, quae ipsius majorumve ejus honoris causa instituta essent, omnia profanarentur. Loca quoque, in quibus positum aliquid inscriptumve honoris ejus causa fuisset, destabilia esse, neque in iis quidquam postea poni dedicarique placere eorum, quae in loco puro boni dedicarique fas esset. Sacerdotes publicos, quotiescunque pro populo Atheniensium, sociisque, et exercitiis, et classibus eorum praecarentur, toties destabilari atque execrari Philippum, liberos ejus, regnumque, terrestres navalesque copias*

Macedonum genus omne nomenque. additum decreto, Si quis quid postea, quod ad notam ignominiamque Philippo pertineret, ferret, id omne populum Atheniensem iussurum: si quis contra ignominiam, prove honore ejus dixisset, fecissetve, qui occidisset eum, jure caesurum. postremo inclusum, Ut omnia, quae adversus Pissistratidas decreta quondam erant, eadem in Philippo servarentur. Athenienses quidem literis verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum gerebant.

XLV. Attalus Romanique, cum Piraeum primo ab Hermione peissent, paucos ibi morati dies, oneratique aequae immodicis ad honores sociorum, atque in ira adversus hostem fuerant, Atheniensium decretis, navigant a Piraeo Andrum. et cum in portu, quem Gauleon vocant, constitissent, missis, qui tentarent oppidanorum animos, si voluntate tradere urbem, quam vim experiri, valent; postquam praesidio regem arcem teneant, nec se potestatis suae esse respondebant; expositis copiis, omnique apparatu urbium oppugnandarum, diversis partibus rex et legatus Romanus ad urbem subeunt. Plus aliquanto Graecos Romana signa armaque non ante visa animique militum, tam promte succedentium muros, terruerunt. Itaque fuga extemplo in arcem facta est: urbe hostes potiti. et in arce cum biduum loci se magis, quam armorum, fiducia tenuissent, tertio die pacti ipsi praesidiumque, ut cum singulis vestimentis Delium Boeotiae transveherentur. Ea ab Romanis regi Attalo concessa: praedam ornamentaque urbis ipsi auerunt. Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit. postea et ab Delio, qui ex pacto transvecti eo fuerant, promissis regis, cum desiderium quoque patriae facilius ad credendum inclinaret animos, revocati. Ab Andro Cythnum trajecerunt. ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequidquam absumti: et, quia vix operae pretium erat, abcesserunt. Ad Prasias (continentis Atticae is locus est) Issaeorum viginti lembi classis Romanorum adjuncti sunt. ii missi ad populandos Carystiorum agros. cetera classis Geraestum, nobilem Euboeae

boeae portum, dum a Carysto Iffaci redirent, tenuit. Inde omnes, velis in altum datis, maris medio praeter Scyrum insulam locum pervenere; ibi paucos dies, laeviente Borea, retenti: ubi prima tranquillitas data est, Sciathum trajecere, vastatam urbem direptamque nuper a Philippo. Per agros palati milites frumentum, et si qua alia ului esse ad vescendum poterant, ad naves rotulere. praedae nec erat quidquam, nec meruerant Graeci, cur diriperentur. Inde Cassandream petentes, primo ad Mendin, maritimum civitatis ejus vicum, tenere. inde cum, superato promontorio, ad ipsa moenia urbis circumagere classem vellent, saeva coorta tempestate, prope obruti fluctibus, dispersi, magna ex parte amissis armamentis, in terram effugerunt. Omen quoque ea maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. nam, collectis in unum navibus, expositisque copiis, aggressi urbem, cum multis vulneribus repulsi, (et erat validum ibi regium praesidium) irrito incepto regressi Canastracum Pallenes trajecere. inde, superato Toxonae promontorio, navigantes Acanthum petiere. Ibi primo ager vastatus, deinde ipsa urbs vi capta ac direpta. nec ultra progressi (jam enim et graves praeda naves habebant) retro, unde venerant, Sciathum, et ab Sciatho Euboeam repetunt.

XLVI. Ibi relicta classe, decem navibus expeditis innum Maliacum intravere, ad colloquendum cum Aetolis de ratione gerendi belli. Sipyrrhicas Aetolus princeps legationis ejus fuit, quae ad communicanda consilia Heracleam cum rege et cum Romano legato venit. Petitum ex foedere ab Attalo est, ut mille milites praestaret. tantum enim numerum bellum gerentibus adversus Philippum debebat. Id negatum Aetolis: quod illi quoque gravati prius essent ad populandam Macedoniam exire, quo tempore, Philippo circa Pergamum urente sacra profanaque, abstrahere eum inde respectu rerum suarum potuissent. Ita Aetoli cum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi. Apustius cum Attalo ad classem rediit. Inde consultari de Oreo oppugnando coeptum. Valida ea civitas et

nibus, et, quia ante fuerat tentata, firmo erat praesidio. Coniunxerant se iis post expugnationem Andri cum praefecto Agesimbrote viginti Rhodiae naves, tectae omnes. eam classem in stationem ad Zelasium miserunt, (Isthmia id super Demetriadem promontorium est peropportuno objectum) ut, si quid inde moverent Macedonum naves, in praesidio essent. Heraclides praefectus regius classem ibi tenebat, magis per occasionem, si quam negligentia hostium dedisset, quam aperta vi quidquam ausurus. Oreum diversi Romani et rex Attalus oppugnabant: Romani a maritima arce, regii adversus vallem inter duas jacentem arces, qua et muro intersepta urbs est, et ut loca diversa, sic dispari modo etiam oppugnabant: Romani testudinibus, et vineis, et ariete admovendo muris: regii ballistis, catapultisque et alio omni genere tormentorum tela ingerentes. et pondere ingenti saxa jaciebant, et cuniculos, et quidquid aliud priore oppugnatione expertum profuerat. Ceterum non plures tantum Macedones, quam ante, tuebantur urbem arcesque, sed etiam praesentioribus animis, et, castigationibus regis in admitta culpa, simul minarum, simul promissionum in futurum memores, ita ut parum in expugnatione celeri spei esset. Interim et aliud agi posse ratus legatus, relictis, quot satis videbantur ad opera perficienda, militibus, trajicit in proxima continentis: Larissamque (non illam in Thessalia nobilem urbem, sed alteram, quam Cremastem vocant) subito adventu, praeter arcem, cepit. Attalus quoque Aegeleon, nihil minus quam tale quidquam in alterius oppugnatione urbis tinentibus, oppressit. Et jam cum opera in effectum erant circa Oreum, tum praesidium, quod intus erat, labore assiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque, et vulneribus confectum. Muri quoque pars, ariete incusso subruta, multis jam locis prociderat: perque apertum ruina iter nocte Romani, quodque super portum est, in arcem perreperunt. Attalus luce prima, signo ex arce dato ab Romanis, et ipse urbem inivit, stratis magna ex parte muris: praesidium oppidanique in alteram arcem per fugere, unde biduo post deditio facta. urbs regi, captiva corpora Romanis cessere.

XLVII. Jam autumnale aequinoctium instabat: et est sinus Euboicus, quem Coela vocant, suspectus nautis. itaque, ante hiemales motus evadere inde cupientes, Piraeum, unde profecti ad bellum erant, repetunt. Apustius, triginta navibus ibi relictis, super Maleam navigat Corcyram. Regem spatium Initiorem Cereris, ut sacris interesset, tenuit. secundum Initia et ipse in Asiam se recepit, Agelumbroto et Rhodiis domum remissis. Haec ea aestate terra marique adversus Philippum sociosque ejus a consule et legato Romanis, adjuvantibus rege Atalo et Rhodiis, gesta. Consul alter C. Arelus ad confectum bellum cum in provinciam venisset, haud clam tulit iram adversus praetorem, quod absente se rem gessisset. misso igitur eo in Etruriam, ipse in agrum hostium legiones induxit: populandoque, cum praeda majore, quam gloria, bellum gessit. L. Furius, simul quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret, simul Gallico triumpho imminens, quem, absente consule irato atque invidente, facilius impetrari posse ratus, Romam inopinato cum venisset, senatum in aede Bellonae habuit: expolitisque rebus gestis, ut triumphans sibi in urbem invehi liceret, petit.

XLVIII. Apud magnam partem senatus et magnitudine rerum gestarum valebat, et gratia. Majores natu negabant triumphum, et quod alieno exercitu rem gessisset, et quod provinciam reliquisset aviditate rapiendae per occasionem triumphis; id vero cum nullo exemplo fecisset. Consulares praecipue, expectandum fuisse consulem, dicebant. potuisse enim castris, prope urbem positis, tutanda colonia, ita ut acie non decerneret, in adventum ejus rem extrahere. et, quod praetor non fecisset, senatum faciendum esse. Consulem expectarent; ubi coram discipiantes consulem et praetorem audissent, verius de causa existimatos esse. Magna pars senatus nihil praeter res gestas, et an in magistratu suisque auspiciis gessisset, cenlebant spectare senatum debere. Ex duobus coloniis, quae velut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus oppositae fuissent, cum una direpta et incensa esset, trajecturamque in incendium, velut ex continenti-

tibus

bus occis, in alteram tam propinquam coloniam esset, quid tandem praetori faciendum fuisse? Nam, si sine consule geri nihil operauerit, aut senatum peccasse, qui exercitum praetori dederit, (potuisse enim, si non cum praetoris, sed consulis, exercitum rem geri voluerit, ita finire senatusconsultum, ne per praetorem, sed per consulem, gereretur) aut consulem, qui non, cum exercitum ex Etruria transire in Galliam iussisset, ipse Arimini occurreret, ut bello interesset, quoque sine eo geri fas non esset. Non expectare belli tempora moras et dilaciones imperatorum. et pugnandum esse interdum, non quia velis, sed quia hostis cogat. Pugnam ipsam eventumque pugnae spectari oportere. fusos caesosque hostes: castra capta ac direpta: coloniam liberatam obsidione: alterius coloniae captivos recuperatos restitutosque suis: debellatum uno proelio esse. Non homines tantum ea victoria laetatos, sed Diis quoque immortalibus per triduum supplicationes habitas, quod bene ac feliciter, non quod male ac remere, respublica a L. Furio praetore gesta esset. Data fato etiam quodam Furiae genti Gallica bella.

XLIX. Huius generis orationibus ipsius amicorumque victa est, praesentis gratia praetoris, absentis consulis maiestas; triumphumque frequentes L. Furio decreverunt. Triumphavit de Gallis in magistratu L. Furius praetor. In aerarium tulit trecenta viginti millia aeris, argenti centum septuaginta millia pondo: neque captivi ulli ante currum ducti, neque spolia praelata, neque milites secuti. omnia, praeter victoriam, penes consulem esse apparebat. Ludi deinde a P. Cornelio Scipione, quos consul in Africa voverat, magno apparatu facti. Et de agris militum ejus decretum, ut, quot quisque eorum annos in Hispania aut in Africa militasset, in singulos annos bina jugera acciperet. eum agrum decemviri assignarent. Triumviri inde creati ad supplendum Venusinorum coloniarum numerum, quod bello Hannibalis attenuatae vires ejus coloniae erant, C. Terentius Varro, T. Quinctius Flaminius, P. Cornelius Cn. F. Scipio. hi colonos Venusiam adscriperunt. Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtine-

obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit. quindecim millia Hispanorum eo proelio dicuntur caesa, signa militaria capta octo et septuaginta. C. Aurelius consul, cum ex provincia Romam comitiorum causa venisset, non id, quod animis praeceperant, questus est, *Non expectarum, se ab senatu, neque disceptandi cum praetore consuli potestatem factam: sed ita triumphum decreuisse senatum, ut nullius, nisi ejus, qui triumphaturus esset, haud eorum, qui bello interfuissent, verba audiret. Majores ideo instruisse, ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adessent; ut veritas rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice videretur. Equem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse, quem percontari posset senatus, quid veri praetor vanive referret?* Comitibus deinde diem edixit: quibus creati sunt consules L. Cornelius Lentulus, P. Villius Tappulus. Praetores inde facti L. Quinctius Flaminus, L. Valerius Flaccus, D. Villius Tappulus, Cn. Baebius Tamphilus.

L. Annona quoque eo anno pervilis fuit. frumenti vim magnam ex Africa advectam aediles curules M. Claudius Marcellus et Sex. Aelius Paetus binis aeris in modios populo diviserunt: et ludos Romanos magno apparatu fecerunt: diem unum instaurarunt: signa aenea quinque ex mulctatione argento in aerario posuerunt. Plebeji ludi ab aedilibus L. Terentio Massiliota et Cn. Baebio Tamphilo, quem praetorem designaverant, ter toti instaurati. Et ludi funebres eo anno per quatriduorum in foro, mortis M. Valerii Laevini causa, a P. et M. filiis ejus facti: et munus gladiatorium datum ab iis. paria quinque et viginti pugnarunt. M. Aurelius Cotta, decemvir sacrorum, mortuus. in ejus locum M. Acilius Glabrio suffectus. Comitibus aediles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non possent. nam C. Cornelius Cethegus abiens creatus erat, cum Hispaniam obtineret provinciam; C. Valerius Flaccus, quem praesentem creaverant, quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat: magistratura autem plus

plus quinque dies, nisi qui jurasset in leges, non licebat gerere. Petente Flacco, ut legibus solveretur, senatus decrevit, ut, si aedilis, qui pro se juraret, arbitrato consulum daret, consules, si eis videretur, cum tribunis plebis agerent, uti ad plebem ferrent. Datus, qui juraret pro fratre, L. Valerius Flaccus, praetor designatus. tribuni ad plebem tulerunt, plebesque scivit, ut perinde esset, ac si ipse aedilis jurasset. Et de altero aedile scitum plebis est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut C. Cornelius aedilis curulis ad magistratum gerendum veniret, et L. Manlius Acidinus decederet de provincia multos post annos. plebes Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertinius pro consulibus imperium esse in Hispania iussit.

EPITOME LIBRI XXXII.

Complura prodigia ex diversis regionibus nuntiata referuntur: inter quae, in Macedonia in puppi longae navis lauream esse natam. T. Quinctius Flaminius consul adversus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri, fugarumque coëgis in regnum reverti. Ipse Thessaliam, quae est vicina Macedoniae, sociis Aetolis et Athamanibus, vocavit. L. Quinctius Flaminius consulis frater, Azalo rege et Rhodiis adjuvantibus, in Euboeam et maritimam oram trajectus, Eretriam expugnavit. Achaeci in amicitiam recepti sunt. Conjuratio servorum, facta de solvendis Carthaginiensium obfidibus, oppressa est: duo millia necati sunt. Praetorum numerus amplius est, ut seni crearentur. Cornelius Cethegus consul Gallos Insabres proelio fudit. Cum Lacedaemoniis et tyranno eorum Nabide amicitia juncta est. Praeterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

LIBER XXXII.

I. **C**onsules praetoresque, cum Idibus Martiis magistratum inissent, provincias sortiti sunt. L. Cornelio Lentulo Italia, P. Villio Macedonia; praetoribus, L. Quintio urbana, Cn. Baebio Ariminum, L. Valerio Sicilia, L. Villio Sardinia evenit. Lentulus consul novas legiones scribere iussus; Villius a P. Sulpicio exercitum accipere. in supplementum ejus, quantum militum videretur, ut scriberet, ipsi permittum. Praetori Baebio legiones, quas C. Aurelius consul habuisset, ita decretae, ut retineret eas, donec consul novo cum exercitu succederet. in Galliam ubi is venisset, omnes milites exauctorati domum dimitterentur, praeter quinque millia socium. his obtineri circa Ariminum provinciam satis esse. Prorogato imperio praetoribus prioris anni, (Cn. Sergio, ut militibus, qui in Hispania, Sicilia, Sardinia stipendia per multos annos fecissent, agrum assignandum curaret; Q. Minacio, ut in Brutiis idem de conjugationibus quaestiones, quas praetor cum fide curaque exercuisset, peraceret; et eos, quos sacrilegii comperitos in vinculis Romam misisset, Locros mitteret ad supplicium; quaeque sublata ex delubro Proserpinae essent, reponenda cum piaculis curaret) feriae Latinae pontificum decreto instauratae sunt; quod legati ab Ardea questi in senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut assuet, datam non esse. Ab Suessa nuntiatum est, duas portas, quodque inter eas muri erat, de coelo tactam; et Forumani legati aedem Jovis, item Ostienses aedem Jovis, et Veliterni Apollinis et Sanci aedes, et in Herculis aede capillum enatam: et ex Brutiis ab Q. Minacio propraetore scriptum, equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus, natos esse. Inde a P. Sulpicio proconsule ex Macedonia literae allatae, in quibus inter cetera scriptum erat, lauream in puppi navis longae enatam. Prius prodigiorum causa senatus censuerat, ut consules majoribus hostiis, quibus Diis videretur, sacrificarent. ob hoc unum prodigium haruspices in senatum vocati, etque ex responso eorum supplicatae

plificatio populo in diem unum edicta, et ad omnia pulvinaria res divinae factae.

II. Carthaginenses eo anno argentum in stipendium impositum primum Romam advexerunt. id quia probum non esse quaestores renuntiaverant, experientibusque pars quarta decocta erat; pecunia Romae mutua sumta, intertrimentum argenti suppleverunt. Petentibus deinde, ut, si jam videretur senatui, obsides sibi redderentur, centum redditu obsides. de ceteris, si in fide permanerent, spes facta. Petentibus iisdem, qui non reddebantur obsides, ut ab Norba, ubi parum commode essent, alio traducerentur, concessum, ut Signiam et Ferentinum transirent. Gaditanis item petentibus remissum, ne praefectus Gades mitteretur, adversus quod iis, in fidem populi Romani venientibus, cum L. Marcio Septimo convenisset. Et Narniensium legatis, querentibus ad numerum sibi colonos non esse, et immixtos quosdam non sui generis pro colonis se gerere, earum rerum causa tres viros creare L. Cornelius consul iussus. creati P. et Sex. Aelii (Pactis fuit ambobus cognomen) et C. Cornelius Lentulus. quod Narniensibus datum erat, ut colonorum numerus cogeretur, id Cosani petentes non impetraverunt.

III. Rebus, quae Romae agendaae erant, perfectis, consules in provincias profecti. P. Villium in Macedonia cum venisset, atrox seditio militum, jam ante irritata, nec satis in principio compressa, excepit. duo millia ea militum fuere; qui ex Africa post devictum Hannibalem in Siciliam, inde anno fere post in Macedonia pro voluntariis transportati erant. id voluntate factum negabant: *Ab tribunis recusantes in naves impositos. sed uscuque; seu injuncta, seu suscepta foret militia, et eam exhaustam, et finem aliquem militandi fieri acutum esse. Multis annis sese Italiam non vidisse. consensisse sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia. Confectos jam se labore et opere, exsangues tot acceptis vulneribus esse. Consul, causam postulandae missionis probabilem, si modeste peteretur, videri, dixit. seditionis nec eam,*

eam, nec ullam aliam satis justam causam esse. Itaque si manere ad signa, et dicto parere velint, se de missione eorum ad senatum scripturum. Modestia facilius, quam pertinacia, quod velint, impetraturos.

IV. Thaumacos eo tempore Philippus summa vi oppugnabat aggeribus vineisque; et jam arietem muris admoturus erat. ceterum incepto abstinere eum coëgit Iubitus Aetolorum adventus, qui, Archidamo duce inter custodias Macedonum moenia ingressi, nec die, nec nocte finem ullum erumpendi, nunc in stationes, nunc in opera Macedonum, faciebant. et adjuvabat eos natura ipsa loci. namque Thaumaci a Pylis sinuque Maliaco per Larniam eunti loco alto siti sunt, ipsis faucibus imminentes, quas Coela vocant: Thessaliaeque transeunti confragosa loca implicatasque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc urbem est, repente, velut maris vasti, sic immensa panditur planities, at subjectos campos terminare oculis haud facile queas. Ab eo miraculo Thaumaci appellati. nec altitudine solum tanta urbs, sed quod, saxo undique absciso, rupibus imposita est. Hæc difficultates, et quod haud satis dignum tanti laboris periculi que pretium erat, ut ablisteret incepto Philippus, effecerunt. hiens quoque jam instabat, cum inde abscessit, et in Macedoniam in liberna copiis reduxit.

V. Ibi ceteri quidem, data quantacunque quiete temporis, simul animos corporaque remisissent. Philippum quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus, tanto magis intentum in universum eventum belli curae angunt, non hostes modo timeentem, qui terra marique urgebant; sed nunc sociorum, nunc etiam popularium animos, ne et illi ad spem amicitiae Romanorum deficerent, et Macedonas ipsos cupido novandi res caperet. itaque et in Achajam legatos militum, simul qui jusjurandum (ita enim pepigerant, quotannis juraturos in verba Philippi) exigerent: simul qui redderent Achæis Orchomenon, et Heraean, et Triphyliam; Eleis Alipheram, contententibus, nunquam eam urbem

fuisse ex Triphylia, sed sibi debere restitui, quia una esset ex iis, quae ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributae forent. Et eum Achaeis quidem per haec societatem firmabat. Macedonum animos sibi conciliavit cum Heraclide. nam cum eum maximae invidiae sibi esse cerneret, multis criminibus oneratum in vincula coniecit, ingenti popularium gaudio. Bellum, si quando unquam ante alias, tum magna cura apparavit, exercuitque in armis et Macedonas, et mercenarios milites: principioque veris cum Athenagora omnia externa auxilia, quodque levis armaturae erat, in Chaoniam per Epirum ad occupandas, quae ad Antigoneam fauces sunt, (Stena vocant Graeci) misit. Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine, cum litum omnem regionis adspexisset, maxime idoneum ad muniendum locum credidit esse praeter amnem Aoum, is inter montes, quorum alterum Aeropum, alterum Asnaum incolae vocant, angusta valle fluit, iter exiguum super ripam praebens. Asnaum Athenagoram cum levi armatura tenere ac communire jubet: ipse in Aeropo posuit castra. Quae abscissae rupes paucorum armatorum tenebat; quae minus tuta erant, alia fossis, alia vallis, alia turribus munebat. Magna tormentorum etiam vis, ut missilibus procul arcerent hostem, idoneis locis disposita est. tabernaculum regium pro vallo, in conspecto maxime tumulo, ut terrorem hostibus, suisque spem ex fiducia faceret, positum.

VI. Consul, per Charopum Epiroten certior factus, quos saltus cum exercitu infedisset rex, et ipse, cum Corcyrae hibernasset, vere primo in continentem trajectus, ad hostem ducere pergit. quinque millia ferre ab regis castris cum abesset, loco munito relictis legionibus, ipse cum expeditis progressus ad speculanda loca, postero die consilium habuit, utrum per infessum ab hoste saltum, quanquam labor ingens periculumque proponeretur, transitum tentaret; an eodem itinere, quo priore anno Sulpicius Macedoniam intraverat, circumduceret copias. Hoc consilium per multos dies agitantis nuntius venit, T. Quinctium consulem factum, forti-

sortitumque provinciam Macedoniam, maturato itinere jam Corcyram trajecisse. Valerius Antias intrasse sal- tum Villium tradit, quia recto itinere nequirit, omni- bus a rege infessis, secutum vallem, per quam mediam fertur Aous amnis; ponte raptim facto, in ripam, in qua erant caltra regia, transgressum acie conflixisse: fu- lum fugatumque regem, castris exutum: duodecim mil- lia hostium eo proelio caesa, capta duo millia et ducen- tos, et signa militaria centum triginta duo, equos du- centos triginta. eadem etiam Jovi in eo proelio votam, si res prospere gesta esset. Ceteri Graeci Latini- que au- ctiores, quorum quidem ego legi annales, nihil memo- rabile a Villio actum, integrumque bellum insequentem consulem T. Quinctium accepisse tradunt.

VII. Dum haec in Macedonia geruntur, consul alter L. Lentulus, qui Romae substiterat, comitia censoribus creandis habuit. Multis claris petentibus viris, creati cenlores P. Cornelius Scipio Africanus et P. Aelius Pae- tus. hi, magna inter se concordia, et senatum sine ul- lius nota legerunt, et portoria venalium Capuae Puteo- lisque, item Castrorum portorium, quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt: colonosque eo tre- centos (is enim numerus finitus ab senatu erat) adscrip- serunt, et sub Tifatis Capuae agrum vendiderunt. Sub idem tempus L. Manlius Acidinus, ex Hispania dece- dens, prohibitus a P. Porcio Laeca tribuno plebis, ne ovans rediret, cum ab senatu impetrasset, privatus ur- bem ingrediens mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferme auri in aerarium tulit. Eodem anno Cn. Baebius Tamphilus, qui ab C. Aurelio consule anni prio- ris provinciam Galliam acceperat, temere ingressus Gal- lorum Infubrium fines, prope cum toto exercitu est cir- cumventus: supra sex millia et sexcentos milites amisit. tanta ex eo bello, quod jam timeri desierat, clades ac- cepta est. Ea res L. Lentulum consulem ab urbe exci- vit, qui, ut in provinciam venit plenam tumultus, tre- pido exercitu accepto, praetorem multis probris increpi- tum provincia decedere, atque abire Romam iussit. Ne- que ipse consul memorabile quidquam gessit, comitio-

rum causa Romam revocatus; quae ipsa per M. Fulvium et M. Curium tribunos plebis impediabantur, quod T. Quinctium Flaminium consulatum ex quaestura petere non patiebantur. *Jam aedilitatem praeturamque fastidiri: nec per honorum gradus, documentum sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum, sed transcendendo media, summa imis continuare.* Res ex campelstri certamine in senatum venit. Patres censuerunt, *Qui honorem, quem sibi capere per leges liceret, peteret, in eo populo creandi, quem velit, potestatem fieri aequum esse.* In auctoritate Patrum fuere tribuni. Creati consules Sex. Aelius Paetus et T. Quinctius Flamininus. Inde Praetorum comitia habita, creati L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Helvius, qui aediles plebis fuerant. ab iis ludi plebeji instaurati: et epulum Jovis fuit ludorum causa. Et ab aedilibus curulibus C. Valerio Flacco flamine Dialis et C. Cornelio Cethego ludi Romani magno apparatu facti. Ser. et C. Sulpicii Galbae pontifices eo anno mortui sunt, in eorum locum M. Aemilius Lepidus et Cn. Cornelius Scipio pontifices suffecti sunt.

VIII. Sex. Aelius Paetus, T. Quinctius Flamininus consules; magistratu initio, senatum in Capitolio cum habuissent, decreverunt Patres, *ut provincias Macedoniae et Italiam consules compararent inter se, sortirenturque. Utri eorum Macedonia evenisset, in supplementum legionum tria millia militum Romanorum scriberet, et trecentos equites. item sociorum Latini nominis quinque millia pedum, quingentos equites.* Alteri consuli novus omnis exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni consuli prorogatum imperium est; vetitusque aut ipse provincia decedere prius, aut veterem exercitum deducere, quam cum legionibus novis consul venisset. Sortiti consules provincias. Aelio Italia, Quinctio Macedonia evenit. Praetores, L. Cornelius Merula urbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Sardiniam, C. Helvius Galliam est sortitus. Delectus inde haberi est coeptus. nam, praeter consulares exercitus, praetores quoque jussi scribere milites erant. Marcellus in Siciliam qua-

quatuor millia peditum socium Latini nominis, et trecentos equites; Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum, ducentos equites: ita ut hi praetores ambo, cum in provincias venissent, veteres dimitterent pedites equitesque. Attali deinde regis legatos in senatum consules introduxerunt. Hi, regem classe sua copiisque omnibus terra inarique Romanam rem juvare, quaeque imperarent Romani consules, impigre atque obedienter ad eam diem fecisse, cum exposuissent, *Veneri dixerunt, ne id praestare ei per Antiochum regem ultra non liceret. vacuum namque praesidiis multabilibus terrestribusque regnum Attali Antiochum invasisse. Itaque Attalum orare Patres conscriptos, si sua classe, suaque opera uti ad Macedonicum bellum vellent, mitterent ipsi praesidium ad regnum ejus tutandum: si id nollens, ipsum ad sua defendenda cum classe ac reliquis copiis redire paterentur.* Senatus legatis ita responderi iussit, *Quod rex Attalus classe copiisque aliis duces Romanos juvisset, id gratum senatui esse. Auxilia nec ipsos missuros Attalo adversos Antiochum, socium et amicum populi Romani: nec Attali auxilia retenturos, ultra quam regi commodum esset. Semper populum Romanum alienis rebus, arbitrio alieno, usum. et principium et finem in potestate ipsorum, qui ope sua velint adjuvos Romanos, esse. Legatos ad Antiochum missuros, qui nuntient, Attali naviumque ejus et militum opera adversus Philippum communem hostem uti populum Romanum. Gratum eum facturum et senatui, si regno Attali absint, belloque abstint. Aequum esse, socios et amicos populi Romani reges inter se quoque ipsos pacem servare.*

IX. Consulem T. Quinctium, ita habito delectu, ut eos fere legeret, qui in Hispania aut Africa meruissent spectatae virtutis milites, properantem in provinciam prodigia nuntiata atque eorum procuratio Romae tenuerunt. De coelo tacta erant via publica Vejis, forum et aedes Jovis Lanuvii, Herculis aedes Ardeae, Capuae murus et turres et aedes, quae Alba dicitur. coelum ardere visum erat Arretii. terra Velitris trium jugerum spatio caverna ingenti defoderat. Sueffae Auruncae nuntiabant

agnum cum duobus capitibus natum, et Sinuessae porcum humano capite. Eorum prodigiorum causa supplicatio unum diem habita. et consules rebus divinis operam dederunt; placatisque Diis, profecti in provincias sunt. Aelius cum C. Helvio praetore in Galliam: exercitumque ab L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, praetori tradidit; ipse novis legionibus, quas secum adduxerat, bellum gesturus. neque memorabilis rei quidquam gessit. Et T. Quinctius alter consul maturius, quam priores soliti erant consules, a Brundisio cum transmisisset, Corcyram tenuit cum octo millibus peditum, equitibus octingentis. Ab Corcyra in proxima Epiri quinqueremi trajecit: et in castra Romana magnis itineribus contendit; inde Villio dimisso, paucis moratus dies, dum se copiae ab Corcyra assequerentur, consilium habuit, utrum recto itinere per castra hostium viam facere conaretur: an, ne tentata quidem res tanti laboris ac periculi, per Dassaretios potius Lycumque tuto circuitu Macedoniam intraret. Vicissetque ea sententia, ni timuisset, ne, cum a mari longius recessisset, misso e manibus hoste, si (quod antea fecerat) solitudinibus silvisque se tutari rex voluisset, sine ullo effectu aestas extraheretur. Utcunque esset igitur, illo ipso tam iniquo loco aggredi hostem placuit. sed magis fieri id placebat, quam, quomodo fieret, satis expediebat.

X. Dies quadraginta sine ullo conatu sedentes in conspectu hostium absumserant. Inde spes data Philippo est, per Epirotarum gentem tentandae pacis: habitoque consilio delecti ad eam rem agendam, Pausanias praetor, et Alexander magister equitum, consulem et regem, ubi in arciflimas ripas Aous cogitur amnis, in colloquium adduxerunt. Summa postulatorum consulis erat, praesidia ex civitatibus rex deduceret. iis, quorum agros urbesque populatus esset, redderet res, quae comparerent. ceterorum aequo arbitrio aestimatio fieret. Philippus *aliam aliarum civitatum conditionem esse respondit. Quas ipse cepisset, eas liberaturum. Quae sibi traditae a majoribus essent, earum hereditariam ac iusta possessione non excessurum. si quas quererentur belli clades eae civitates,*

tates, cum quibus bellarum foret; arbitrio, quo vellet, populorum, cum quibus pax uerisque fuisset, se usurum. Consul, *Nihil ad id quidem arbitro aut iudice opus est, dicere. Cui enim non apparere, ab eo, qui prior arma insulisset, injuriam ortam? nec Philippum ab ullis bello laceffitum, ipsum priorem vim omnibus fecisse.* Inde cum ageretur, quae civitates liberandae essent, Thessalos primos omnium nominavit consul. ad id vero adeo accensus indignatione est rex, ut exclamaret, *quid victo gravius imperares, T. Quincti?* atque ita se ex colloquio proripuit. et temperatum aegre est, quin mililibus quia dirempti medio anni fuerant, pugnam inter se confererent. Postero die per excursiones ab stationibus primo in planitie, satis ad id patenti, multa levia commissa proelia sunt: deinde recipientibus se regis in arcta et confragosa loca, aviditate accensi certaminis eo quoque Romani penetravere. Pro his ordo, et militaris disciplina, et genus armorum erat, aptum urgendis regis: pro hoste loca, et catapultae ballistaeque, in omnibus propè rupibus, quasi in muris, dispositae. Multis hinc atque illinc vulneribus acceptis, cum etiam, ut in proelio iusto, aliquot cecidissent, nox pugnae finem fecit.

XI. Cum in hoc statu res esset, pastor quidam, a Charopo principe Epirotarum missus, deducitur ad consulem. *Is se in eo saltu, qui regis tunc oneratus castris erat, armentum pascere ait: omnes montium eorum anfractus callesque nosse. Si secum aliquos mittere velit, non iniquo nec perdifficili aditu supra caput hostium deducetur.* Haec, Charopus renuntiari jubet, *ita crederet, ut suae potius omnia, quam illius, potestatis essent.* Cum magis vellet credere, quam auderet, consul, mixtumque gaudio ac metu animum gereret, auctoritate motus Charopi, experiri spem oblatam statuit: et, ut averteret rem a suspitione, biduo insequenti laceffere hostem, dispositis ab omni parte copiis, succedentibusque integris in locum defessorum, non destitit. Quatuor millia inde lecta peditum et trecentos equites tribuno militum tradit. Equites, quoad loca patiantur, ducere jubet: ubi ad invia equiti ventum sit, in pla-

nitie aliqua locari equitatum; pedites, qua dux monstraret viam, ire: ubi, ut polliceretur, super caput hostium perventum sit, fumo dare signum: nec ante clamorem tollere, quam ab se signo accepto pugnam coeptam arbitrari posset. Nocte itinera fieri jubet, (et pernox forte luna erat) interdium cibi quietisque sumeret tempus. ducem promissis ingentibus oneratum, si fides exsistat, vincum tamen tribuno tradit. His copiis ita dimissis, eo intentius Romanus undique instat capi stationes.

XII. Interim die tertio cum verticem, quem petierant, Romani cepisse ac tenere se fumo significarent; tum vero, trifariam divisas copiis, consul valle media cum militum robore succedit: cornua dextra laevaue admovet castris. nec segnus hostes obviam eunt: et, dum, aviditate certaminis provecti, extra munitiones pugnant, haud paulo superior est Romanus miles, et virtute, et scientia, et armorum genere. Postquam, multis vulneratis interfectisque, recepere se regii in loca, aut munimento, aut natura tuta, verterat. periculum in Romanos, temere in loca iniqua, nec faciles ad receptum angustias progressos. neque impunita temeritate inde recepissent sese, ni clamor primum ab tergo auditus, dein pugna etiam coepta, amentes repentino terrore regios fecisset. Pars in fugam effusa sunt: pars magis, quia locus fugae deerat, quam quod animi satis esset ad pugnam, cum substitissent, ab hoste, et a fronte et ab tergo urgente, circumventi sunt. Deleri totus exercitus potuit, si fugientes persecuti victores essent: sed equitem angustiae locorumque asperitas, peditem armorum gravitas impediit. Rex primo effuse ac sine respectu fugit: dein, quinque millium spatium progressus, cum ex iniquitate locorum, id quod erat, suspicatus esset, sequi non posse hostem, substitit in tumulo quodam, dimisitque suos per omnia juga vallesque, qui palatos in unum colligerent. Non plus duobus millibus hominum amisus, cetera omnis multitudo, velut signum aliquod secuta, in unum cum convertisset, frequenti agmine petunt Thessaliam. Romani, quoad tutum fuit insecuti,

cuti, caedentes spoliantesque caesos, castra regia, etiam sine defensoribus difficili aditu, diripiunt: atque ea nocte in suis castris manserunt.

XIII. Postero die consul per ipsas angustias, qua se inter valles flumen insinuat, hostem sequitur. Rex primo die ad Castra Pyrrhi pervenit. locus, quem ita vocant, est in Triphylia terrae Melotidis. inde postero die (ingens iter agminis, sed metus urgebat) in montem Lingon perrexit. ipsi montes Epiri sunt, interjecti Macedoniae Thessaliaeque. Latus, quod vergit in Thessaliam, oriens spectat: septentrio a Macedonia objicitur. Vestiti frequentibus silvis sunt. juga summa campos patentes aquasque perennes habent. Ibi stativis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset. inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen demittere, Triccamque proximis limitibus petit: inde obvias urbes raptim peragravit. Homines, qui sequi possent, sedibus excibat: oppida incendebat: rerum suarum, quas possent, ferendarum secum dominis jus fiebat: cetera militis praeda erat. nec, quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quidquam fuit, quam quae ab sociis patiebantur. Haec etiam facienti Philippo acerba erant, sed e terra, mox futura hostium, corpora saltem eripere sociorum volebat. ita evastata sunt oppida, Phacium, Iresiae, Euhydrium, Eretria, Palae-pharus. Pheras cum peteret, exclusus, quia res egebat mora, si expugnare vellet, nec tempus erat, omisso incepto, in Macedoniae transcendit. Nam etiam Aetolos appropinquare fama erat. qui, audito proelio, quod circa Aoum factum erat, proximis prius evastatis circa Sperchias et Macran (quam vocant) Comen, transgressi inde in Thessaliam, Cymines et Angeas primo impetu potiti sunt. a Metropoli, dum vastant agros, concursu oppidanorum ad tuenda moenia facto, repulsi sunt. Callithera inde aggressi, similem impetum oppidanorum pertinacius sustinuerunt: compulsisque intra moenia, qui eruperant, contenti ea victoria, quia spes nulla admodum expugnandi erat, abscesserunt.

Theuma inde et Catachona vicos expugnant diripiuntque. Acharras per deditionem receperunt. Xyniae sibi metu a cultoribus desertae sunt. Hoc sedibus suis extorre agmen in praesidium incidit, quod Athamanum, quo tutior frumentatio esset, ducebatur: incondita inermisque multitudo, mixta imbelli turba, ab armatis caesa est. Xyniae desertae diripiuntur. Cyphara inde Aetoli capiunt, opportune Dolopiae imminens castellum. Haec raptim intra paucos dies ab Aetolis gesta. Nec Amynder atque Athamanes, post famam prosperae pugnae Romanorum, quieverunt.

XIV. Ceterum Amynder, quia suo militi parum fidebat, petito ab consule modico praesidio, cum Gomphos peteret, oppidum protinus nomine Phecam, situm inter Gomphos faucesque angustas, quae ab Athamanis Thessaliam dirimunt, vi cepit. inde Gomphos adortus, et per aliquot dies summa vi urbem tuentes, cum scalas ad moenia erexisset, eodem metu perpulit ad deditionem. Haec traditio Gomphorum ingentem terrorem Thessalis intulit. dedidit deinceps sese, qui Argenta, quique Pherinum, et Thimarum, et Lisinas, et Stimonem, et Lampsum habent, aliaque castella juxta ignobilia. Dum Athamanes Aetolique, submoto Macedonum metu, in aliena victoria suam praedam faciunt, Thessaliaque a tribus simul exercitibus, incerta quem hostem, quemve socium crederet, vastatur; consul faucibus, quas fuga hostium aperuerat, in regionem Epiri transgressus, etsi probe scit, cui parti, Charopo principe excepto, Epirotae favissent; tamen, quia ab latifaciendi quoque cura imperata esse facere videt, ex praesenti eos potius, quam ex praeterito, aestimat habitu, et ea ipsa facilitate veniae animos eorum in posterum conciliat. Missis deinde nuntiis Corcyram, ut onerariae naves in sinum venirent Ambracium; ipse, progressus modicis itineribus, quarto die in monte Cercetio posuit castra, eodem Amynandro cum suis auxiliis accito; non tam virium ejus egens, quam ut duces in Thessaliam haberet. ab eodem consilio et plerique Epirotarum voluntarii inter auxilia accepti.

XV. Primam urbium Theſſaliam Phaloriam eſt aggreſſus, duo millia Macedonum in præſidio habebat, qui primo ſumma vi reſtiterunt, quantum arma, quantum moenia tueri poterant: ſed oppugnatio continua, non die, non nocte remiſſa, (cum conſul in eo veri crederet ceterorum Theſſalorum animos, ſi primi vim Romanam non ſuſtinuiſſent) vicit pertinaciam Macedonum. Capta Phaloria, legati a Metropoli et a Piera dedentes urbes venerunt. venia eiſdem petentibus datur. Phaloria incenſa ac direpta eſt. Inde Aeginium petit, quem locum cum vel modico præſidio tutum ac prope inexpugnabilem vidiffet, paucis in ſtationem proximam telis coniectis, ad Gomphorum regionem agmen vertit. degreſſusque in campos Theſſaliam, cum jam omnia exercitui deſſent, quia Epirotarum pepercerat agris, explorato ante, utrum Leucadem, an linum Ambracium onerariae tenuiſſent, frumentatum Ambraciam invicem cohortes miſit. et eſt iter à Gomphis Ambraciam, ſicut impeditum ac difficile, ita ſpatio perbrevis. Intra paucos itaque dies, tranſvectis a mari comneatibus, repleta omni rerum copia ſunt caſtra. Inde Atracem eſt profectus, decem ferme millia ab Lariffa abeſt: ex Perrhaebia oriundi ſunt: ſita eſt urbs ſuper Peneum amnem. Nihil trepidavere Theſſali ad primum adventum Romanorum. Et Philippus, ſicut in Theſſaliam ipſe progredi non audebat, ita, intra Tempe ſtativis poſitis, ut quiſque locus ab hoſte tentabatur, præſidia per occaſiones ſubmittebat.

XVI. Sub idem fere tempus, quo conſul adverſus Philippum primum in Epiri faucibus caſtra poſuit, et L. Quinctius, frater conſulis, cui claſſis cura maritimaque orae imperium mandatum ab ſenatu erat, cum duabus quinqueremibus Corcyram tranſvectus, poſtquam profectam inde claſſem audivit, nihil morandum ratus, cum ad Zamam inſulam aſſectus eſſet, diſmiſſo L. Apuſtio, cui ſucceſſerat, tarde inde ad Maleam, trahendis plerumque remulco navibus, quae cum comneatu ſequebantur, pervenit. A Malea, iuſſis ceteris, quantum maxime poſſent maturate, ſequi, ipſe tribus quinque-

remi.

remibus expeditis Piraceum praecepit, accepitque naves ibi relictas ab L. Apustio legato ad praesidium Athenarum. Eodem tempore duae ex Asia classes profectae, una cum Attalo rege; (eae quatuor et viginti quinqueremes erant) Rhodia altera, viginti navium tectarum: Agesimbrotus praeerat. Hae circa Andrum insulam classes conjunctae Euboeam, inde exiguo distantem freto, trajecerunt. Carystiorum primum agros vastarunt: deinde, ubi Carystus, praesidio a Chalcide raptum misso, firma visa est, ad Eretriam accesserunt. Eodem et L. Quinctius cum iis navibus, quae Piraei fuerant, Attali regis adventu audito, venit, iussitque, ut, quae ex sua classe venissent naves, Euboeam peterent. Eretria summa vi oppugnabatur. nam et trium junctarum classium naves omnis generis tormenta machinasque ad urbium excidia secum portabant, et agri affatim materiae praebebant ad nova molienda opera. Oppidani primo haud impigre tuebantur moenia: deinde fessi vulneratique aliquot, cum et muri partem everfam operibus hostium cernerent, ad deditionem inclinarunt. sed praesidium erat Macedonum, quos non minus, quam Romanos, metuebant: et Philocles regius praefectus a Chalcide nuntios mittebat, se in tempore affuturum, si sustinerent obsequium. Haec mixta metu spes ultra, quam vellent, aut quam possent, trahere eos tempus cogebat. deinde, postquam Philoclem repulsum trepidantemque refugisse Chalcidem acceperunt, oratores extemplo ad Attalum, veniam fideinque ejus petentes, miserunt. Dum in spem pacis intenti segnius munera belli obeunt, et ea modo parte, qua murus dirutus erat, ceteris neglectis, stationes armatas opponunt; Quinctius, noctu ab ea parte, quae minime suspecta erat, impetu facto, scalis urbem cepit. Oppidanorum omnis multitudo cum conjugibus ac liberis in arcem confugit: deinde in deditionem venit. Pecuniae aurique et argenti haud sane multum fuit: signa, tabulae priscae artis, ornamentaque ejus generis plura, quam pro urbis magnitudine aut opibus ceteris, inventa.

XVII. Carystus inde repetita: unde, priusquam e navibus copiae exponerentur, omnis multitudo, urbe de-

deserta, in arcem confugit. Inde ad fidem ab Romano petendam oratores mittunt. oppidanis extemplo vita ac libertas concessa est: Macedonibus treceni nummi in capita statutum est pretium, et ut armis traditis abirent. Hac summa redenti, in Boeotiam inermes traiecit. Navales copiae, duabus claris urbibus Euboeae intra dies paucos captis, circumvectae Sunium Atticae terrae promontorium, Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt. Consul interim omnium spe longiorem atrociorumque oppugnationem habuit: et ea, qua minimum credidisset, resistebant hostes. nam omnem laborem in muro diruendo crediderat fore: si aditum armatis in urbem patefecisset, fugam inde caedemque hostium fore, qualis captis urbibus fieri solet. ceterum postquam, parte muri arietibus decussa, per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati, illud principium velut novi atque integri laboris fuit. nam Macedones, qui in praesidio erant et multi et delecti, gloriam etiam egregiam rati, si armis potius et virtute, quam moenibus, urbem tuerentur, conferti, pluribus introrsus ordinibus acie firmata, cum transcendere ruinas sensissent Romanos, per impeditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id consul aegre passus, nec eam ignominiam ad unius modo expugnandae moram urbis, sed ad summam universi belli, pertinere ratus, quod ex momentis parvarum plerumque rerum penderet, purgato loco, qui strage semirutum muri cumulatus erat, turrem ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem, promovit: et cohortes invicem sub signis, quae cuneum Macedonum, (phalangem ipsi vocant) li possent, vi perumprent, emittebat. Sed ad loca angusta, haud late patente intervallo diruti muri, genus armorum pugnaeque hosti aptius erat. ubi conferti hastas ingentis longitudinis prae se Macedones objecissent, velut in constructam densitate clypeorum testudinem Romani, pilis nequidquam emissis, cum frinxissent gladios; neque congredi propius, neque praecidere hastas poterant: et, si quas incidissent, aut praefregissent, hastilia fragmento ipso acuto, inter spicula integrarum hastarum, velut vallum explebant. Ad hoc et muri pars

adhuc

adhuc integra utraque tuta praestabat latera: nec ex longo spatio aut cedendum, aut impetus faciendus erat; quae res turbare ordines solet. Accessit etiam fortuita res ad animos eorum firmandos. nam cum turris per aggerem parum densati solum ageretur, rota una in altioris orbitam depressa ita turrim inclinavit, ut speciem suentis hostibus, trepidationemque insanam superstantibus armatis praebuerit.

XVIII. Cum parum quidquam succederet, consul minime aequo animo comparisonem militum generis armorumque fieri patiebatur: simul nec maturam expugnandi spem, nec rationem procul a mari et in evastatis belli cladibus locis hibernandi ullam cernebat. itaque relicta obsidione, quia nullus in tota Acarnaniae atque Aetoliae ora portus erat, qui simul et omnes onerarias, quae comineatum exercitui portabant, caperet, et tecta ad hibernandum legionibus praerberet, Anticyra in Phocide, in Corinthium versa sinum, ad id opportunissime sita visa: quia nec procul Thessalia hostiumque locis abibant; et ex adverso Peloponnesum exiguo maris spatio divisam, ab tergo Aetoliam Acarnaniamque, ab lateribus Locridem ac Boeotiam habebant. Phocidis primo impetu Phanoteam sine certamine cepit. Anticyra haud multum in oppugnando praebuit morae. Ambrysus inde Hyampolisque receptae. Daulis, quia in tumulo excelso sita est, nec scalis, nec operibus capi poterat. lacessendo missilibus eos, qui in praesidio erant, cum ad excursions elucissent, refugiendo invicem insequandoque, et levibus sine effectu certaminibus, eo negligentiae et contentus adduxerunt, ut cum refugientibus in portam pernixti impetum Romani facerent. Sex alia ignobilia castella Phocidis terrore magis, quam armis, in potestatem venerunt. Elatia clausit portas: nec, nisi vi cogerentur, recepturi moenibus videbantur aut ducem, aut exercitum Romanum.

XIX. Elatiam obsidenti consuli rei majoris spes affulsit, Achaeorum gentem ab societate regia ad Romanam amicitiam avertendi. Cycliadam, principem factionis

nis ad Philippum trahentium res, expulerant. Aristaeus, qui Romanis gentem jungi volebat, praetor erat. Classis Romana cum Attalo et Rhodiis Cenchreis stabat, parabantque communi omnes consilio Corinthum oppugnare. Optimum igitur ratus est, priusquam eam rem aggredierentur, legatos ad gentem Achaeorum mitti, pollicentes, si ab rege ad Romanos defecissent, Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium. Auctore consule, legati a fratre ejus L. Quinctio, et Attalo, et Rhodiis, et Atheniensibus, ad Achaeos misi. Sicyone datum iis est concilium. Erat autem non admodum simplex habitus animorum inter Achaeos. terrebat eos Lacedaemonius, gravis et assiduus hostis: horrebant Romana arma: Macedonum beneficiis et veteribus et recentibus obligati erant: regem ipsum suspectum habebant pro ejus crudelitate perfidiaque: neque ex iis, quae tum ad tempus faceret, aestimantes, graviorem post bellum dominum futurum cernebant. neque solum, quid in senatu quisque civitatis suae, aut in communibus conciliis gentis pro sententia dicerent, ignorabant: sed ne ipsis quidem secum cogitantibus, quid vellent, aut quid optarent, satis constabat. Ad homines ita incertos introductis legatis potestas dicendi facta est. Romanus primum legatus L. Calpurnius, deinde Attali regis legati, post eos Rhodii differuerunt. Philippi deinde legatis dicendi potestas facta est. postremi Athenienses, ut refellerent Macedonum dicta, auditi sunt. Ii fere atrocissime in regem, qui nulli nec plura, nec tam acerbam passi erant, invecti sunt. Et illa quidem concilio sub occasum solis, tot legatorum perpetuis orationibus die absumto, dimissa est.

XX. Postero die advocatur concilium: ubi cum per praekonem, sicut Graecis mos est, suadendi, si quis vellet, potestas a magistratibus facta esset, nec quisquam prodiret; diu silentium aliorum alios intuentium fuit. neque mirum, si, quibus sua sponte, volutantibus res inter se pugnantes, obtorpuerant quodammodo animi, eos orationes quoque insuper turbaverant, utrinque quae difficilia essent, promendo admonendoque, per totum

tum diem habitae. Tandem Aristaenus praetor Achaeorum, ne tacitum concilium dimitteret, *Ubi, inquit, illa certamina animorum, Achaei, sunt, quibus in con- vivis et circulis, cum de Philippo et Romanis mentio incidit, vix manibus temperabatis? Nunc in concilio, ad eam rem unam indicto, cum legatorum utrinque verba audieritis, cum referant magistratus, cum praeco ad sus- dendum vocet, obmutuistis. Si non cura communis sa- laris, ne studia quidem, quae in hanc aut illam partem animos vestros inclinarunt, vocem cuiquam possunt exprime- re? cum praesertim, nemo tam hebes sit, qui ignorare possit, dicendi ac suadendi, quod quisque aut velit, aut optimum pater, nunc occasionem esse, priusquam quid- quam decernamus. Ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicuerit, pro bono atque utili foedere defendendum.* Haec adhortatio praetoris non modo quemquam unum elicit ad suadendum; sed ne freinitum quidem aut murmur concionis tantae, ex tot populis congregatae, movit.

XXI. Tum Aristaenus praetor rursus: *Non magis consilium vobis, principes Achaeorum, deest, quam lin- gua: sed suo quisque periculo in commune consultum non vult. Forsitan ego quoque tacerem, si privatus essem: nunc praetor video, aut non dandum concilium legatis fuisse, aut inde sine responso eos dimittendos non esse. Re- spondere autem, nisi ex vestro decreto, qui possum? Et quando nemo vestrum, qui in hoc concilium advocati estis, pro sententia quidquam dicere vult, aut audet: oratio- nes legatorum, hesterno die dictas, pro sententiis per- censeamus; perinde ac non postulaverint, quae e re sua essent, sed suaserint, quae nobis censerent utilia esse. Romani Rhodique et Attalus societatem amicitiamque nostram petunt: et in bello, quod adversus Philippum gerunt, se a nobis adjuvari aequam consent. Philippus societatis secum admonet et iurijurandi: et modo postulat, ut secum stemus; modo, ne intersimus armis, con- tentum ait se esse. Nulline venit in mentem, cur, qui nondum socii sunt, plus petant, quam socius? Non sit hoc neque modestia Philippi, neque impudentia Romano- rum.*

rum. Achaei portus et dant fiduciam postulanti-
 bus, et demunt. Philippi praeter legatum videmus nihil. Ro-
 mana classis ad Cenckreas stat, urbium Euboeae spolia
 prae se ferens: consulem legionesque ejus, exiguo maris
 spatio disjunctas, Phocidem ac Locridem pervagantes
 videmus. Miramini, cur diffidens Cleomedon legatus
 Philippi, ut pro rege arma caperemus adversus Roma-
 nos, modo egerit: qui, si ex eodem foedere ac jurejurando,
 cujus nobis religionem injiciebat, rogemus eum, ut nos
 Philippus et ab Nabide ac Lacedaemoniis et ab Romanis
 defendat, non modo praesidium, quo nos tueatur, sed
 ne quid respondeat quidem nobis, sit inventurus. non,
 Hercle, magis, quam ipse Philippus priore anno, qui,
 pollicendo se adversus Nabidem bellum gesturum, cum
 ventisset nostram juventutem hinc in Euboam extrahere;
 postquam nos neque decetere id sibi praesidium, neque
 velle illigari Romano bello vidit, oblitus societatis ejus,
 quam nunc jactat, vastandos depopulandosque Nabidi
 ac Lacedaemoniis reliquit. Ac mihi quidem minime con-
 veniens inter se oratio Cleomedonis visa est. Elevabat
 Romanum bellum, eventumque ejus eundem fore, qui
 prioris belli, quod cum Philippo gesserint, dicebat. Cur
 igitur nostrum ille auxilium absens perit potius, quam
 praesens nos veteres socios simul ab Nabide ac Romanis
 tueatur? Nos, dico? quid ita passus est Eretriam Carys-
 zumque capi? quid ita tot Thessaliae urbes? quid ita
 Locridem Phocidemque? quid ita nunc Elatium oppugnari
 paritur? cur excessit faucibus Epiri claustrisque illis in-
 expugnabilibus super Aoum amnem, aut vi, aut metu,
 aut voluntate, relictoque, quem infidebat, saltu, peni-
 tus in regnum abiit? Si sua voluntate tot socios reliquit
 hostibus diripiendos, quid recusare potest, quin et socii
 sibi consulant? si metu, nobis quoque ignoscat zimenibus.
 si victus armis cessit, Achaei arma Romana sustinebimus,
 Cleomedon, quae vos Macedones non sustinuisistis? An tibi
 potius credamus, Romanos non majoribus copiis nec viri-
 bus nunc bellum gerere, quam antea gesserint, potius
 quam res ipsas intueamur? Aetolos tum classe adjuve-
 runt: nec duce consulari, nec exercitu bellum gesserunt:
 sociorum Philippi maritimae urbes in terrore ac tumultu

erant: mediterranea adeo ruta ab Romanis armis fuerant, ut Philippus Aetolos, nequidquam opem Romanorum implorantes, depopularetur. Nunc autem defuncti bello Punico Romani, quod per sexdecim annos velut intra viscera Italiae toleraverunt, non praesidium Aetolis bellantibus miserunt, sed ipsi duces belli arma terra marique simul Macedoniae intulerunt. Tertius jam consul summa vi gerit bellum. Sulpicius, in ipsa Macedonia congressus, iudicis, fugavitque regem; partem opulentissimum regni ejus depopulatus: nunc Quinctius tenentem claustra Epiri, natura loci, munimentis, exercituque fretum, castris exiit: fugientem in Thessaliam persecutus, praesidia regia sociasque ejus urbes prope in conspectu regis ipsius expugnavit. Ne suo vera, quae Athenienses modo legari de crudelitate, avaritia, libidine regis dixerunt: nihil ad nos pertineant, quae in terra Attica scelerata in superos inferosque Deos sunt admissa: multo minus, quae Ciani Abydenique, qui procul a nobis absunt, passi sunt: nostrorum ipsi vulnere, si vultis, obliviscamur: caedes direptionesque bonorum Messenae in media Peloponneso factas; et hospitem Cyparissiae Garitenem contra jus omne ac fas inter epulas prope ipsas occisum: et Aratum patrem filiumque Sicyonios, cum senem infelicem parentem etiam appellare solitus esset, interfectos; filii etiam uxorem libidinis causa in Macedonia arporasam: cetera supra virginum matronarumque oblivioni dentur: ne sint cum Philippo res, cujus crudelitatis metu obmurmuratis omnes: (nam quae alia tacendi advocatis in concilium causa est?) cum Antigono, mitissimo ac iustissimo rege, et de nobis omnibus optime merito, existimemus discepcionem esse: num id postularer facere nos, quod tum fieri non posset? Peninsula est Peloponnesus, angustis Isthmi faucibus continenti adhaerens, nulli apertior neque opportunitior, quam navali, bello. si centum rectae naves, et quinquaginta leviores apertae, et triginta Issaici lembi maritimam oram vastare, et expositas prope in ipsis litioribus urbes coeperint oppugnare, in mediterraneas scilicet nos urbes recipiemus? tanquam non intestino et haerente in ipsis visceribus uramur bello? Cum terra Nabis et Lacedaemonii, mari Romana classis urgebunt;

U. C. 514.

a. C. N. 198.

bunt; unde regiam societatem et praesidia Macedonum implorem? an ipsi nostris armis ab hoste Romano iutabimur urbes, quae oppugnabuntur? egregie enim Dymas priore bello fumus iutasi. Satis exemplorum nobis alienae clades praebent: ne quaeramus, quemadmodum ceteris exemplo simus. Nolite, quia ultero Romani petunt amicitiam, id, quod oprandum vobis ac summa ope petendum erat, fastidire. metu enim videlicet compulsi in aliena terra, quia sub umbra auxilii vestri latere volunt, in societatem vestram confugiunt, ut portubus vestris recipiantur, ut comitatibus utantur. Mare in potestate habent; terras, quascunque adeunt, extemplo ditionis suae faciunt. Quod rogant, cogere possunt: quia pepercisse volunt, committere vos, cur pereatis, non pariantur. Nam quod Cleomedon modo, tanquam medianus et tutissimam vobis viam consilii, ut quietis abstineretisque armis, ostendebat; ea non media, sed nulla via est. Et enim, praeterquam quod aut accipienda, aut aspernanda vobis Romana societas est, quid aliud quam nusquam gratia stabili, velut qui eventum expectaverimus, ut fortunae applicaremus nostra consilia, praeda victoris erimus? Nolite, si, quod omnibus votis petendum erat, ultero offertur, fastidire. Non, quemadmodum hodie utrumque vobis licet, sic semper liciturum est. nec saepe, nec diu eadem occasio erit. Liberare vos a Philippo jamdiu magis vultis, quam audeatis. Sine vestro labore et periculo qui vos in libertatem vindicarent, cum magnis classibus exercitibusque mare trajecerunt. Hos si socios aspernamini, vix sanae mentis estis: sed, aut socios, aut hostes habeatis, oportet.

XXII. Secundum orationem praetoris murmur ortum aliorum cum assensu, aliorum inclementer assentientes increpantium. et jam non singuli tantum, sed populi universi, inter se altercabantur: tum inter magistratus gentis (damiurgos vocant: decem numero creantur) certamen nihilo segnus, quam inter multitudinem, esse. quinque relatores se de societate Romana aiebant, suffragiumque duros: quinque lege cautum testabantur, ne quid, quod adversus Philippi societatem esset,

aut referre magistratibus, aut decernere concilio jus esset. Hic quoque dies iurgiis est consumtus. Supererat unus iusti concilii dies: (tertio enim lex iubebat decretum fieri) in quem adeo exarsere studia, ut vix parentes ab liberis temperaverint. Rhisiasus (Pellenensis erat) filium damiurgum, nomine Meinnonem, habebat, partibus eius, quae decretum recitari, perrogarique sententias prohibebat. Is, diu obtestatus filium, ut consulere Achaeos communi saluti pateretur, neu pertinacia sua gentem universam perditum iret, postquam parum proficiebant preces, juratus se eum sua manu interemturum, nec pro filio, sed pro hoste, habiturum, minis pervicit, ut postero die conjungeret iis se, qui referabant. qui cum plures facti referrent, omnibus fere populis haud dubie approbantibus relationem, ac prae se ferentibus, quid decreturi essent; Dymaei ac Megalopolitani, et quidam Argivorum, priusquam decretum fieret, confurrexerunt, ac reliquerunt concilium, neque mirante ullo, neque improbante. Nam Megalopolitanos, avorum memoria pullos ab Lacedaemoniis, restituerat in patriam Antigonus: et Dymaeis, captis nuper direptisque ab exercitu Romano, cum redimi eos, ubicunque fervirent, Philippus iussisset, non libertatem modo, sed etiam patriam, reddiderat. Jam Argivi, praeterquam quod Macedonum reges ab se oriundos credant, privatis etiam hospitibus familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. Ob haec concilio, quod inclinaverat ad Romanam societatem iubendam, excesserunt: veniaque iis hujus secessionis fuit, et magnis et recentibus obligatis beneficiis.

XXII. Ceteri populi Achaeorum, cum sententias perrogarentur, societatem cum Attalo ac Rhodiis praesenti decreto confirmarunt: cum Romanis, quia iniussu populi non poterat rata esse, in id tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est. in praesentia tres legatos ad L. Quinctium mitti placuit, et exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoveri; captis Cenchræis, iam urbem ipsam Quinctio oppugnante. Et hi quidem regione portae, quae fert Sicyonem, posuerunt castra.

Re-

Romani ad Cenchreas versam partem urbis, Attalus, tracto per Isthmum exercitu, ab Lechaeo, alterius maris portu, oppugnabant; primo segnius, sperantes seditionem intus fore inter oppidanos ac regium praesidium. postquam uno animo omnes, et Macedones tanquam communem patriam tuebantur, et Corinthii ducem praesidii Androthenem, haud secus quam civem et suffragio creatum suo, imperio iusto patiebantur; omnis inde spes pugnantibus in vi, et armis, et operibus erat. undique aggeres haud facili aditu ad moenia adiuvebantur. Aries ex ea parte, quam Romani oppugnabant, aliquantum muri diruerat. in quem locum, quia nudatus munimento erat, protegendum armis cum Macedones concurrissent, atrox proelium inter eos ac Romanos ortum est. Ac primo multitudine facile expellebantur Romani: assuntis deinde Achaeorum Attalique auxiliis, aequabant certamen: nec dubium erat, quin Macedones Graecosque facile loco pulsuri fuerint. Transfugarum Italicorum magna multitudo erat; pars ex Hannibalis exercitu metu poenae a Romanis Philippum secuti, pars navales focii, relictis nuper classibus, ad spem honoratoris militiae transgressi. hos desperata salus, si Romani vicissent, ad rabiem magis, quam audaciam, accendebat. Promontorium est adversus Sicyonem, Junonis quam vocant Acraeam, in altum excurrens: trajectus inde Corinthum, septem millia ferme passuum. eo Philocles, regius et ipse praefectus, mille et quingentos milites per Boeotiam duxit. praesto fuere ab Corintho lembi, qui praesidium id acceptum Lechaeum trajicerent. Auctor erat Attalus, incensis operibus, omittendae extemplo oppugnationis. Pertinacius Quinctius in incepto perstabat. is quoque ut pro omnibus portis disposita vidit praesidia regia, nec facile crumpentium impetus sustineri posse, in Attali sententiam concessit. ita irrito incepto, dimissis Achaeis, reditum ad naves est. Attalus Piraeum, Romani Corcyram petierunt.

XXIV. Dum haec ab navali exercitu geruntur, consul, in Phocide ad Elatiam castris positus, primo colloquiis rem per principes Elatiensium tentavit: postquam,

nihil esse in manu sua, et plures validioresque esse regios, quam oppidanos, respondebatur, tum simul ab omni parte operibus arinisque urbem est aggressus. Ariete admoto, quantum inter turren muri erat prorutum, cum ingenti fragore ac strepitu nudasset urbem, simul et cohors Romana per apertum recenti strage iter invasit; et ex omnibus oppidi partibus, relictis suis quisque stationibus, in eum, qui premebatur impetu hostium, locum concurrerunt. Eodem tempore Romani et ruinas inuri supervadebant, et scalas ad stantia moenia inferebant. et, dum in unam partem oculos animosque hostium certamen averterat, pluribus locis scalis capitur murus, armatique in urbem transcenderunt. quo tumultu audito, territi hostes, relicto, quem conferti tuebantur, loco, in arcem omnes metu, inermi quoque insequente turba, confugerunt. Ita urbe potitur consul. qua direpta, missis in arcem, qui vitam regis, si abire vellent inermes, libertatem Elatiensibus pollicerentur, fideque in haec data, post paucos dies arcem recepit.

XXV. Ceterum adventu in Achajam Philoclis regii praefecti non Corinthus tantum liberata obsidione, sed Argivorum quoque civitas per quosdam principes Philocli prodita est, tentatis prius animis plebis. Mos erat, comitiorum die primo velut omnis causa praetores pronuntiare Jovem, Apollinemque, et Herculem. aditum legi erat, ut iis Philippus rex adjiceretur. cujus nomen post pactam cum Romanis societatem quia praeco non adjecit, frenitus primo multitudinis ortus: deinde clamor subjicientium Philippi nomen, jubentiumque legitimum honorem usurpare; donec cum ingenti assensu nomen recitatum est. Hujus fiducia favoris Philocles arcessitus nocte occupat collem imminentem urbi, (Larissam eam arcem vocant)positoque ibi praesidio, cum lucis principio signis infestis ad subjectum arci forum vaderet, instructa acies ex adverso occurrat. Praesidium erat Achaeorum nuper impositum, quingenti fere juvenes delecti omnium civitatum. Aenesidemus Dymaeus praecerat. Adhortator a praefecta regio missus, qui excedere urbe juberet, (neque enim pares eos oppidanis

solis,

lolis, qui idem quod Macedones sentirent, nedum ad-
 junctis Macedonibus, esse, quos ne Romani quidem ad
 Corinthum sustinissent) primo nihil, nec ducem, nec
 iplos movit: post paulo, ut Argivos quoque armatos
 ex parte altera venientes magno agmine viderunt, cer-
 tam perniciem cernentes, omnem tamen casum, si per-
 tinacior dux fuisset, videbantur subituri. Aenesidemus,
 ne flos Achaeorum juventutis simul cum urbe amittere-
 tur, pactus cum Philocle, ut abire illis liceret, ipse, quo
 loco steterat armatus, cum paucis clientibus non exces-
 sit. Missus a Philocle, qui quaereret, quid sibi vellet?
 nihil satis, tantummodo, cum projecto prae se clypeo
 staret, in praesidio creditae urbis moriturum se armatum,
 respondit. tum jussu praefecti a Thracibus conjecta te-
 la, interfecitque omnes. Et post pactam inter Achaeos
 et Romanos societatem duae nobilissimae civitates, Argi
 et Corinthus, in potestate regis erant. Haec ab Roma-
 nis ea aestate in Graecia terra marique gesta.

XXVI. In Gallia nihil sane memorabile ab Sex.
 Aetio consule gestum. cum duos exercitus in provincia
 habuisset, unum retentum, quem dimitti oportebat, cui
 L. Cornelius proconsul praefuerat, (ipse ei C. Helvium
 praetorem praefecit) alterum, quem in provinciam ad-
 duxit; totum prope annum Cremonensibus Placentinis-
 que cogendis redire in colonias, unde belli casibus dis-
 sipati erant, consumsit. Quemadmodum Gallia praeter
 spem quieta eo anno fuit, ita circa urbem servilis prope
 tumultus excitatus est. Obsides Carthaginensium Setia
 custodiebantur. cum iis, ut principum liberis, magna
 vis fervorum erat. augebat eorum numerum, ut ab
 recenti Africo bello, et ab ipsis Setinis captiva aliquot
 nationis ejus ex praeda emta mancipia. Cum conjura-
 tionem fecissent, missis ex eo numero, qui in Setino
 agro, deinde circa Norbam et Circejos, servitia sollici-
 tarent; satis jam omnibus praeparatis, ludis, qui Setia
 propediem futuri erant, spectaculo intentum populum
 aggredi statuerant: Setia per caedem et repentinum tu-
 multum capta, Norbam et Circejos occupare. Hujus
 rei tam foedae indicium Romam ad L. Cornelium Meru-

Iam praetorem urbis delatum est. Servi duo ante lucem ad eum venerunt, atque ordine omnia, quae acta futurae erant, exposuerunt. Quibus domi custodiri iussis, praetor, senatu vocato edoctoque, quae indices afferrent, proficisci ad eam conjurationem quaerendam atque opprimendam iussus, cum quinque legatis profectus, obvios in agris sacramento rogatos arma capere et sequi coegit. Hoc tumultuario delectu duobus millibus ferme hominum armatis, Setiam, omnibus, quo pergeret, ignaris, venit. ibi raptim principibus conjurationis comprehensis, fuga fervorum ex oppido facta est. dimissi deinde per agros, qui vestigarent. Egregia duorum opera fervorum indicum et unius liberi fuit. Ei centum millia gravis aeris dari Patres iusserunt: servis vicena quina millia aeris, et libertatem. pretium eorum ex aerario solutum est dominis. Haud ita multo post, ex ejusdem conjurationis reliquiis, nuntiatum est, servitia Praeneste occupatura. Eo L. Cornelius praetor profectus, de quingentis fere hominibus, qui in ea noxa erant, supplicium sumisit. in timore civitas fuit, obsides captivisque Poenorum ea moliri. Itaque et Romae vigiliae per vicos servatae; iussique circumire eas minores magistratus: et triumviri carceris lautumiarum intentiorem custodiam habere iussi: et circa nomen Latinum a praetore literae missae, ut et obsides in privato servarentur, neque in publicum prodeundi facultas daretur; et captivi ne minus decem pondo compedibus vincti in nulla alia, quam in carceris publici, custodia essent.

XXVII. Eodem anno legati ab rege Attalo coronam auream ducentum quadraginta sex pondo in Capitolio posuerunt, gratiasque senatui egerunt, quod Antiochus, legatorum Romanorum auctoritate motus, finibus Attali exercitum deduxisset. Eadem aestate equites ducenti, et elephanti decem, et tritici modium ducenta millia, ab rege Maminissa ad exercitum, qui in Graecia erat, pervenerunt. Item ex Sicilia Sardiniaque magni comaeus et vestimenta exercitui missa. Siciliam M. Marcellus, Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat; sanctus et *innocens*, *asperior* tamen in foenore coercendo habitus.

Fu-

Fugatique ex insola foeneratores, et suntus, quos in cultum praetorum focii facere soliti erant, circumcili, aut sublati. Sex. Aelius consul ex Gallia comitorum causa Romam cum redisset, creavit consules C. Cornelius Cethegum et Q. Minucium Rufum. Biduo post praetorum comitia habita. Sex praetores illo anno primum creati, crescentibus jam provinciis, et latius patetente imperio. creati autem hi, L. Manlius Vulso, C. Sempronius Tuditanus, M. Sergius Silus, M. Helvius, M. Minucius Rufus, L. Atilius. Sempronius et Helvius ex iis aediles plebis erant. curules aediles Q. Minucius Thernus et Ti. Sempronius Longus. Ludi Romani eo anno quater instaurati.

XXVIII. C. Cornelio et Q. Minucio consulibus, omnium primum de provinciis consulum praetorumque actum. Prius de praetoribus transacta res, quae transigi forte poterat. urbana Sergio, peregrina jurisdictio Minucio obtigit. Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hispaniam Sempronius, citeriorem, Helvius ulteriori est sortitus. Consulibus Italiani Macedonianque sortiri parantibus, L. Oppius et Q. Fulvius tribuni plebis impedimento erant, *quod longinqua provincia Macedonia esset: neque ulla alia res majus bello impedimentum ad eam diem fuisset, quam quod, vixdum inchoatis rebus, in ipso conatu gerendi belli prior consul revocaretur. Quartum jam annum esse ab decreto Macedonico bello. Quaerendo regem et exercitum ejus Sulpicium majorem partem anni absumpsisse. Villium, congregientem cum hoste, re infecta revocarum. Quinctium, rebus divinis Romae majorem partem anni retentum, ita gessisse tamen res, ut, si aut maturius in provinciam venisset, aut hiems magis sera fuisset, potuerit debellare. Nunc prope in hiberna profectum, ita comparare dici bellum, ut, nisi successor impediat, perfecturus aestate proxima videatur.* His orationibus pervicerunt, ut consules in senatus auctoritate fore dicerent se, si idem tribuni facerent. Permittentibus utrisque liberam consultationem, Patres consulibus ambobus Italianam provinciam decreverunt. T. Quinctio prorogarunt imperium, donec successor ei venisset.

nisset. Consulibus binæ legiones decretae, et ut bellum cum Gallis Cisalpinis, qui defecissent a populo Romano, gererent. Quinctio in Macedoniam supplementum decretum, peditum quinque millia et trecenti equites, et sociorum navalium tria millia. Praeesse idem, qui praeerat, classi L. Quinctius Flaminius iussus. Praetoribus in Hispanias octona millia peditum socium ac Latini nominis data, et quadringenti equites, ut dimitterent veterem ex Hispaniis militem: et terminare iussi, quae ulterior citeriorve provincia servaretur. Macedoniae legatos P. Sulpicium et P. Villium, qui consules in ea provincia fuerant, adjecerunt.

XXIX. Priusquam consules praetoresque in provincias proficere, prodigia procurari placuit: quod aedes Vulcani Summanique Romae, et quod Fregellis murus et porta de coelo tacta erant: et Frusinone inter noctem lux orta: et Alculo agnus biceps cum quinque pedibus natus: et Formis duo lupi, oppidum ingressi, obvios aliquot laniaverant: Romae non in urbem solum, sed in Capitolium penetraverat lupus. C. Acilius tribunus plebis tulit, ut quinque coloniae in oram maritimam deducerentur: duae ad ostia fluminum Vulturini Liternique: una Puteolos: una ad castrum Salerni. His Buxentum adjectum. trecenae familiae in singulas colonias jubebantur mitti. triumviri deducendis iis, qui per triennium magistratum haberent, creati, M. Servilius Geminus, Q. Minucius Thermus, Ti. Sempronius Longus. Delectu rebusque aliis divinis humanisque, quae per ipsos agenda erant, perfectis, consules ambo in Galliam profecti. Cornelius recta ad Infubres via, qui tum in armis erant, Cenomanis assumtis, Q. Minucius in Jaeva Italiae ad inferum mare flexit iter, Genuamque exercitu abducto, ab Liguribus orsus est bellum. Oppida Clastidium et Litubium, utraque Ligurum, et duae gentis ejusdem civitates, Celolates Cerdiciatesque, sese dederunt. Et jam omnia cis Padum, praeter Gallorum Bojos, Ilvates Ligurum, sub ditione erant. quindecim oppida, hominum viginti millia esse dicebantur, quae se dederant. Inde in agrum Bojorum legiones duxit.

XXX. Bojorum exercitus haud ita multo ante trajecerat Padum, junxeratque se Insubribus et Cenomanis: quod ita acceperant, conjunctis legionibus consules rem gesturos, ut et ipsi collatas in unum vires firmarent. Postquam fama accidit, alterum consulem Bojorum urere agros, seditio extemplo orta est. Postulare Boji, ut laborantibus operum univerti ferrent. Insubres negare, se sua deserturos. Ita divitiae copiae, Bojisque in agrum suum tutandum profectis, Insubres cum Cenomanis super amnis Mincii ripam considerunt. Infra eum locum quinque millia passuum, et consul Cornelius eidem flumini castra applicuit. inde mittendo in vicus Cenomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat, ut satis compèrit, non ex auctoritate seniorum juventutem in armis esse, nec publico consilio Insubrian defectioni Cenomanos se adjunxisse; excitis ad se principibus, id agere ac moliri coepit, ut desciscerent ab Insubribus Cenomani, et, signis sublatis, aut domos redirent, aut ad Romanos transirent. Et id quidem impetrari nequit. in id data fides consuli est, ut in acie aut quiescerent, aut, si qua etiam occasio fuisset, adjuvarent Romanos. Haec ita convenisse Insubres ignorabant: suberat tamen quaedam suspicio animis, labare fidem sociorum. Itaque, cum in aciem eduxissent, neutrum iis cornu committere ausi, ne, si dolo cessissent, rem totam inclinarent, post signa in subsidiis eos locaverunt. Consul principio pugnae vocit aedem Sospitae Junoni, si eo die hostes fusi fugatique essent. A militibus clamor sublatus, competentem voti consulem se facturos, et impetus in hostes est factus. Non tulerunt Insubres primum concursum. quidam et a Cenomanis, terga repente in ipso certamine aggressis, tumultum ancipitem injectum auctores sunt, caesaque in medio quinque et triginta millia hostium, quinque millia et septingentos vivos captos: in iis Hamilcarem Poenorum imperatorem, qui belli causa fuisset: signa militaria centum triginta, et carpenta supra ducenta. Oppida, quae defectionem secuta erant, dediderunt se Romanis.

XXXI. Minucius consul primo effusus populationibus peragraverat fines Bojorum: deinde, ut, relictis In-

subribus, ad sua tuenda receperant sese, castris se tenuit, acie dimicandum cum hoste ratus. Nec Boji detrectassent pugnam, ni fama victos Insuabres allata animos fregisset. Itaque, relicto duce castrisque, dissipati per vicos, sua ut quisque defenderet, rationem gerendi belli hosti mutarunt. omissa enim spe per unam dimicationem rei decernendae, rursus populari agros, et urere tecta, vicosque expugnare coepit. Per eosdem dies Clastidium incensum, inde in Ligustinos Ilvates, qui soli non parebant, legiones ductae. Ea quoque gens, ut Insuabres acie victos, Bojos, ita ut tentare spem certaminis metuerent, territos audit, in ditionem venit. Literae consulum a Gallia de gestis prospere sub ideum tempus Romam allatae. M. Sergius praetor urbis in senatu eas, deinde ex auctoritate Patrum ad populum recitavit. supplicatio in quatrimum decreta. Hiems jam eo tempore erat.

XXXII. Cum T. Quinctius, capta Elatia, in Phocide ac Locride hiberna disposita haberet, Opunte seditione orta est. Factio una Aetolos, qui propiores erant; altera Romanos arcessebat. Aetoli priores venerunt: sed opulentior factio, exclusis Aetolis, missoque ad imperatorem Romanum nuntio, usque in adventum ejus tenuit urbem. Arcem regionum tenebat praesidium: neque, ut descenderent inde, aut Opuntiorum minis, aut auctoritate imperantis consulis Romani, perPELLI potuerunt. Mora, cur non extemplo oppugnarentur, ea fuit, quod caduceator ab rege venerat, locum ac tempus petens colloquio. Id gravate concessum regi est. non quin cuperet Quinctius per se partim armis, partim conditionibus confectum videri bellum: necdum enim sciebat, utrum successor sibi alter ex novis consulibus mitteretur; an, quod, summa vi ut tenderent, amicis et propinquis mandaverat, imperium prorogaretur: aptum autem fore colloquium credebat, ut sibi liberum esset, vel ad bellum manenti, vel ad pacem decedenti rem inclinare. In sinu Maliaco prope Nicaeam litus elegere. eo rex ab Demetriade cum quinque lembis et una nave rostrata venit. Erant cum eo principes Macedonum, et Achaeorum

rum exful vir inlignis Cycliadas. Cum imperatore Romano rex Amynder erat, et Dionysodorus Attali legatus, et Agefimbrotus praefectus Rhodiae classis, et Phaeneas princeps Aetolorum, et Achaei duo, Aristaenus et Xenophon. Inter hos Romanus, ad extremum litus progressus, cum rex in proram navis in anchoris stantis processisset, Commodius, inquit, *si in terram egrediaris, et ex propinquo dicamus in vicem, audiamusque.* Cum rex facturum se id negaret; *Quem tandem,* inquit Quintus, *times?* Ad hoc ille superbo et regio animo: *Neminem equidem timeo, praeter Deos immortales. non omnium autem credo fidei, quos circa te video, atque omnium minime Aetolis. Istud quidem,* ait Romanus, *par omnibus periculum est, qui cum hoste ad colloquium congregiuntur, ut nulla fides sit. Non tamen,* inquit rex, *T. Quincti, par perfidiae praemium est, si fraude agatur, Philippus et Phaeneas. neque enim acque difficulter Aetoli praetorem alium, ac Macedones regem in meum locum substituant.* Secundum haec silentium fuit.

XXXIII. Cum Romanus eum aequum censeret priorem dicere, qui petisset colloquium; rex, ejus esse priorem orationem, qui daret pacis leges, non qui acciperet; tum Romanus, *Simplicem suam orationem esse. ea enim se dicendum, quae ni fiant, nulla sit pacis conditio. Deducenda ex omnibus Graeciae civitatibus regi praesidia esse. captivas et transfugas sociis populi Romani reddendos. restituenda Romanis ea Illyrici loca, quae post pacem in Epiro factam occupasset. Ptolemaeo regi Aegypti reddendas urbes, quae post Philopatoris Ptolemaei mortem occupasset. Suas populi Romani condiciones has esse: ceterum et sociorum audiri postulata verum esse. Attali regis legatus, Naves captivasque, quae ad Chium navali proelio capta essent, et Nicephorium, Venerisque templum, quae spoliasset evastassetque, pro incorruptis restitui. Rhodii Peraeam (regio est continentis adversus insulam, vetustae eorum ditionis) repetebant, pollulabantque praesidia deduci ab Jasso, et Bargyliis, et Euxromensium urbe, et in Hellesponzo Sesto acque Abydo, et Paupolim Byzantiis in antiqui formulam juris restitui.*

et liberari omnia Asiae emporia portusque. Achaei Corinthum et Argos repetebant. Praetor Aetolorum Phaeneas cum eadem fere, quae Romani, ut Graecia decederetur, postulasset, redderenturque Aetolis urbes, quae quondam juris ac ditionis eorum fuissent; excepit orationem ejus princeps Aetolorum Alexander, vir, ut inter Aetolos, facundus. Jam dudum se reticere, ait, non quo quidquam agi putes eo colloquio, sed ne quem sociorum dicentem interpellet. Neque de pace cum fide Philippum agere, neque bella vera virtute unquam gessisse. In colloquiis insidiari et captare: in bello non congruere aequo campo, neque collatis signis dimicare, sed fugientem incendere ac diripere urbes, et vincencium praemia victum corrumpere. At non sic antiquos Macedonum reges, sed acie bellare solitos, urbibus parcere, quantum possent, quo opulencius imperium haberent. Nam de quorum possessione dimiceretur tollentem, nihil sibi praeter bellum relinquere, quod consilium esse? Plures priore anno sociorum urbes in Thessalia evastasse Philippum, quam omnes, qui unquam hostes Thessaliae fuerint. ipsis quoque Aetolis eum plura socium, quam hostem, ademisse. Lyfimachiam, pulso praetore et praesidio Aetolorum, occupasse eum. Chium item suae ditionis urbem funditus evertisse ac deleisse. Eadem fraude habere eum Thebas, Phthias, Echinum, Larissam, et Pharsalum.

XXXIV. Motus oratione Alexandri Philippus navem, ut exaudiretur, propius terram applicuit. Orsum eum dicere, (in Aetolos maxime, violenter, Phaeneas interfatus, *Non in verbis rem verti, ait: aut bello vincendum, aut melioribus parendum esse. Apparet id quidem, inquit Philippus, etiam caeco; jocatus in valetudinem oculorum Phaeneae. et erat dicacior natura, quam regem decet, et ne inter seria quidem rifu latis temperans. Indignari inde coepit, Aetolos, tanquam Romanos, decedi Graecia jubere: qui, quibus finibus Graecia sit, dicere non possint. Ipsius enim Aetoliae Agracos, Apodorosque, et Amphilochos, quae permagna eorum pars sit, Graeciam non esse. An, quod a sociis eorum non abstinerim, justam querelam habent, cum ipsi pro lege hunc anti-*

antiquitus morem servant, ut adversus socios ipsi suos, publica tantum auctoritate demta, juventutem suam militare sinant, et contrariae persaepe acies in utraque parte Aetolica auxilia habeant? Neque ego Chium expugnavi, sed Prusiam socium et amicum oppugnantem adjuvi: et Lysimachiam ab Thracibus vindicavi. sed, quia me necessitas ad hoc bellum a custodia ejus avertit, Taraces habens. Et Aetolis haec. Attalo autem Rhodiisque nihil jure debeo. non enim a me, sed ab illis, principium belli ortum est. Romanorum autem honoris causa, Peracem Rhodiis, et naves Attalo cum captivis, qui comparebunt, restituum. Nam quod ad Nicephorium Vencrisque templi restitutionem attinet; quid ea restitui postulantibus respondeam? nisi, quo uno modo luci sylvaeque caesae restitui possunt, curam impensamque praestaurum: quoniam haec inter se reges postulare et respondere placet. Extrema ejus oratio adversus Achaeos fuit: in qua, orsus ab Antigoni primum, suis deinde erga eam gentem meritis, recitari decreta eorum jussit, omnes divinos humanosque honores complexa: atque ad ea adjectus recens de exercitu, quo ab se descivissent. inventusque graviter in perfidiam eorum, Argos tamen se redditurum eis, dixit. De Corintho cum imperatore Romano deliberaturum esse; quaesiturumque simul ab eo, utrum iis tantum urbibus decedere se aequum censeat, quas a se ipso captas jure belli habeat, an iis etiam, quas a majoribus suis accepisset.

XXXV. Parantibus Achaeis Aetolisque ad ea respondere, cum prope occasum sol esset, dilato in posterum diem colloquio, Philippus in stationem, ex qua profectus erat, Romani sociique in castra redierunt. Quintius postero die ad Nicaeam (is enim locus placuerat) ad constitutum tempus venit. Philippi nullus usquam nec nuntius ab eo per aliquot horas veniebat: et jam desperantibus venturum repente apparuerunt naves. At ipse quidem, cum iam gravia et indigna imperarentur, inopem consilii diem se consumpsisse deliberando, aiebat. Vulgo credebatur, de industria rem in serum tractam, ne tempus dari posset Achaeis Aetolisque ad respondendum.

dum. et eam opinionem ipse affirmavit, petendo, ut, summotis aliis, ne tempus altercando tereretur, et aliquis finis rei imponi posset, cum ipso imperatore Romano liceret sibi colloqui. Id primo non acceptum, ne excludi colloquio viderentur socii: deinde, cum haud absteret petere, ex omnium consilio Romanus imperator cum Ap. Claudio tribuno militum, ceteris summotis, ad extremum litus processit. Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, in terram est egressus. Ibi cum aliquamdiu secreto locuti essent, quae acta ad suos Philippus retulerit, minus compertum est. Quinctius haec retulit ad socios. *Romanis eum cedere tota Illyrici ora, per fugas remittere, ac si qui essent captivi. Aetolo naues, et cum iis captos navales socios; Rhodiis regionem, quam Peraeam vocant, reddere: Jasso et Bargylis non cessurum. Aetolis Pharsalum Larissumque reddere, Thebas non reddere. Achaeis, non Argis modo, sed etiam Corintho cessurum.* Nulli omnium placere, partium, quibus cessurus, aut non cessurus esset, destinatio. *plus enim amitti in iis, quam acquiri. nec unquam, nisi raris deduxisset Graecia praefidia, causas certaminum deponere.*

XXXVI. Cum haec toto ex concilio certatim omnes vociferarentur, ad Philippum quoque procul stantem vox est perlata. itaque a Quinctio petit, ut rem totam in posterum diem differret: profecto aut persuasurum se, aut persuaderi sibi passurum. Litus ad Thronium colloquio destinatur. eo mature conventum est. Ibi Philippus primo et Quinctium et omnes, qui aderant, rogare, ne spem pacis turbare vellent. Postremo petere tempus, quo legatos Romam ad senatum mittere posset. *Aut his conditionibus se pacem impetraturum, aut, quaecunque senatus dedisset, leger pacis accepturum.* Id ceteris haudquaquam placebat. nec enim aliud, quam moram et dilationem ad colligendas vires, quaeri, Quinctius, *verum id futurum fuisse, dicere, si aestas et tempus rerum gerendarum esset. nunc, hieme instante, nihil amitti, dato spatio ad legatos mittendos. Nam neque sine auctoritate senatus quidquam eorum ratum fore,*
quae

quae cum rege ipsi pepigissent: et explorari (dum bello necessariam quietem ipsa hiems daret) senatus auctoritatem posse. In hanc sententiam et ceteri sociorum principes concesserunt: induciisque datis in duos menses, et ipsos mittere singulos legatos ad edocendum senatum, ne fraude regis caperetur, placuit. Additum induciarum pacto, ut regia praesidia Phocidae ac Locride exemplo deducerentur. Et ipse Quinctius cum sociorum legatis Amyndrum Athamanum regem, ut speciem legationi adjiceret; Q. Fabium, (uxoris Quinctii sororis filius erat) et Q. Fulvium, et Ap. Claudium misit.

XXXVII. Ut ventum Romam est, prius sociorum legati, quam regis, auditi sunt. cetera eorum oratio conciviliis regis consumpta est. Moverunt eo maxime senatum, demonstrando maris terrarumque regionis ejus situm: ut omnibus appareret, si Demetriadem in Thesalia, Chalcidem in Euboea, Corinthum in Achaja rex teneret, non posse liberam Graeciam esse: et ipsum Philippum, non contumeliosius, quam verius, compedes eas Graeciae appellare. Legati deinde regis intromissi, quibus, longiorem exorlis orationem, brevis interrogatio, cessurusne iis tribus urbibus esset, sermonem incidit, cum mandati sibi de his nominatim negarent quidquam. sic infecta pace, regii dimissi. Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permissum. Quod ut satis apparuit, non taedere belli senatum, et ipse, victoriae, quam pacis, avidior, neque colloquium postea Philippo dedit, neque legationem aliam, quam quae omni Graecia decedi nuntiaret, admissurum dixit.

XXXVIII. Philippus, cum acie decernendum videret, et undique ad se contrahendas vires, maxime de Achajae urbibus, regionis ab se diversae, et magis tamen de Argis, quam de Corintho, sollicitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedaemoniorum tyranno velut fiduciarium dare, ut victori sibi restitueret; si quid adversi accidisset, ipse haberet. Philocli, qui Corintho Argisque praeserat, scribit, ut tyrannum ipse conveniret. Philocles, praeterquam quod jam veniebat cum munere, adjicit

cit ad pignus futurae regi cum tyranno amicitiae, filias suas regem Nabidis filiis matrimonio conjungere velle. Tyrannus primo negare, aliter urbem eam se accepturum, nisi Argivorum ipsorum decreto arcessitus ad auxilium urbis esset. deinde, ut frequenti concione non aspernatos modo, sed abominatos etiam nomen tyranni audivit, causam se spoliandi eos nactum ratus, tradere, ubi vellet, urbem, Philoclem iussit. Nocte, ignaris omnibus, acceptus in urbem est tyrannus. prima luce occupat superiora omnia loca: portaeque clausae. Paucis principum tumultum inter primum elapsis, eorum absentium direptae fortunae: praesentibus aurum atque argentum ablatum: pecuniae imperatae ingentes. qui non cunctanter contulere, sine contumelia et laceratione corporum sunt dimissi: quos oculere aut remanere aliquid suspicio fuit, in servilem modum lacerati atque extorti. Concione inde advocata, rogationem promulgavit; unam de tabulis novis, alteram de agro viritum dividendo: duas faces novantibus res ad plebem in optimaes accendendam.

XXXIX. Postquam in potestate Argivorum civitas erat, nihil ejus memor tyrannus, a quo eam civitatem et quam in conditionem accepisset, legatos Elatiam ad Quinctium, et Attalum Aeginae hibernantem, mittit, qui nuntiarent, *Argos in potestate sua esse. eo si venisset Quinctius ad colloquium, non diffidere, sibi omnia cum eo conveniura.* Quinctius, ut eo quoque praesidio Philippum nudaret, cum annuisset se venturum, mittit ad Attalum, ut ab Aegina Sicyonem sibi occurreret: ipse ab Anticyra decem quinquere milibus, quas iis ipsis diebus L. Quinctius frater ejus adduxerat ex hibernis Coreyrae, Sicyonem transmisit. Jam ibi Attalus erat, qui, cum tyrannio ad Romanum imperatorem, non Romano ad tyrannum, eundem diceret, in sententiam suam Quinctium traduxit, ne in urbem ipsam Argos iret. Haud procul urbe Mycenica vocatur. in eo loco ut congregerentur, convenit. Quinctius cum fratre et tribus militum paucis, Attalus cum regio comitatu, Nicias *colstratus Achaeorum* praetor cum auxiliaribus paucis ve-

nit. tyrannum ibi cum omnibus copiis opperientem invenerunt. progressus armatus cum satellitibus armatis est in medium fere interjacentis campi: inermis Quinctius cum fratre et duobus tribunis militum: inermi item regi praetor Achaeorum et unus ex purpuratis latus cingebant. Initium sermonis ab excusatione tyranni ortum, *quod armatus ipse armatisque septus, cum inermes Romanum imperatorem regemque cerneret, in colloquium venisset. neque enim se illos timere, dixit, sed exsules Argivorum.* Inde, ubi de conditionibus amicitiae coeptum agi est, Romanus duas postulare res: unam, ut bellum cum Achaeis finiret: alteram, ut adversus Philippum mitteret secum auxilia. Ea se missurum dixit. pro pace cum Achaeis, induciae impetratae, donec bellum cum Philippo finiretur.

XL. De Argis quoque disceptatio ab Attalo rege est nata: cum fraude Philoclis proditam urbem vi ab eo teneri argueret; ille, ab ipsis Argivis, ut se defenderet, accitum. Concionem Argivorum rex postulabat, ut id sciri posset. Nec tyrannus abnuere: sed, deductis ex urbe praefidiis, liberam concionem, non immixtis Lacedaemoniis, declaraturam, quid Argivi vellent, praeberi debere dicebat rex. Tyrannus negavit deducturum. Haec disceptatio sine exitu fuit. De colloquio discessum, sexcentis Cretenlibus ab tyranno datis Romano, induciisque inter Nicostratum praetorem Achaeorum et Lacedaemoniorum tyrannum in quatuor menses factis. Inde Quinctius Corinthum est profectus: et ad portam cum Cretenfium cohorte accessit, ut Philocli praefectio urbis appareret, tyrannum a Philippo descisse. Philocles et ipse ad imperatorem Romanum in colloquium venit: hortantique, ut extemplo transiret, urbemque traderet, ita respondit, ut distulisse rem magis, quam negasse, videretur. A Corintho Quinctius Anticyram trajecit: inde fratrem ad tentandam Acarnanum gentem misit. Attalus ab Argis Sicyonem est profectus. Ibi et civitas novis honoribus veteres regis honores auxit: et rex ad id, quod sacrum Apollinis agrum grandi quondam pecunia redemerat eis, tum quoque, ne sine aliqua mu-

nificentia p̄stiteret civitatem fecerat atque amicam, de-
cem talenta argenti dedit, et decem millia medica-
nūta frumenti. atque ita Cenchreas ad naves rediit.
Et Nabis, firmato praefidio Argis, Lacedaemonem re-
gressus, cum ipse viros spoliasset, ad feminas spoliandas
uxorem Argos remisit. Ea nunc singulas illustres, nunc
Emul plures genere inter se junctas domum irroblando,
blandiendoque ac minando, non aurum modo his, sed
p̄sūremo vestem quoque mundumque omnem multo-
scam ademit.

EPITOME LIBRI XXXIII.

T. Quinctius Flaminius proconsul cum Philippo ad Cy-
wocephalos in Thessalia acie victo debellavit. L. Quinctius
Flaminius, frater proconsulis, Acarnanes, Leucade urbe,
quod caput est Acarnanum, expugnata, in deditionem ac-
cepit. C. Sempronius Tuditanus praetor a Celtiberis cum
exercitu caesus est. Attalus, a Thebis ob subitam valerudi-
nem Pergamum translatus, decessit. Pax pacenti Philippo,
Graeciae libertas data est. L. Furius Purpureo et Clau-
dus Marcellus consules Bojos et Insubres Gallos subegerunt.
Marcellus triumphavit. Hannibal, frustra in Africa bel-
lum molitus, et ob hoc Romanis per epistulas adversae factio-
nis principum delatus, propter metum Romanorum, qui
legatos ad Carthaginensium senatum de eo miserant, profu-
gus ad Antiochum regem Syriae se consulit, bellum contra
Romanos parantem.

LIBER XXXIII.

I. Haec per h̄tem gesta. Initio v̄ntem veris Quinctius,
Attalo Eliatium exulto, Boeotorum gentem, incertis ad
eam diem animis fluctuantem, ditionis suae facere
cupiens, profectus per Phocidem, h̄aque millia ab

Thebis, quod caput est Boeotiae, posuit castra. Inde postero die cum unius signi militibus, et Attalo, legationibusque, quae frequentes undique convenerant, pergit ire ad urbem, iussis legionis hastatis (ea duo millia militum erant) sequi se, mille passuum intervallo distantes. Ad medium ferme viae Boeotorum praetor Antiphilus obvius fuit: cetera multitudo e muris adventum imperatoris Romani regisque prospeculabatur. rara arma paucique milites circa eos apparebant: hastatos, sequentes procul, amfractus viarum vallesque interjectae occultabant. Cum jam appropinquaret urbi, velut obviam egredientem turbam salutaret, tardius incedebat. Causa erat morae, ut hastati consequerentur. Oppidani, antea hictorem turba acta, infecutum festim agmen armatorum non ante, quam ad hospitium imperatoris ventum est, conspexere. Tum, velut prodita dolo Antiphili praetoris urbe captaque, obstupuerunt omnes. Et apparebat, nihil liberae consultationis concilio, quod in diem posterum indictum erat Boeotis, relictum. Texerunt dolorem, quem et nequidquam et non sine periculo ostendissent.

II. In concilio Attalus primus verba fecit. Orsus a majorum suorum suisque, et communibus in omnem Graeciam, et propriis in Boeotorum gentem, meritis, segnior jam et infirmior, quam ut contentionem dicendi sustineret, obmutuit et concidit. Et, dum regem auferunt perferuntque parte membrorum captum, paulisper concio intermissa est. Aristaenus inde, Achaeorum praetor, eo cum majore auctoritate auditus, quod non alia, quam quae Achaeis suaserat, Boeotis suadebat. Pauca ab ipso Quinctio adjecta, fidem magis Romanam, quam arma aut opes, extollente verbis. Rogatio inde, a Plataeensi Dicaearcho lata recitataque, de societate cum Romanis jungenda, nullo contra dicere audente, omnium Boeotiae civitatum suffragiis accipitur jubeturque. Concilio dimisso, Quinctius tantum Thebis moratus, quantum Attali repens casus coegit, postquam non vitae praesens periculum vis morbi attulisse, sed membrorum debilitatem visa est, relicto eo ad curationem necessariam

corporis, Elatiam, unde profectus erat, redit; Boeotia quoque, sicut prius Achaëis, ad societatem adscitis, et quando tuta ea pacataque ab tergo relinquebantur, omnibus jam cogitationibus in Philippum, et quod reliquum belli erat, conversis.

III. Philippus quoque primo vere, postquam legati ab Roma nihil pacati retulerant, delectum per omnia oppida regni habere instituit, in magna inopia juniorum. absumserant enim per multas jam aetates continua bella Macedonas: ipso quoque regnante, et navalibus bellis adversus Rhodios Attalumque, et terrestribus adversus Romanos ceciderat magnus numerus. ita et tiroes ab sedecim annis milites scribebat, et emeritis quidam stipendiis, quibus modo quidquam reliqui roboris erat, ad signa revocabantur. Ita suppleto exercitu, secundum vernum aequinoctium omnes copias Diu contraxit; ibique stativis positis, exercendo quotidie milite, hostem opperiebatur. Et Quinctius per eosdem ferme dies, ab Elatia profectus, praeter Thronium et Scarpheam ad Thermopylas pervenit. Ibi concilium Aetolorum, Heracleam indictum, tenuit, consultantium quantis auxiliis Romanum ad bellum sequerentur. Cognitis sociorum decretis, tertio die ab Heraclea Xynias progressus, in confinio Aenianum Theffalorumque positis castris, Aetolica auxilia opperiebatur. Nihil morati Aetoli summi Phaeaea duce, duo milia peditum cum equitibus, quod dringentis venerunt. Ne dubium esset, quid expectasset, confectum Quinctius movit castra. Transgresso in Phthioticum agrum quingenti Gortynii Craetidium, dux Cydante, et trecenti Apolloniatae, haud dispari armatu, se conjungere: nec ita multo post Amynder cum Athamanum peditum ducentis et mille. Philippus, cognita profectioe ab Elatia Romanorum, ut cui de summa rerum adesset certamen, adhortandos milites, ratus multa jam saepe memorata de majorum virtutibus, simul de militari laude Macedonum, cum disersisset, ad ea quae tum maxime animos terrebant, quibusque erigi aliquam spem poterant, venit.

U. C. 555.

a. C. N. 197.

IV. Acceptae ad Aoum flumen in angustiis cladi, territa Macedonum phalange, ad Atracem vi pullos Romanos opponebat: *et illic tamen, ubi infestas fauces Epiri non tenuissent, primam culpam fuisse eorum, qui negligenter custodias servassent: secundam, in ipso certamine, levis armaturae mercenariorumque militum. Macedonum vero phalangem et tunc stetit, et loco aequo iustaque pugna semper mansuram invictam.* Decem et sex millia militum haec fuere, robur omne virium et regni. Ad hoc duo millia cetratorum, quos peltastas appellant, Thracumque et Illyriorum (Trallis nomen est genti) par numerus bina millia erant, et mixti ex pluribus gentibus mercede conducti auxiliares mille ferme, et duo millia equitum. Cum iis copiis rex hostem opperiebatur. Romanis ferme par numerus erat, equitum copiis tantum, quod Aetoli accesserant, superabant.

V. Quinctius ad Thebas Phthioticas castra cum movisset, spem nactus per Timonem principem civitatis prodi urbem, cum paucis equitum levisque armaturae ad muros successit. Ibi adeo frustrata spes est, ut non certamen modo cum erumpentibus, sed periculum quoque atrox subiret: ni castris exciti repente pedites equitesque in tempore subvenissent. Et postquam nihil conceptae temere spei succedebat, urbis quidem amplius tentandae in praesentia conatu abstitit; ceterum satis gnarus, jam in Thessalia regem esse, nondum comperto, quam in regionem venisset, milites per agros dimissos vallum caedere et parare jubet. Vallo et Macedones et Graeci usi sunt; sed usum nec ad commoditatem ferendi, nec ad ipsius munitionis firmamentum aptaverunt. Nam et majores et magis ramolas arbores caedebant, quam quas ferre cum armis miles posset; et cum castra his ante objectis sepissent, facilis molitio eorum valli erat: nam et quia rari stipites magnarum arborum eminebant, multique et validi rami praebant, quod recte manu caperetur, duo, aut summum tres juvenes consili arbores unam evellebant. qua evulsa, portae instar extemplo patebat, nec in promptu erat, quod obmolirentur. Romanus levis et bifurcos plerosque, et trium, aut, cum pluri-

plurimum, quatuor ramorum vallos caedit, ut et suspensis ab tergo armis ferat plures simul apte miles; et ita densos offigunt implicantque ramos, ut neque, quae eujusque stipitis palma sit, pervideri possit; et adeo acuti, aliusque per alium immissi radii locum ad inferendam manum non relinquunt, ut neque prehendi, quod trahatur, neque trahi, cum inter se innexi rami vinculum invicem praebeant, possit; et, si evulsus forte est unus, nec loci multum aperit, et alium reponere perfacile est.

VI. Quinctius postero die, vallum secum ferente milite, ut paratus omni loco castris ponendis esset, progressus modicum iter; sex ferme millia a Pheris cum confedisset, speculatum, in qua parte Thessaliae hostis esset, quidve pararet, misit. Circa Larissam erat rex, qui certior jam factus, Romanum ab Thebis Pheras movisse, defungi quamprimum et ipse certamine cupiens, ducere ad hostem pergit, et quatuor millia fere a Pheris posuit castra. Inde postero die cum expediti utrinque ad occupandos super urbem tumulos processissent; pari ferme intervallo ab jugo, quod capiendum erat, cum inter se conspecti essent, constiterunt; nuntios in castra remissos, qui, quid sibi, cum praeter spem hostis occurrisset, faciendum esset, consulerent; quieti opperientes. Et illo quidem die, nullo inito certamine, in castra revocati sunt. Postero die circa eosdem tumulos equestre proelium fuit: in quo non minimum Aetolorum opera regii fugati, atque in castra compulsi sunt. Magnum utriusque impedimentum ad rem gerendam fuit ager confusus crebris arboribus, hortisque, ut in suburbanis locis, et coarctata itinera maceris, et quibusdam locis interclusa. Itaque pariter ducibus consilium fuit excedendi ea regione, et, velut ex praedicto, ambo Scotuffam perierunt; Philippus, spe frumentandi inde; Romanus, ut praegressus corrumpere hosti frumenta. Per diem totum, quia colles perpetuo jugo intererant, nullo conspecta inter sa loco agmina ierunt. Romani ad Eretriam Phthiotici agri, Philippus super amnem Onchestum posuit castra. Ne postero quidem die, cum Philippus ad Melambium, quod

U. C. 555. a. C. N. 197.

quod vocant Scotussaei agri; Quinctius circa Thetidium Pharfaliae terrae posuisset castra, aut hi, aut illi, ubi hostis esset, satis compertum habuerunt. Tertio die primo nimbus effusus, dein caligo noctis simillima Romanos metu insidiarum tenuit.

VII. Philippus maturandi itineris causa, post imbrem nubibus in terram demissis nihil deterritus, signa ferri iussit. sed tam densa caligo occaecaverat diem, ut neque signiferi viam, nec signa milites cernerent; agmen ad incertos clamores vagum velut errore nocturno turbaretur. Supergressi tumulos, qui Cynosephalae vocantur, relicta ibi statione firma peditum equitumque, posuerunt castra. Romanus eisdem ad Thetidium castris cum se tenuisset, exploratum tamen, ubi hostis esset, decem turmas equitum et mille pedites misit, monitos, ut ab insidiis, quas dies obscurus apertis quoque locis tecturus esset, praecaverent. Ubi ventum ad insesos tumulos est, pavore mutuo injecto velut torpentes quieverunt. dein, nuntiis retro in castra ad duces missis, ubi primus terror ab necopinato visu confedit, non diutius certamine abstinere. Principio a paucis procurrentibus lacessita pugna est, deinde subsidiis tuentium pulsos aucta: in qua cum haudquaquam pares Romani alicui super alios nuntios ad ducem mitterent, premi sese; quingenti equites et duo millia peditum, maxime Aetolorum, cum duobus tribunis militum prope remissa, rem inclinam restituerunt: versaque fortuna, Macedones laborantes opem regis per nuntios implorabant. Sed, ut qui nihil minus illo die proper offusam caliginem, quam proelium, expectasset, magna parte hominum omnis generis pabulatum missa, aliquamdiu inops consilii trepidavit: deinde, postquam nuntii instabant, et jam juga montium detexerat nebula, et in conspectu erant Macedones, in tumultum maxime editum inter alios compulsi, loco se magis, quam armis, tutantes; committendam rerum summam in discrimen utonque ratus, ne partis indefensae jactura fieret, Athenagoram ducem mercede militantium cum omnibus, praeter Thracas, auxiliis, et equitatu Macedonum ac Thessalorum

mittit. eorum adventu depulsi ab jugo Romani non ante restiterunt, quam in planiorem vallem perventum est. Ne effusa detruderentur fuga, plurimum in Aetolis equitibus praesidii fuit. is longe tum optimus eques in Graecia erat: pedites inter finitimos vincebantur.

VIII. Laetior res, quam pro successu pugnae, nuntiata, cum alii super alios recurrentes ex proelio clamarent, fugere pavidos Romanos, invitum et cunctandum, et dicentem temere fieri, non locum sibi placere, non tempus, perpulit, ut educeret omnes copias in aciem. Idem et Romanus, magis necessitate, quam occasione pugnae inductus, fecit. dextrum cornu, elephantis ante signa instructis, in subsidiis reliquit: laevo cum omni levi armatura in hostem vadit; simul admonens, cum iisdem Macedonibus pugnuros, quos ad Epiri fauces, montibus fluminibusque septos, victa naturali difficultate locorum, expulissent, acieque expugnassent: cum iis, quos P. Sulpicii prius ductu obsidentes Eordaeae aditum vicissent. Fama sterisse, non viribus, Macedoniae regnum. Eam quoque famam tandem evanuisse. Jam perventum ad suos in ima valle stantes erat, qui adventu exercitus imperatorisque pugnam renovant, impetuque facto rursus avertunt hostem. Philippus cum cetratis et cornu dextro peditum, robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant, propero cursu ad hostem vadit. Nicanori, ex purpuratis uni, ut cum reliquis copiis confestim sequatur, imperat. Primo, ut in jugum evasit, et, jacentibus ibi paucis armis corporibusque hostium, proelium eo loco fuisse, pullosque inde Romanos, et pugnari prope castra hostium vidit, ingenti gaudio est elatus: mox, refugientibus suis, et, terrore verso, paulisper, incertus an in castra reciperet copias, trepidavit: deinde, ut appropinquabat hostis, et, praeterquam quod caedebantur averli, nec, nisi defenderentur, servari poterant, ne ipsi quidem in tuto jam receptus erat; coactus, nondum allecuta parte suorum, periculum summae rerum facere, equites levemque armaturam, qui in proelio fuerant, dextro in cornu locat. cetratos et Macedonum phalangem, hastis positus, quorum

rum longitudo impedimento erat, gladiis rem gerere jubet. simul, ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte dentum introrsus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius, quam lata, acies esset. simul et densari ordines iussit, ut vir viro, arma armis jungerentur.

IX. Quinctius, his, qui in proelio fuerant, inter signa et ordines acceptis, tuba dat signum. Raro alias tantus clamor dicitur in principio pugnae exortus. nam forte utraque acies simul conclamavere. nec solum qui pugnabant, sed subsidia etiam, quique tum maxime in proelium veniebant. Dextro cornu rex; loci plurimum auxilio, ex jugis altioribus pugnans, vincebat; sinistro, tum cum maxime appropinquante phalangis parte, quae novissimi agminis fuerat, sine ullo ordine trepidabatur. Media acies, quae propior dextrum cornu erat, stabat spectaculo velut nihil ad se pertinentis pugnae intenta: phalanx, quae venerat, agmen magis, quam acies, aptiorque itineri, quam pugnae, vixdum in jugum evaserat. In hos incompósitos Quinctius, quanquam pedem referentes in dextro cornu suos cernebat, elephantis prius in hostem actis, impetum facit; ratus partem profligatam cetera tracturam. Non dubia res fuit. extemplo terga vertere Macedones, terrore primo bestiarum averfi. et ceteri quidem hos pulsos sequebantur: unus e tribunis militum, extemplo capto consilio, cum viginti signorum militibus, relicta ea parte suorum, quae haud dubie vincebat, brevi circuitu dextrum cornu hostium aversum invadit. Nullam aciem ab tergo adortus non turbasset; ceterum ad communem omnium in tali re trepidationem accessit, quod phalanx Macedonum, gravis atque immobilis, nec circumagere se poterat, nec hoc, qui a fronte, paulo ante pedem referentes, tunc ultro territis instabant, patiebantur. Ad hoc, loco etiam premebantur, quia jugum, ex quo pugnaverant, dum per proclive pulsos insequuntur, tradiderant hosti ad terga sua circumducto. Paulisper in medio caesi, deinde, omissis plerique armis, capeffunt fugam.

X. Philippus, cum paucis peditum equitumque primo tumultum altiorez inter ceteros cepit, ut speculatur,

retur, quae in laeva parte, suorum fortuna esset: deinde, postquam fugam effulam animadvertit, et omnia circa juga lignis atque armis fulgere, tum et ipse acie excessit. Quinctius, cum institisset cedentibus, repente quia erigentes hastas Macedonas conspexerat, quidnam pararent incertus, paulisper novitate rei constituit signa: deinde, ut acceperit hunc morem esse Macedonum tradentium sese, parcere victis in animum habebat. Ceterum ab ignavis militibus omissam ab hoste pugnam, et quid imperator vellet, impetus in eosdem factus, et, primis caesis, ceteri in fugam dissipati sunt. Rex effuso cursu Tempe petit. Ibi ad Gonnos diem unum substitit ad excipiendos, si qui proelio superessent. Romani victores in castra hostium spe praedae irrumpunt: verum ea magna jam ex parte direpta ab Aetolis inveniunt. Caesa eo die octo hostium millia, quinque capta. Ex victoribus septingenti ferme ceciderunt. Si Valerio quis credat, omnium rerum impodice numerum augenti, quadraginta millia hostium eo die sunt caesa; capta, ubi modestius mendacium est, quinque millia septingenti, signa militaria ducenta unum et quadraginta. Claudius quoque duo et triginta millia hostium caesa scribit, capta quatuor millia et trecentos. Nos non minimo potissimum numero credidimus, sed Polybium secuti sumus, non incertum auctorem cum omnium Romanarum rerum, tum praecipue in Graecia gestarum.

XI. Philippus, collectis ex fuga, qui, variis casibus pugnae dissipati, vestigia ejus secuti fuerant, missisque Larissam ad commentarios regios comburendos, ne in hostium venirent potestatem, in Macedoniam concessit. Quinctius, captivis praedaeque venundatis, partim militi concessis, Larissam est profectus, haud dum satis gnarus, quam regionem petisset rex, quidve pareret. Caduceator eo regius venit, specie ut induciae essent, donec tollerentur ad sepulturam, qui in acie cecidissent; re vera ad petendam veniam legatis mittendis, Utrumque ab Romano impetratum. Adjecta et illa vox, *bono animo esse regem ut juberet: quae maxime Aetolos offendit, jam tumentes querentesque, mutarum victo-*
ria

U. C. 555. a. C. N. 197.

ria imperatorem. Ante pugnam omnia magna parvaque communicare cum sociis solitum: nunc omnium expertes consiliorum esse: suo ipsam arbitrio cuncta agere: cum Philippo jam gratiae privatae locum quaerere; ut dura atque aspera belli Aetoli exhausserint, pacis gratiam et fructum Romanus in se vertat. Et haud dubie dacefferat iis aliquantum honoris. sed, cur negligerentur, ignorabant. Donis regis imminere credebant invicti ab ea cupiditate animi virum; sed et succensebat non immerito Aetolis, ob insatiabilem aviditatem praedae, et arrogantiam eorum, victoriae gloriam in se rapientium, quae vanitate sua omnium aures offendabat: et Philippo sublato, fractis opibus Macedonici regni, Aetolos habendos Graeciae dominos cernebat. Ob eas causas multa sedulo, ut viliores levioresque apud omnes essent et viderentur, faciebat.

XII. Induciae quindecim dierum datae hosti erant, et cum ipso rege constitutum colloquium: cuius priusquam tempus veniret, in consilium advocavit locios. Retulit, quas leges pacis placeret dici. Amynander Athamanum rex paucis sententiam absolvit: *ita componendam pacem esse, ut Graecia, etiam absentibus Romanis, satis potens tuendae simul pacis libertatisque esset. Aetolorum asperior oratio fuit, qui pauca praefati, recte atque ordine imperatorem Romanum facere, quod, quos belli socios habuisset, cum iis communicaret pacis consilia. falli autem eum tota re, si aut Romanis pacem, aut Graeciae libertatem satis firmam se credat relicturnum, nisi Philippo aut occiso, aut regno pulso: quae utraque proclivis esse, si fortuna uti vellet. Ad haec Quinctius negare, Aetolos aut moris Romanorum memores, aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse; et illos prioribus omnibus conciliis colloquiisque de conditionibus pacis semper, non ut ad internecionem bellaretur, diservisse; et Romanos, praeter vetustissimum morem victis parcendi, praecipuum clementiae documentum dedisse, pace Hannibali et Carthaginensibus data. Omittere se Carthaginenses. Cum Philippo ipso quoties ventum in colloquium? nec unquam, ut cederes regno, actum esse? An, quia victus proelio*
fores.

foret, inexpiabile bellum factum? Cum armato hoste infectis animis concurrere debere: adversus victos, mirissimum quemque, animum maximum habere. Libertati Graeciae videri graves Macedonum reges. si regnum gentisque tollatur, Thracas, Illyrios, Gallos deinde, gentes feras et indomitas, in Macedoniam se et in Graeciam effusuras. Ne, proxima quaeque amolendo, majoribus gravioribusque adiutum ad se facerent. Interfanti deinde Phaenae praetori Aetolorum, testificantique, si elapsus eo tempore Philippus foret, mox gravius eum rebellaturum, Desistite tumultuari, inquit, ubi consultandum est. Non iis conditionibus illigabitur pax, ut movere bellum possit.

XIII. Hoc dimisso concilio, postero die rex ad fauces, quae ferunt in Tempe, (is datus erat locus colloquio) venit: tertio die datur ei Romanorum ac sociorum frequens concilium. Ibi Philippus perquam prudenter, iis, sine quibus pax impetrari non poterat, sua potius voluntate omittis, quam ut altercando extorquerentur, quae priore colloquio aut imperata a Romanis, aut postulata ab sociis essent, omnia se concedere, de ceteris senatui permissurum, dixit. Quanquam vel inimicissimus omnibus praeclusisse vocem videbatur, Phaenaeas tamen Aetolus, cunctis tacentibus, *Quid? nobis, inquit, Philippe, reddisne tandem Pharsalum, et Larissum Cremastem, et Echinum, et Thebas Phthias?* Cum Philippus nihil morari diceret, quo minus reciperent; disceptatio inter imperatorem Romanum et Aetolos orta est de Thebis: nam, eas populi Romani jure belli factas esse, Quinctius dicebat, quod, integris rebus, exercitu ab se admoto, vocati in amicitiam, cum potestas libera desciscendi ab rege esset, regiam societatem Romanae praeponissent. Phaenaeas, et pro societate belli, quae ante bellum habuissent, restitui Aetolis aequum censebat, et ita in foedere primo cautum esse, ut belli praeda, rerumque, quae ferri agique possent, Romanos; ager urbesque captae Aetolos sequerentur. *Vos, inquit, ipsi, Quinctius, societatis istius leges rupistis, quo tempore, relictis nobis, cum Philippo pacem fecistis: quae si maneret, captivarum tamen urbium illa lex foret. Thessaliae civita-*

ses sua voluntate in ditionem nostram venerunt. Haec, cum omnium sociorum assensu dicta, Aetolis non in praesentia modo gravia auditu, sed mox belli etiam causae, magnarumque ex eo cladum, iis fuerunt. Cum Philippo ita convenit, ut Demetrium filium et quosdam ex amicorum numero obsides, et ducenta talenta daret: de ceteris Romam mitteret legatos. ad eam rem quatuor mensium induciae essent. Si pax non impetrata ab senatu foret, obsides pecuniamque reddi Philippo receptum est. Causa Romano imperatori non alia major fuisse dicitur pacis maturandae, quam quod Antiochum bellum transiitumque in Europam moliri constabat.

XIV. Eodem tempore, atque, ut quidam tradidere, eodem die ad Corinthum Achaei ducem regium Androsthenem iusto proelio fuderunt. Eam urbem pro arce habiturus Philippus adversus Graeciae civitates, et principes inde evocatos per speciem colloquendi, quantum equitum dare Corinthii ad bellum possent, retinuerat pro obsidibus, et, praeter quingentos Macedonas mixtosque ex omni genere auxiliorum octingentos, quod jam ante ibi fuerat, mille Macedonum eo miserat, et mille ac ducentos Illyrios, Thracasque, et Cretenses, qui in utraque parte militabant, octingentos. His additi Boeoti, Thessalique, et Acarnanes mille, scutati omnes, et ex ipsorum Corinthiorum juventute, impleta ut essent sex millia armatorum, fiduciam Androstheni fecerunt acie decernendi. Nicostratus praetor Achaeorum Sicyonem erat cum duobus millibus peditum, centum equitibus, sed, imparem se et numero et genere militum cernens, moenibus non excedebat. Regiae copiae peditum equitumque vagae Pellenensem, et Phliasium, et Cleonaeum agrum, depopulabantur. Postremo, exprobrantes metum hosti, in fines Sicyoniorum transcendebant: navibus etiam circumvecti omnem oram Achajae vastabant. Cum id effusus hostes, et, ut fit ab nimia fiducia, negligentius etiam facerent, Nicostratus, spem nactus necopinantes eos aggrediendi, circa finitimas civitates nuntium occultum mittit, quo die, et quot, ex quaque civitate armati ad Apelaurum (Stymphaliae terrae is locus est)

est) convenirent. Omnibus ad diem edictam paratis, profectus inde extemplo, per Phliasiorum fines nocte Cleonas, incisiis omnibus, quid pararet, pervenit. Erant autem cum eo quinque millia peditum, ex quibus armaturae levis, et trecenti equites; cum iis copiis dimissi, qui specularentur, quam in partem hostes effunderent sese, opperiebantur.

XV. Androstheneſ, omnium ignarus, Corintho profectus, ad Nemeam (amnis est Corinthium et Sicyonium interfluens agrum) castra locat. Ibi parte dimidia exercitus dimissa, dimidiam trifariam dividit, et omnes equites discurrere ad depopulandos simul Pellenensium Sicyoniumque agros, et Phliasium, jubet. Haec tria diversa agmina discessere. quod ubi Cleonas ad Nicostratum perlatum est, extemplo validam mercenariorum manum praemissam ad occupandum saltum, per quem transitus in Corinthium est agrum, ante signa equitibus, ut praegrederentur, locatis, ipse confectum agmine duplici sequitur. Parte una mercenarii milites ibant cum levi armatura, altera clypeati, dein aliarum gentium exercitus robor erat. Jam haud procul castris aberant pedites equitesque, et Thracum quidam in vagos palatosque per agros hostes impetum fecerunt, cum repens terror castris infertur. Trepidare dux, ut qui hostes nusquam, nisi raro in collibus ante Sicyonem, non audentes agmen demittere in campos, vidisset: ad Cleonas quidem accessuros nunquam credidisset. revocari tuba jubet vagos a castris dilapsos. Ipse, raptim capere arma jussis militibus, infrequenti agmine porta egressus, super flumen instruit aciem. Ceterae copiae, vix colligi atque instrui cum potuissent, primum hostium impetum non tulerunt. Macedones et maxime omnium frequentes ad signa fuerant, et diu ancipitem victoriae spem fecerunt: postremo fuga ceterorum nudati, cum duae jam acies hostium ex diverso, levis armatura ab latere, clypeati oestratique a fronte urgerent; et ipsi, re inclinata, primo retrahens pedem: deinde impulsi terga vertunt, et plerique, abjectis armis, nulla spe castrorum tenendorum relicta, Corinthum petierunt. Nicostratus, mercenarius militibus

bus ad hos persequendos, equitibus Thracumque auxiliis in populatores agri Sicyonii missis, magnam ubique caedem edidit: majorem prope, quam in proelio ipso. Ex iis quoque, qui Pellenen Phliuntaque depopulati erant, incoliti partim omniumque ignari, ad castra revertentes, in hostium stationes, tanquam in suas, illati sunt; partim ex discursu id, quod erat, suspicati, ita se in fugam passim sparserant, ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur. Ceciderunt eo die mille et quingenti, capti trecenti. Achaja omnis magno liberata metu.

XVI. Priusquam dimicaretur ad Cynoscephalas, L. Quinctius, Corcyram excitis Acarnanum principibus, quae sola Graeciae gentium in societate Macedonum maxilerat, initium quoddam ibi motus fecit. Duae autem maxime causae eos tenuerant in amicitia regis; una fides insita genti, altera metus odiumque Aetolorum. Concilium Leucadem indictum est. Eo neque cuncti convenere Acarnanum populi, nec ipsis, qui convenerant, idem placuit. sed et principes et magistratus pervicerunt, ut privatum decretum Romanae societatis fieret. Id omnes, qui abfuerant, aegre passi; et in hoc fremitu gentis a Philippo missi duo principes Acarnanum, Androcles et Echedemus, non ad tollendum modo decretum Romanae societatis valuerunt, sed etiam ut Archelaus et Bianor, principes gentis ambo, quod auctores ejus sententiae fuissent, proditionis in concilio damnarentur, et Zeuxidae praetori, quod de ea re retulisset, imperium abrogaretur. Rem temerariam, sed eventum prosperam, damnati fecerunt. Suadentibus namque amicis, cederent tempori, et Corcyram ad Romanos abirent, statuerunt offerre se multitudini, et aut eo ipso lenire iras, aut pati, quod casus tulisset. Cum se frequenti concilio intulissent, primo murmur ac fremitus admirantium, silentium mox a verecundia simul pristinae dignitatis, ac misericordia praesentis fortunae ortum est. Potestate quoque dicendi facta, principio suppliciter, procedente autem oratione, ubi ad crimina diluenda ventum est, cum tanta fiducia, quantam innocentia da-

L. Livii tom. III. bat.

bat, disseruerunt: postremo, ultro aliquid etiam queri, et castigare iniquitatem simul in se crudelitatemque ausi, ita affecerunt animos, ut omnia, quae in eos decreta erant, frequentes tollerent: neque eo minus redeundum in societatem Philippi, abnuendamque Romanorum amicitiam, censerent.

XVII. Leucade haec sunt decreta. id caput Acarnaniae erat, eoque in concilium omnes populi conveniebant. Itaque, cum haec repentina mutatio Corcyram ad legatum Flaminium perlata esset, extemplo cum classe profectus, Leucade ad Heraeam, quod vocant, naves applicuit. Inde cum omni genere tormentorum machinarumque, quibus expugnantur urbes, ad muros accessit, ad primum terrorem ratus inclinari animos posse. Postquam pacati nihil ostendebatur, tum vineas turresque erigere, et arietem admovere muris coepit. Acarnania universa, inter Aetoliam atque Epirum posita, solem occidentem et mare Siculum spectat. Leucadia nunc insula, et vadoso freto, quod perossum manu est, ab Acarnania divisa, tum peninsula erat, occidentis regione arctis faucibus cohaerens Acarnaniae. Quingentos ferme passus longae fauces erant; latae haud amplius centum et viginti. in his angustiis Leucas posita est, colli applicata verso in orientem et Acarnaniam. Ima urbis plana sunt, jacentia ad mare, quo Leucadia ab Acarnania dividitur. Inde terra marique expugnabilis est. nam et vada sunt itagno similiora, quam mari: et campus terrenus omnis operique facilis. Itaque multis simul locis aut lubruti, aut ariete decussi ruebant muri. Sed quam urbs ipsa opportuna oppugnantibus erat, tam inexpugnabiles hostium animi. die ac nocte intenti reficere quassata muri; obstruere, quae patefacta ruinis erant; proelia impigre inire, et armis magis muros, quam se ipsos mœnibus, tutari. diutiusque spe Romanorum obfidionem eam extraxissent, ni exules quidam Italici generis, Leucade habitantes, ab arce milites accepissent. eos tamen, ex superiore loco magno cum tumultu decurrentes, acie in foro instructa, iusto proelio aliquamdiu Leucadii sustinuerunt. Interim et scalis capta multis locis

locis moenia, et per stragem lapidum ac ruinas transcensum in urbem. jamque ipse legatus magno agmine circumvenerat pugnantes. pars in medio caesi; pars, armis abjectis, dederunt sese victori. Et post dies paucos, audito proelio, quod ad Cynoscephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniae in deditionem legati venerunt.

XVIII. Iisdem diebus, omnia simul inclinante fortuna, Rhodii quoque ad vindicandam a Philippo continentem regionem, (Peraeam vocant) possessam a majoribus suis, Pausistratum praetorem cum octingentis Achaeis peditibus, mille et nongentis fere armatis, ex vario genere auxiliorum collectis, miserunt: Galli, et Pisuetae, et Nisuetae, Tamiani, et Arei, ex Africa, et Laodiceni ex Asia erant. cum his copiis Pausistratus Tendeba in Stratonicensi agro locum peropportunum, ignavis regis, qui tenuerant, occupavit. In tempore et ad id ipsum excitum auxilium, mille Achaei pedites cum centum equitibus supervenerunt. Theoxenus iis praeerat. Dinocrates, regius praefectus, recuperandi castelli causa, primo castra ad ipsa Tendeba movit, inde ad alterum castellum, item Stratonicensis agri: Astragon vocant. omnibusque ex praefidiis, quae multifariam disjecta erant, devocatis, et ab ipsa Stratonicea Theffalorum auxiliariis, Alabanda, ubi hostes erant, ducere pergit. Nec Rhodii pugnam detrectaverunt. atque, castris in propinquum collatis, extemplo in aciem descensum est. Dinocrates quingentos Macedonas dextro cornu, laevo Agrianas locat: in medium accipit contractos ex castellorum (Cares maxime erant) praefidiis: equites cornibus circumdat, et Cretensium auxiliares Thracumque. Rhodii Achaeos dextro cornu, sinistro mercenarios milites, lectam peditum manum, habuere; medios mixta ex pluribus gentibus auxilia: equites levisque armaturae quod erat, cornibus circumjectum. Eo die steterunt tantum acies utraeque super ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis: paucisque telis emissis, in castra receperunt sese. Postero die eodem ordine instructi majus aliquantò proelium, quam pro numero, edidere, pugnantium. nec enim plus terna millia peditum fuere, et centeni ferme

equites. ceterum non numero tantum, nec armorum genere, sed animis quoque paribus, et aequa spe pugnarunt. Achaei primi, torrente superato, in Agrianas impetum facere; deinde tota prope cursu transgressa amnem acies est. Diu anceps pugna stetit. numero Achaei mille et ipsi quadringentos loco expulere. Inclinat dein dextrum omne cornu. Macedones, usque dum ordine et velut stipata phalanx consistebat, moveri nequiverunt. postquam, laevo latere nudato, circumjacere hastas in venientem ex transverso hostem conati sunt, turbati extemplo tumultum primo inter se fecerunt: terga deinde vertunt: postremo, abjectis armis, in praecipitem fugam effusi, Bargylas petentes fugerunt. Eodem et Dinocrates perfugit. Rhodii, quantum diei superfuit secuti, receperunt se ad castra. Satis constat, si confestim victores Stratoniceam petissent, recipi eam urbem sine certamine potuisse. Praetermissa ejus rei occasio est, dum in castellis vicisque Peraeae recipiendis tempus teritur. Interim animi eorum, qui Stratoniceam praesidio obtinebant, confirmati sunt. mox et Dinocrates cum iis, quae proelio supererant, copiis intravit muros. Nequidquam inde obfessa oppugnataque urbs est. recipi, nisi aliquanto post, per Antiochum non potuit. Haec in Thessalia, haec in Achaja, haec in Asia per eosdem dies ferme gesta.

XIX. Philippus cum audisset, Dardanos, transgressos fines ab contemptu concussi tum regni, superiora Macedoniae evastare, quamvis toto prope orbe terrarum, undique se suosque profligante fortuna, urgebatur, tamen morte tristius ratus, Macedoniae etiam possessione pelli, delectu raptim per urbes Macedonum habito, cum sex millibus peditum et quingentis equitibus circa Stobos Paoniae improvise hostes oppressit. Magna multitudo hominum in proelio, major praedandi cupidine palata per agros caesa est. quibus fuga expeditior fuit, ne tentato quidem casu pugnae, in fines suos redierunt. Ea una expeditione non pro reliquo statu fortunae facta, relictis suorum animis, Thessalonicam sese recepit. Non tam in tempore Punicam bellum terminatum erat, ne simul

et

et cum Philippo foret bellandum; quam opportune, jam Antiocho in Syria moliente bellum, Philippus est superatus. nam, praeterquam quod facilius cum singulis, quam si in unum ambo simul contulissent vires, bellatum est; Hispania quoque sub idem tempus magno tumultu ad bellum confurrexit. Antiochus cum, priore aetate omnibus, quae in Coele-Syria sunt, civitatibus Ptolemaei in suam potestatem redactis, in hiberna Antiochian concessisset; nihilo quietiores postea res habuit. omnibus enim regni viribus connisus, cum ingentes copias terrestres maritimasque comparasset, principio veris praemissis terra cum exercitu filiis duobus, Ardye ac Mithridate, iussisque Sardibus se opperiri; ipse cum classe centum tectarum navium, ad hoc levioribus navigiis cercurisque ac lembis ducentis, proficiscitur: simul per omnem oram Ciliciaeque et Cariae tentaturus urbes, quas in ditione Ptolemaei essent; simul Philippum (nequam enim debellatum erat) exercitu navibusque adjuturus.

XX. Multa egregia Rhodii pro fide erga populum Romanum, proque universo nomine Graecorum, terra marique ausi sunt: nihil magnificentius, quam quod ea tempestate, non territi tanta mole imminenti belli, legatos ad regem miserunt Nepheida, (promontorium Ciliciae est, inclitum foedere antiquo Atheniensium) si eo non contineret copias suas, se obviam ituros; non ab odio ullo, sed ne conjungi cum Philippo paterentur, et impedimento esse Romanis liberantibus Graeciam. Coracesium eo tempore Antiochus operibus oppugnabat. Zephyrio, et Solis, et Aphrodisiade, et Coryco, et superato Anemurio, (promontorium id quoque Ciliciae est) Selinunte recepto, omnibus his aliisque ejus orae castellis, aut metu, aut voluntate, sine certamine, in deditionem acceptis, Coracesium praeter spem clausis portis tenebat eum. Ibi legati Rhodiorum auditi, et quanquam ea legatio erat, quae accendere regium animum posset, temperavit irae, et, *legatos se Rhodum missurum*, respondit, *iisque mandarum, ut renovarent vetusta jura, cum ea civitate, sua majorumque suorum: et vesanos eos adventum pertimescere regis, nihil his aut sociis*

eorum noxae futurum fraudive. nam, Romanorum amicitiam se non violaturum, argumento et suam recentem ad eos legationem esse, et senatus honorifica in se decreta responsaque. Tunc forte legati redierant ab Roma, comiter auditi dimissique, ut tempus postulabat, incerto adhuc adversus Philippum eventu belli. Cum haec legati regis in concione Rhodiorum agerent, nuntius venit, debellatum ad Cynoscephalas esse. Hoc nuntio accepto, Rhodiis, demto metu a Philippo omni, erat consilium obviam eundi classe Antiocho. Illam alteram curam non omiserunt, tuendae libertatis civitatum sociarum Ptolemaei, quibus bellum ab Antiocho imminebat. nam alias auxiliis juverunt, alias providendo ac praemonendo conatus hostis: causaque libertatis fuerunt Cauniis, Myndiis, Halicarnassensibus, Samiisque. Non operae est persequi, ut quaeque acta in his locis sint, cum ad ea, quae proprie Romani belli sunt, vix sufficiam.

XXI. Eodem tempore et Attalus rex, aeger Thebis Pergamum advectus, moritur altero et septuagesimo anno; cum quatuor et quadraginta annos regnasset. Huic vero, praeter divitias, nihil ad spem regni fortuna dederat. his simul prudenter, simul magnifice utendo, effecit, primum ut sibi, deinde ut aliis non indignus videretur regno. Victis deinde proelio uno Gallis, quae tum gens recenti adventu terribior Asiae erat, regnum adscivit nomen, cujus magnitudini semper animum aequavit. Summa iustitia suos rexit: unicam fidem sociis praesistit: uxorem ac liberos quatuor superstites habuit: mitis ac munificus amicis fuit: regnum adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam stirpem possessio ejus descenderit. Cum is status rerum in Asia, Graeciaque, et Macedonia esset, vixdum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hispania ulteriore coortum est bellum. M. Helvius eam provinciam obtinebat. Is literis senatum certiore fecit, *Colcam et Luscinum regulos in armis esse. Cum Colca decem et septem oppida, cum Lusino validas urbes, Cardonem et Bardonem: et maritimam oram omnem, quae nondum animos sudaverat, ad finitimorum motus conjuraturam.*

His literis a M. Sergio praetore, cujus jurisdictionis inter civis erat, recitatis, decreverunt Patres, ut, comitiis praetorum perfectis, cui praetori provincia Hispania obvenisset, is primo quoque tempore de bello Hispaniae ad senatum referret.

XXII. Sub idem tempus consules Romanos venerunt, quibus in aede Bellonae senatum habentibus, postulanti-
busque triumphum ob res prospere bello gestas, C. At-
tinius Labeo et C. Ursanius tribuni plebis, ut separatim
de triumpho agerent consules, postularunt. *communem
se relationem de ea re fieri non passuros, ne per honos in
dispari merito esset.* Cumque Minucius utrique provin-
ciam Italiam obtigisse diceret, communi animo consilio-
que se et collegam res gestasse; Cornelius adjiceret, Bojos
adversus se transgredientes Padum, ut Infubribus Ceno-
manisque auxilio essent, depopulante vicis eorum atque
agros collega, ad sua tuenda aversos esse; Tribuni *res
tantas bello gestasse Cornelium fateri, ut non magis de
triumpho ejus, quam de honore Diis immortalibus ha-
bendo dubitari possit. Non tamen nec illum, nec quem-
quam alium civem tantum gratia atque opibus valuisse,
ut, cum sibi et triumphum impetrasset, collegae eundem
honorem impudenter petenti daret. Q. Minucium in Li-
garibus levia proelia, vix digna dictu, fecisse: in Gal-
lia magnum numerum militum amisisse.* Nominabant
etiam tribunos militum T. Juventium, et C. Labeonem
ejus fratrem, qui adversa pugna eum multis aliis viris
fortibus, civibus ac locis, cecidissent. *Oppidorum
paucorum ac vicorum falsas, et in tempus simulatas, sine
ullo pignore deditiones factas esse.* Hae inter consules tri-
bunosque altercationes biduum tenuerunt, victique per-
severantia tribunorum consules separatim retulerunt.

XXIII. C. Cornelio omnium consensu decretus
triumphus. et Placentini Cremonensesque addiderunt
favorem consuli, gratias agentes commemorantesque,
obsidione se esse ab eo liberatos: plerosque etiam, cum
apud hostes essent, servitute exceptos. Q. Minucius,
tentata tantum relatione, cum adversum omnem senatum

videret, in monte Albano se triumphaturum, et jure imperii consularis, et multorum clarorum virorum exemplo, dixit. C. Cornelius de Insubribus Cenomanisque in magistratu triumphavit. multa signa militaria tulit, multa Gallica spolia captivis carpentis transvexit: multi nobiles Galli ante currum traducti; inter quos, quidam, Hamilcarem ducem Poenorum fuisse, auctores sunt. Ceterum magis in se convertit oculos Cremonensium Placentinorumque colonorum turba pileatorum, currum sequentium. Tulit in triumpho ducenta triginta septem millia, quingentos aëris, argenti bigati septuaginta novem millia. septuagenos aëris militibus divisit: duplex equiti, triplex centurioni. Q. Minucius consul de Liguribus Bojisque Gallis in monte Albano triumphavit. is triumphus, ut loco, et fama rerum gestarum, et quod sumtum non erogatum ex aerario omnes sciebant, inhonoratior fuit; ita signis, carpentisque, et spoliis ferme aequabat. Pecuniae etiam prope par summa fuit: aëris translata ducenta et quinquaginta quatuor millia, argenti bigati quinquaginta tria millia et ducenti. militibus centurionibusque et equitibus item in singulos datum, quod dederat collega.

XXIV. Secundum triumphum consularia comitia habita. creati consules L. Furius Purpureo et M. Claudius Marcellus. Praetores postero die facti, Q. Fabius Buteo, Ti. Sempronius Longus, Q. Minucius Thermus, M. Acilius Glabrio, L. Apustius Fullo, C. Laelius. Exitu ejus anni literae a T. Quinctio venerunt, se signis collatis cum rege Philippo in Thessalia pugnasse: hostium exercitum solum fugatumque. Hae literae prius in senatu a Sergio praetore, deinde ex auctoritate Patrum in concione sunt recitatae. Ob res prospere gestas in dies quinque supplicationes decretae. Brevi post legati et a T. Quinctio et ab rege venerunt. Macedones deducti extra urbem in villam publicam; ibique iis locus et lautia praebita: et ad aedem Bellonae senatus est habitus. Haud multa verba facta, cum Macedones, quaecunque senatus censuisset, id regem facturum esse, dicerent. *Decem legati more majorum, quorum ex consilio T.*
Quin-

Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti; adjectumque, ut in eo numero legatorum P. Sulpicius et P. Villius essent, qui consules provinciam Macedoniam obtinuissent. Cofanis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus augeretur, mille adscribi iussi: dum ne quis in eorum numero esset, qui post P. Cornelium et Ti. Sempronium consules hostis fuisset.

XXV. Ludi Romani eo anno in circo scenaque ab aedilibus curulibus, P. Cornelio Scipione et Cn. Manlio Vulstone, et magnificentius, quam alias, facti, et laetius propter res bello bene gestas spectati, totique ter instaurati: plebeji septies instaurati. Acilius Glabrio, C. Laelius eos ludos fecerunt. Ex argento mulctatio tria signa aenea, Cereri, Liberoque, et Liberæ, posuerunt. L. Furius et M. Claudius Marcellus, consulatu inito, cum de provinciis ageretur, et Italiam utrique provinciam senatus decerneret, ut Macedoniam cum Italia sortirentur, petebant. Marcellus, provinciae cupidior, pacem simulatam ac fallacem dicendo, et rebellaturum, si exercitus inde deportatus esset, regem, dubios sententiae Patres fecerat. Et forsitan obtinuissent consules, ni Q. Marcus Rex et C. Atinius Labeo, tribuni plebis, se intercessuros dixissent: ni prius ipsi ad plebem tulissent, vellent iuberentne cum rege Philippo pacem esse. Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est. omnes quinque et triginta tribus, uti rogatae, iusserunt. Et quo magis pacem ratam esse in Macedonia vulgo laetarentur, tristis ex Hispania nuntius allatus effecit, vulgataeque literæ, C. Sempronium Tuditanum proconsulem in citeriore Hispania proelio victum: exercitum ejus fuscum fugatumque, et illustres viros in acie cecidisse. Tuditanum, cum gravi vulnere laesum ex proelio, haud ita multo post exspirasse. Consulibus ambobus Italia provincia cum his legionibus, quas superiores consules habuissent, decreta, et ut quatuor legiones novas scriberent: duas, quae, quo senatus censuisset, mitterentur. et T. Quinctius Flamininus cum duabus legionibus provinciam eodem exercitu obtinere iussus: imperium ei prorogatum satis jam ante videri esse.

XXVI. Praetores deinde provincias fortiti, L. Apulcius Fullo urbanam jurisdictionem, M. Acilius Glabrio inter cives et peregrinos, Q. Fabius Buteo Hispaniam ulteriorem, Q. Minucius Thermus citeriorem, C. Laelius Siciliam, Ti. Sempronius Longus Sardiniam. Q. Fabio Buteoni et Q. Minucio, quibus Hispaniae provinciae evenerant, consules legiones singulas ex quatuor ab se scriptis, quas videretur, uti darent, decretum est; sociùm ac nominis Latini quaterna millia peditum, trecentos equites: hique primo quoque tempore in provinciis ire iussi. Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum. Priusquam hi praetores ad bellum prope novum, quia tum primum suo nomine, nullo Punico exercitu aut duce, ad arma ierant, proficiscerentur, aut ipsi consules ab urbe moverent; procurare, ut assolet, prodigia, quae nuntiabantur, iussi. L. Julius Sequestris, in Sabinos proficiscens, fulmine ipse equusque exanimati fuerant: aedes Feroniae in Capenate de coelo tacta erat: ad Monetæ duarum hastarum spicula arserant: lupus, Esquilina porta ingressus, frequentissima parte urbis, cum in forum decurrisset, Tusco vico atque Intemelio, per portam Capenam prope intactus evaserat. Haec prodigia majoribus hostiis sunt procurata.

XXVII. Iisdem diebus Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hispaniam obtinuerat, ovans ex senatusconsulto urbem est ingressus. tulit prae se auri mille et quingenta quindecim pondo, argenti viginti millia, signati denarios triginta quatuor millia, et quingentos quinquaginta. L. Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe, quinquaginta millia pondo argenti in aerarium tulit: et de manubiis duos fornices in foro Boario ante Fortunae aedem et matris Matutae, unum in maximo circo fecit: et his fornibus signa aurata imposuit. Haec per hiemem ferme acta. Hibernabat eo tempore Athenis Quinctius. a quo cum multa socii peterent, Boeoti petierunt impetraveruntque, ut hi, qui suae gentis militassent apud Philippum, sibi restituèrentur. Id a Quinctio facile impetra-

petratum; non quia satis dignos eos credebatur, sed quia, Antiocho rege jam suspecto, favor conciliandus nomini Romano apud civitates erat. Restitutis, confestim apparuit, quam nulla inita apud Boeotos gratia esset. nam et ad Philippum gratias agentes pro redditis hominibus, perinde atque ipsi id a Quinctio et Romanis datum esset, miserunt: et comitiis proximis Boeotaren nullam aliam ob causam Brachyllam quendam, quam quod praefectus Boeotorum apud regem militantium fuisset, fecerunt; praeteritis Zeuxippo, et Pilsitrato, aliisque, qui Romanae societatis auctores fuerant. Id aegre et in praesentia hi passi, et in futurum etiam metum ceperunt, cum ad portas prope sedente exercitu Romano ea fierent, quidnam se futurum esset, profectis in Italiam Romanis; Philippo ex propinquo socios adjuvante, et infesto his, qui partis adversae fuissent.

XXVIII. Dum Romana arma propinqua habebant, tollere Brachyllam, principem fautorum regis, statuerunt. et tempore ad eam rem capto, cum in publico epulatus reverteretur domum tumultus, proloquentibus mollibus viris, qui joci causa convivio celebri interfuerant; ab sex armatis, quorum tres Italici, tres Aetolici erant, circumventus occiditur. Fuga comitum et quiritatio facta, et tumultus tota urbe discurrentium cum luminibus. percussores proxima porta evaserunt. Luce prima concio frequens, velut exstante indicio, ad vocem praeconis convocata in theatro erat. Palam ab suo comitatu et obscoenis illis viris fremebant interfectum: animis autem Zeuxippum auctorem destinabant caedis. In praesentia placuit comprehendi eos, qui simul fuissent, quaestionemque ex his haberi. qui dum quaeruntur, Zeuxippus, consimili animo avertendi ab se criminis causa in concionem progressus, errare ait homines, qui tam atrocem caedem pertinere ad illos semiviros crederent; multaque in eam partem probabiliter argumentatus, quibus fidem apud quosdam fecit, nunquam, si conscius esset, oblaturum se multitudini, mentionemve caedis, nullo laceffente, facturum fuisse. Alii non dubitare; obviam eundo impudenter criminis suspicionem

nem averti. Torti post paulo infontes, cum scirent ipsi opinionem omnium, ea pro indicio usi, Zeuxippum et Pifistratum nominaverunt: nullo adjecto, cur scire quidquam viderentur, argumento. Zeuxippus tamen cum Stratonida quodam nocte perfugit Tanagram, suam magis conscientiam, quam indicium hominum nullius rei consciorum, metuens. Pifistratus, spretis indicibus, Thebis mansit. Servus erat Zeuxippo, totius internuntius et minister rei; quem indicem Pifistratus timens, eo ipso timore ad indicium protraxit. Literas ad Zeuxippum mittit, *servum conscium tolletes. Non tam idoneum ad celandam rem cum videri sibi, quam ad agendam fuerit.* Has qui tulit literas, iussit Zeuxippo dare quamprimum. is, quia non sibi conveniendi ejus copia fuit, ipsi illi servo, quem ex omnibus domino fidissimum credebat, tradidit: et adjecit, a Pifistrato de re magnopere pertinente ad Zeuxippum esse. Conscientia ictus, cum extemplo traditurum eas affirmasset, aperit. Perlectis literis, pavidus Thebas refugit. et Zeuxippus quidem, fuga servi motus, Athenas, tutiorem exilio locum ratus, concessit. De Pifistrato aliquae quaestiones tormentis habitae, et sumtum supplicium est.

XXIX. Efferavit ea caedes Thebanos Boeotosque omnes ad execrabile odium Romanorum; Zeuxippum principem gentis id facinus conscisse. ad rebellandum neque vires, neque ducem habebant. Proximum bello quod erat, in latrocinium versi, alios hospites, alios vagos per hiberna milites, ad varios commeantes usus, excipiebant. quidam in ipsis itineribus, ad notas latebras insidiantibus, pars in deserta per fraudem deversoria deVecti deductique opprimebantur. postremo non tantum odio, sed etiam aviditate praedae, ea facinora faciebant: quia, negotiandi ferme causa argentum in zonis habentes, in commeatibus erant. Cum primo pauci, deinde in dies plures desiderarentur, infamis esse Boeotia omnis coepit: et timidius, quam in hostico, egredi castris miles. Tum Quinctius legatos ad querendum de latrocinii per civitates mittit. Plurimi pedites circa Copaidem paludem inventi: ibi ex limo eruta extractaque ex stagno cada-

cadavera, saxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, annexa. multa facinora Acraephae et Coroneae facta inveniebantur. Quinctius primo noxios tradi sibi iussit, et pro quingentis militibus (tot enim intercepti erant) quingenta talenta Boeotos conferre. Quorum neutrum cum heret, verbis tantum civitates excusarent, nihil publico consilio factum esse; missis Athenas et in Achajam legatis, qui testarentur lociis, iusto pioque bello se persecuturum Boeotos, et cum parte copiarum P. Claudio Acraephiam ire iusso, cum parte Coroneam circumfedit: evastatis prius agris, quam ab Elatia duo diversa agmina iere. Hac percussi clade Boeoti, cum omnia terrore ac fuga compleissent, legatos mittunt, qui cum in castra non admitterentur, Achaei Atheniensisque supervenerunt. Plus auctoritatis Achaei habuerunt, deprecantes: ac, ni impetrassent pacem Boeotis, bellum simul gerere decreverunt. Per Achaeos et Boeotis copia adeundi alloquendique Romanum facta est, iussisque tradere noxios, et mulctae nomine triginta talenta conferre, pax data, et ab oppugnatione recessum.

XXX. Post paucos dies decem legati ab Roma venerunt, quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est. *Omnes Graecorum civitates, quae in Europa, quaeque in Asia essent, libertatem ac suas leges haberent, quae earum sub ditione Philippi fuissent, praesidia ex his Philippus deduceret: his, quae in Asia essent, Euromo, Pedasisque, et Bargyliis, et Jasso, et Myrina, et Abydo, et Thaso, et Perincho: eas quoque enim placere liberas esse. De Cianorum libertate, Quinctius Frusiae Bithynorum regi scriberet, quid senatui et decem legatis placuisset. Captivos transfugasque reddere Philippum Romanis, et naves omnes rectas tradere, quin et regiam unam inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant. Ne plus quingentis armorum haberet, neve elephantum ullum. Bellum extra Macedoniae fines ne injussu senatus gereret. Mille talentum daret populo Romano: dimidium praesens, dimidium pensionibus decem annorum. Valerius Antias, quaternam millium pondo argenti veingal in decem annos, triginta quaterna millia pondo,*

pondo et ducenta, praefens viginti millia pondo. idem nominatim adjectum scribit, ne cum Eumene, Attali filio, (novus is tum rex erat) bellum gereret. In haec obsides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius. Adjicit Valerius Antias, Attalo absentis Aeginam insulam elephantosque dono datos, et Rhodiis Stratoniceam Cariae atque alias urbes, quas Philippus tenuisset: Atheniensibus insulas datas, Paron, Inbrum, Delum, Scyrum.

XXXI. Omnibus Graeciae civitatibus hanc pacem approbantibus, soli Aetoli id decretum decem legatorum clam mussantes carpebant. *litteras inanes vana specie libertatis adumbratas esse. Cur enim alias Romanis traditae urbes, nec nominari eas, alias nominari, et sine traditione juberi liberatas esse? nisi ut, quae in Asia sint, liberentur, longinquitate ipsa tutiores: quae in Graecia sint, ne nominatae intercipientur, Corinthus, et Chalcis, et Oreum, cum Eretria et Demetriade.* Nec tota ex vano criminatio erat. dubitabatur enim de Corintho, et de Chalcide, et Demetriade, quia in senatusconsulto, quo missi decem legati ab urbe erant, ceterae Graeciae atque Asiae haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus legati, quod tempora reipublicae postulassent, id e reipublica fideque sua facere, statuere jussi erant. Antiochus rex erat, cum transgressurum in Europam, cum primum ei res suae placuissent, non dubitabant. ei tam opportunas ad occupandum patere urbes volebant. Ab Elatia Anticyram cum decem legatis, inde Corinthum trajecit. ibi consilia decem legatorum tractabantur. Identidem Quinctius, *liberandam omnem Graeciam, si Aetolorum linguas retundere, si veram civitatem, majestatem, apud omnes nominis Romani vellent esse: si fidem facere, ad liberandam Graeciam, non ad transferendum a Philippo ad se imperium, se mare trajecisse.* Nilil contra ea de libertate urbium alii dicebant. ceterum *ipsis tutius esse, manere paulisper sub tutela praesidii Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum accipi.* Postremo ita decretum est: *Corinthus reddetur Achaeis, ut in Acrocorintho tamen praesidium esset: Chalcidem ac Demetriadem retineri, donec cura de Antiocho decessisset.*

XXXIII. Isthmiorum statum ludicrum aderat; femper quidem et alias frequens, cum propter spectaculi ludium insitum genti, quo certamina omnis generis artium, viriumque, ac pernicitatis visuntur; tum quia propter opportunitatem loci, per duo diversa maria, omnium Graecorum undique conventus erat. Sed expectatione erecti, qui deinde status futurus Graeciae, quae sua fortuna esset: alii non taciti solum opinabantur, sed sermonibus etiam ferebant. Romani ad spectaculum confederunt; et praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam arenam, unde sollemni carmine ludicrum indici solet, processit, et, tuba silentio facto, ita pronuntiat: SENATUS ROMANUS ET T. QUINCTIUS IMPERATOR, PHILIPPO REGE MACEDONIBUSQUE DEVICTIS, LIBEROS, IMMUNES, SUI LEGIBUS ESSSE JUBET CORINTHIOS, PHOCENSES, LOCRENSESQUE OMNES, ET INSULAM EUBOEAM, ET MAGNETAS, THESSALOS, PERRHAEBOS, ACHAEOS PNTIOTAS. Percensuerat omnes gentes, quae sub ditione Philippi regis fuerant. Audita voce praecoris, majus gaudium fuit, quam quod universonum homines caperent. Vix factis credere se quisque audisse: alii alios intueri, mirabundi velut somnii vanam speciem: quod ad quemque pertineret, suarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Revocatus praeco, cum nemo quisque non audire, sed videre libertatis suae nuntium averet, iterum pronuntiaret eadem. Tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plausus est ortus, totiesque repetitus, ut facile appareret, nihil omnium honorum multitudini gratius, quam libertatem esse. Ludicrum deinde ita raptim peractum est, ut nullius nec animi, nec oculi spectaculo intenti essent. adeo unum gaudium praecoccupaverat omnium aliarum sensum voluptatum.

XXXIII. Ludis vero dimissis, cursu prope omnes tendere ad imperatorem Romanum: ut, ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque jacentium, haud procul periculo fuerit. Sed erat trium ferme et triginta annorum; et cum robur juventae, *non gaudium ex tam insigni gloriae fructu, vi-*

res suppeditabant. nec praefens omnium modo effusa laetitia est; sed per multos dies gratis et cogitationibus, et sermonibus, revocata: *Esse aliquam in terris gentem, quae sua impensa, suo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum: nec hoc finitimis, aut propinquae vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis praestet: maria trajiciat, ne quod toto orbe terrarum injustum imperium sit, et ubique jus, fas, lex potentissima sit. Una voce praecotis liberatas omnes Graeciae atque Asiae urbes. Hoc spe concipere, audacis animi fuisse: ad effectum adducere, virtutis et fortunae ingensis.*

XXXIV. Secundum ista jam Quinctius et decem legati legationes regum, gentium, civitatumque audire. Primi omnium regis Antiochi vocati legati sunt. his eadem, quae fere Romae erant, verba sine fide rerum jactata. Nihil jam perplexe, ut ante, cum dubiae res incolumi Philippo erant, sed aperte pronunciatum, ut excederet Asiae urbibus, quae aut Philippi, aut Ptolemaei regum fuissent. abstineret liberas, omnesque Graecas. Ante omnia denuntiatum, ne in Europam aut ipse transiret, aut copias trajiceret. Dimissis regis legatis, conventus gentium civitatumque est haberi coeptus: eoque maturius peragebatur, quod decreta decem legatorum civitates nominatim pronuntiabant. Orestis, (Macedonum ea gens est) quod primi ab rege defecissent, suae leges redditae. Magnetes, et Perrhaebi, et Dolopes, liberi quoque pronuntiat. Thessalorum genti, praeter libertatem concessam, Achaei Phthiotae dati, Thebis Phthioticis et Pharfalo excepto. Aetolos de Pharfalo et Leucade postulantes, ut ex foedere sibi restituerentur, ad senatum rejecerunt. Phocenses, Locrenses, et quae sicut ante fuerant adjecta, decreti auctoritate his contulerunt. Corinthus, et Triphylia, et Heraea (Peloponnesi et ipsa urbs est) reddita Achaeis. Oreum et Eretriam decem legati Eumeni regi, Attali filio, dabant. dissentiente Quinctio, venit res in arbitrium senatus: senatus libertatem his civitatibus dedit, Carysto adjecto. Pleurato Lycus et Parthini dati. Illyriorum utraque gens sub ditione Philippi fuerat. Amynandrum tenere jussurunt

runt castella, quae per belli tempus Philippo capta ademisset.

XXXV. Dimisso conventu, decem legati, partiti munia inter se, ad liberandas suae quisque regionis civitates discesserunt: P. Lentulus Bargylus, L. Stertinius Hephaestiam et Thasum et Thraeciae urbes, P. Villius et L. Terentius ad regem Antiochum, Cn. Cornelius ad Philippum. qui, de minoribus rebus editis mandatis, percontatus, si consilium non utile solum, sed etiam salutare, admittere auribus posset, cum rex gratias quoque se acturum diceret, si quid, quod in rem suam esset, expromeret, magnopere ei suavit, quoniam pacem impetrasset, ad societatem amicitiamque petendam mitteret Romam legatos; ne, si quid Antiochus moveret, expectasse, et temporum opportunitates captasse ad bellandum, videri posset. Ad Tempe Thessalica Philippus est conventus. qui cum se missurum extemplo legatos respondisset; Cornelius Thermopylas, ubi frequens Graeciae stas diebus esse solet conventus, (Pylaeicum appellant) venit: Aetolos praecipue monuit, ut constanter et fideliter in amicitia populi Romani permanerent. Aetolorum principes alii interquesti sunt, quod non idem erga suam gentem Romanorum animus esset post victoriam, qui in bello fuisset: alii ferocius incusarunt, exprobraruntque, *Non modo vinci sine Aetolis Philippum, sed ne transire quidem in Graeciam Romanos potuisse. Adversus ea respondere (ne in altercationem excederet res) cum superledisset Romanus; omnia eos aequa impetraturos, si Romam misissent, dixit. itaque ex auctoritate ejus decreti legati sunt. Hunc finem bellum cum Philippo habuit.*

XXXVI. Cum haec in Graecia Macedoniaque et Asia gererentur, Etruriam infestam prope conjuratio servorum fecit. ad quaerendam opprimendamque eam M. Acilius praetor, cui inter cives peregrinosque jurisdictio obtigerat, cum una ex duabus legione urbana missus, alios jam congregatos pugnando vicit; ex his multi occisi, multi capti; alios verberatos crucibus affixit, qui

T. Livii Tom. III. H. prinat.

principes conjurationis fuerant: alios dominis restituit, Consules in provincias profecti sunt. Marcellum Bojorum ingressum fines, fatigato per diem totum milite via facienda, castra in tumulo quodam ponentem, Corolamus, regulus Bojorum, cum magna manu adortus, ad tria millia hominum occidit: et illustres viri aliquot in illo tumultuario proelio ceciderunt, inter quos praefecti socium, T. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus; et tribuni militum de legione secunda, A. Ogulnius et P. Claudius. castra tamen ab Romanis impigre permunita retentaque, cum hostes a prospera pugna nequidquam oppugnassent. Stativis deinde eisdem per dies aliquot sese tenuit, dum et saucios curaret, et a tanto terrore animos militum resciceret. Boji, ut est gens minime ad morae taedium patiens, in castella sua vicosque dilapsi sunt. Marcellus, Pado confestim trajecto, in agrum Comensem, ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant, ducit legiones. in ipso itinere proellum committunt: et primo adeo acriter invaserunt, ut antesignanos impulerint. Quod ubi animadvertit, veritus ne moti-semel pellerentur, cohortem Marforum opposuit: et equitum Latinorum omnes turmas in hostem emisit. Quorum cum primus secundusque impetus retudisset inferentem se ferociter hostem, confirmata et reliqua acies Romana restitit primo, deinde signa acriter intulit. nec ultra sustinuerunt certamen Galli, quin terga verterent, atque effuse fugerent. In eo proelio supra quadraginta millia hominum caesa, Valerius Antias scribit: et quingenta septem signa militaria capta, et carpenta quadringenta triginta duo, et aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Jovi donum in aede positum scribit. Castra eo die Gallorum expugnata direptaque: et Comum oppidum intra dies paucos captum. Castella inde duodeviginti ad consulium defecerunt. Id quoque inter scriptores ambigitur, utrum in Bojos prius, an Insubres, consul exercitum induxerit, adversamque prospera pugna obliteraverit: an victoria, ad Comum parta, deformata clade in Bojis accepta sit.

XXXVII. Sub haec tam varia fortuna gesta, L. Furius Purpureo alter consul per tribum Sappiniam in Bojos venit. Jam castro Mutilo appropinquabat, cum, veritus ne intercluderetur simul a Bojis Liguribusque, eadem via, qua adduxerat, reduxit, et magno circuitu per aperta, eaque tuta loca, ad collegam pervenit. dein junctis exercitibus primum Bojorum agrum usque ad Felsinam oppidum populantes peragraverunt. Ea urbs, ceteraque castella, et Boji fere omnes, praeter juventutem, quae praedandi causa in armis erat, (tunc in devias silvas recesserat) in deditionem venerunt. In Ligures deinde traductus exercitus. Boji negligentius coactum agmen Romanorum, quia ipsi procul abesse viderentur, improvise aggressuros se rati, per occultos saltus secuti sunt. quos non adepti, Pado repente navibus trajecto, Laevos Libuosque pervaltassent, redeuntes inde Ligurum extremo sine, cum agresti praeda, in agmen incidunt Romanum. Celerius proelium acriusque commissum, quam si tempore locoque ad certamen destinatis, praeparatis animis concurrissent. Ibi, quantam vim ad stimulandos animos ira haberet, apparuit. nam ita caedis magis, quam victoriae, avidi pugnarunt Romani, ut vix nuntium cladis hosti relinquerent. Ob eas res gestas, consulum literis Romam allatis, supplicatio in triduum decreta est. Brevi post Marcellus Romam venit: triumphusque ei magno consensu Patrum est decretus. Triumphavit in magistratu de Insubribus Comensibusque. Bojorum triumphum spem collegae reliquit: quia ipsi proprie adversa pugna in ea gente everserat, collegae secunda. Multa spolia hostium captivis carpentis traducta, multa militaria signa lata, aeris trecenta viginti millia, argenti bigati ducenta triginta quatuor millia, in pedites singulos dati octingenti aeris: triplex equiti centurionique.

XXXVIII. Eodem anno Antiochus rex, cum hibernasset Ephesi, omnes Asiae civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus: reliquas quidem, aut quia locis planis positae erant, aut quia parum moribus armisque ac juventuti fidebant, haud difficulter

jugum accepturas. Smyrna et Lampacus libertatem ulurpabant: periculumque erat, ne, si concessum his foret, quos in Theba Smyrnam in Aeolide Ionique, Lampacum in Hellesponto, aliae urbes sequerentur. Igitur et ipse ab Epheso ad Smyrnam obsidendam misit: et, quae Abydi copiae erant, praesidio tantum modico relicto, duci ad Lampacum oppugnandum iussit. Neque tantum terrebat: sed, per legatos leniter alloquendo castigandoque temeritatem et pertinaciam, spem conabatur facere, brevi, quae peterent, habituros; sed cum satis et ipsis, et omnibus aliis appareret, ab rege impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam, habere. Adversus quae respondebant, *Nihil neque mirari, neque succensere Antiochum debere, si spem libertatis differri non satis aequo animo paterentur.* Ipse initio veris, navibus ab Epheso profectus, Hellespontum petit: terrestres copias Madytum trajicit, Chersonesi urbem: terrestri navalem exercitum junxit. et, quia clauseram portas, circumdedit moenia armatis, et jam opera admoventi, deditio est facta: idem metus tum incolantes alias Chersonesi urbes in deditioem dedit. Lysimachiam inde omnibus simul navalibus terrestribusque copiis venit. quam cum desertam ac stratum prope ruinis invenisset, (esperant autem, direptamque incenderant Thraeces paucis ante annis) cupido eum restituendi nobilem urbem, et loco sitam opportuno, cepit. Itaque omni cura simul est aggressus et tecta, murosque restituere, et partim redimere servientes Lysimachienles, partim fuga sparfos per Hellespontum Chersonesumque conquerere contrahereque: partim novos colonos, ipse commodorum proposita, adscribere, et omni modo frequentare. simul ut Thracum submoveretur metus, ipse parte dimidia terrestrium copiarum ad depopulandum proxima Thraciae est profectus: partem navalesque socios omnes reliquit in operibus reficiendae urbis.

XXXIX. Sub hoc tempus et L. Cornelius, missus ab senatu ad dirimenda inter Antiochum Ptolemaeumque reges certamina, Selymbriae substitit: et decem legatorum P. Lentulus a Bargyllis, P. Villius et L. Terentius a Thasso,

a Thasso, Lyfimachiam petierunt. eodem et a Selymbria L. Cornelius, et ex Thracia post paucos dias Antiochus convenerunt. Primus congressus cum legatis, et deinceps invitatio benigna et hospitalis fuit. ut de mandatis statuque praelenti Asiae agi coeptum est, animi exasperati sunt. Romani, omnia acta ejus, ex quo tempore e Syria classe solvisset, displicere senatui, non dissimulabant, restituique Ptolemaeo civitates omnes, quas ditionis ejus fuissent, aequum censebant. *Nam quod ad eas civitates attineret, quas a Philippo possessas Antiochus per occasionem, averso Philippo in Romanum bellum, interceptisset, id vero ferendum non esse, Romanos per tot annos terra marique tanta pericula ac labores exhaustasse, Antiochum belli praemia habere. Sed ut in Asiam adventus ejus dissimulari ab Romanis, tanquam nihil ad eos pertinens, potueris; quod jam etiam in Europam omnibus navalibus terrestribusque copiis transieris, quantum a bello aperto Romanis abesse? Illum quidem, etiam si in Italiam trajiciat, negaturum.*

XL. Ad ea rex, Satis jam ante videre se, Romanos inquirere, quid regi Antiocho faciendum; at, quousque terra marique progrediendum fuerit ipsis, non cogitare. Asiam nihil ad populum Romanum pertinere: nec magis illis inquirendum esse, quid Antiochus in Asia, quam Antiocho, quid in Italia populus Romanus faciat. Quod ad Ptolemaeum attineat, cui ademptas civitates querantur; sibi cum Ptolemaeo et amicis esse, et id agere se, ut brevi etiam affinitas jungatur. Nec ex Philippo quidem adversa fortuna spolia ulla se petisse: aut adversus Romanos in Europam trajecisse, ***** fueris, (quo victo omnia, quae illius fuissent, jure belli Seleuci facta sunt) existimare suae ditionis esse. Occupatis majoribus suis rerum aliarum alia cura, primo quaedam ex his Ptolemaeum, deinde et Philippum, usurpando aliena possedisse: sicut quaedam ex proxima Thracia, quae indubitate Lyfimachi fuerint. Ad ea facienda in amicum venisse: et Lyfimachiam, deletam Thracum imperu, de integro condere, ut Seleucus filius eam sedem regni habeat.

XLI. His disceptationibus per dies aliquot habitis, rumor sine ullo fati certo auctore allatus de morte Ptolemaei regis, ut nullus exitus imponeretur sermonibus, nam dissimulabat pars utraque se audisse; et L. Cornelius, cui legatio ad duos reges, Antiochum Ptolemaeumque, mandata erat, spatium modici temporis ad conveniendum Ptolemaeum petebat: ut, priusquam moveretur aliquid in nova possessione regni, perveniret in Aegyptum; et Antiochus suam fore Aegyptum, si tum occasio esset, censebat. Itaque, dimissis Romanis, relictoque Seleuco filio cum terrestribus copiis ad restituendam, ut instituerat, Lyfimachiam, ipse omni classe navigans Ephesum, legatis ad Quinctium missis, qui ad fidem de societate agerent, oram Asiae legens, pervenit in Lyciam: Patarisque cognito, vivere Ptolemaeum, navigandi quidem in Aegyptum omissum consilium est. Cyprum nihilominus tendens, cum Chelidonium promontorium superisset, paulisper seditione remigum est retentus in Pamphylia circa Eurywedontem amnem. Inde profectum eum ad capita (quae vocant) Sari fluminis foeda tempestas oborta prope cum omni classe demersit. multae naves ejectae: multae ita haustae mari, ut nemo in terram enaverit. Magna vis hominum ibi interit, non remigum tantum militumque ignotorum, sed etiam insignium amicorum. Collectis reliquiis naufragii, cum res non in eo esset, ut Cyprum tentaret, minus opulento agmine, quam profectus erat, Seleuciam redit. ibi subduci navibus iussis (jam enim et hiems instabat) ipse in hiberna Antiochiam processit. In hoc statu regum erant res.

XLII. Romae eo primum anno triumviri epulones facti, C. Licinius Lucullus tribunus, qui legem de creandis his tulerat, P. Manlius, et P. Porcius Laeca. his triumviris, item ut pontificibus, lege datum togae praetextae habendae jus. Sed magnum certamen cum omnibus sacerdotibus eo anno fuit quaestoribus urbanis, Q. Fabio Labeoni et L. Aurelio. Pecunia opus erat, quod ultimam pensionem pecuniae in bellum collatae perolvere placuerat privatis. Quaestores ab auguribus pontificibus

que, quod stipendium per bellum non contulissent, petebant. ab sacerdotibus tribuni nequidquam appellati, omniumque annorum, per quos non dederant, exactum est. Eodem anno duo mortui pontifices, novique in eorum locum suffecti, M. Marcellus consul in locum C. Sempronii Tuditani, qui praetor in Hispania decesserat: et L. Valerius in locum M. Cornelii Cethegi. Et Q. Fabius Maximus augur mortuus est admodum adolescens, priusquam ullum magistratum caperet: nec eo anno augur in ejus locum est suffectus. Comititia inde consularia habita a M. Marcello consule. creati consules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato. Praetores inde facti C. Fabricius Lucinus, C. Atinius Labeo, Cn. Manlius Vulso, Ap. Claudius Nero, P. Manlius, P. Porcius Laeca. Aediles curules, M. Fulvius Nobilior et C. Flaminius, tritici decies centum millia binis aeris populo diviserunt: id C. Flamini honoris causa ipsius, patrisque, advexerant Siculi Romani. Flaminius gratiam ejus communicaverat cum collega. Ludi Romani et apparatus magnifice sunt, et ter toti instaurati. Aediles plebis; Cn. Domitius Ahenobarbus et C. Scribonius Curio, multos pecuarios ad populi judicium adduxerunt: tres ex his condemnati sunt; ex eorum mulctatio pecunia aedem in insula Fauni fecerunt. Ludi plebei per biduum instaurati, et epulum fuit ludorum causa.

XLIII. L. Valerius Flaccus et M. Porcius, quo die magistratum inierunt, de provinciis cum ad senatum retulissent, Patres censuerunt, *Cum in Hispania tantum glisceret bellum, ut jam consulari et duce et exercitu opus esset, placere, consules Hispaniam citeriorem et Italianam provincias aut comparare inter se, aut sortiri. Utri Hispania provincia evenisset, eum duas legiones et quinque millia socium Latini nominis, et quingentos equites secum portare, et naves longas viginti ducere. Alter consul duas legiones scriberet. His Galliam provincias obtineri satis esse, fractis proximo anno Insuabrium et Bojorum animis.* Cato Hispaniam, Valerius Italianam est sortitus. Praetores deinde provincias sortiti, C. Fabricius Lucinus urbanam, C. Atinius Labeo peregrinam, Cn.

Manlius Vulso Siciliam, Ap. Claudius Nero Hispaniam ulteriorem, P. Porcius Laeca Pisas, ut ab tergo Liguribus esset: P. Manlius in Hispaniam citeriorem adiutor consuli datur. T. Quinctio, suspectis non solum Antiocho et Astolis, sed etiam Nabide Lacedaemoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium est, duas legiones ut haberet. in eas si quid supplementi opus esset, consules scribere, et mittere in Macedoniam iussi. Ap. Claudio praeter legionem, quam Q. Fabius habuerat, duo millia peditum et ducentos equites novos conscribere permissum. Par numerus peditum equitumque novorum P. Manlio in citeriorem Hispaniam decretus: et legio eadem, quae fuerat sub Minucio praetore, data. Et P. Porcius Laecae ad Etruriam circa Pisas duo millia peditum et quingenti equites ex Gallico exercitu decreti. In Sardinia prorogatum imperium Sempronio Longo.

XLIV. Provinciis ita distributis, consules, priusquam ab urbe profiscerentur, ver sacrum ex pontificum iussa fecere, quod A. Cornelius Mammula praetor voverat de senatus sententia populique iussu, Cn. Servilius, C. Flaminius consulibus, annis post uno et viginti factum est, quam votum. Per eosdem dies C. Claudius, Ap. filius, Pulcher augur in Q. Fabii Maximi locum, qui priore anno mortuus erat, lectus inauguratusque est. Mirantibus jam vulgo hominibus, quod Hispania movisset, bellum negligi, literae a Q. Minucio allatae sunt. *Se ad Turbam oppidum cum Budare et Besafide, imperatoribus Hispanis, signis collatis prospere pugnasse: duodecim millia hostium caesa: Budarem imperatorem captum: ceteros fuses fugatosque.* His literis lectis, minus terroris ab Hispania erat, unde ingens bellum expectatum fuerat. Omnes curae, post adventum utique decem legatorum, in Antiochum regem conversaee. Hi, expositis prius, quae cum Philippo acta essent, et quibus legibus data pax, non minorem belli molem restare ab Antiocho docuerunt. *Ingensi classe, egregia terrestri exercitu, in Europam cum trajecisse. nisi aversisset vana spes, ex vaniore rumore orta, Aegypti invadendas, mox bella Graeciam arsuram fuisse, neque enim ne Aeo-*
les

los quidem quieturos, cum ingenio inquietam, tum iracundiam Romanis gentem. Haerere et aliud in visceribus Graeciae ingens malum, Nabin, nunc Lacedaemoniorum, mox, si liceat, universae Graeciae futurum tyrannum: avaritia et crudelitate omnes fama celebratos tyrannos aequantem. Cui si Argos, velus Arcem Peloponneso impostam, tenere liceat, deportatis in Italiam Romanis exercitibus, nequidquam liberatam a Philippo Graeciam fore, pro rege, si nihil aliud, longinquo vicinum tyrannum dominum habituram.

XLV. Haec cum jam ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirent majores; quod ad Antiochum attineret, maturanda his, cum rex quacunque de causa in Syriam concessisset, de tyranno consultatio visa est. Cum diu disceptatum esset, utrum jam causae satis videretur, cur decerneretur, an permitterent T. Quinctio: quod ad Nabin Lacedaemonium attineret, faceret, quae e republica censeret esse, permiserunt; eam rem esse rati, quae maturata dilatata non tam magni momenti ad summam rem populi Romani esset. Magis id animadvertendum esse, quid Hannibal et Carthaginenses, si cum Antiocho ortum foret bellum, acturi essent. Adversae Hannibali factionis homines principibus Romanis, amicis quisque suis, identidem scribebant, *Nuntios literasque ab Hannibale ad Antiochum missas, et ab rege ad eum clam legatos venisse. Ut feras quasdam nunquam misecere: sic immitem, implacabilem ejus viri animum esse. marcescere otio fixaque civitatem, queri eum, et inertia operis; nec sine armorum sonitu excitari posse.* Haec probabilia memoria prioris belli, per unum illum non magis gesti, quam moti, faciebat. Irritaverat etiam recenti facto multorum potentium animos.

XLVI. Judicium ordo Carthagine ea tempestate dominabatur; eo maxime, quod iidem perpetui judices erant. Res, fama, vitaeque omnium in illorum potestate erat, qui unum ejus ordinis, idem omnes adversos habebat; nec accusator apud iudices infensus deerat. Horum in tam impotenti regno (neque enim civiliter simile

opibus utebantur) praetor factus Hannibal, vocare ad se quaestorem. Idem pro nihilo habuit. nam et adversae factionis erat: et, quia ex quaestura in iudices, potentissimum ordinem, referebantur, jam pro futuris mox opibus animos gerebat. Enimvero indignum id ratus Hannibal, viatorem adprehendendum quaestorem misit: subductumque in concionem, non ipsum magis, quam ordinem iudicum, prae quorum superbia atque opibus nec leges quidquam essent, nec magistratus, accusavit, et, ut secundis auribus accipi orationem animadvertit, et infimorum quoque libertati gravem esse superbiam eorum, legem extemplo promulgavit, pertulitque; *Ut in singulos annos iudices legerentur, ne quis biennium continuuum iudex esset.* Ceterum quantum eo facto ad plebem inierat gratiam, tantum magnae partis principum offendeat animos. Adjecit aliud, quod, bono publico, sibi proprias similitudines irritavit. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur; partim praedae ac divitum principum quibusdam et magistratibus erant; quin et pecunia, quae in stipendium Romanis suo quoque anno penderetur, deerat, tributumque grave privatis imminere videbatur.

XLVII. Hannibal postquam, vectigalia quanta terrestria maritimaque essent, et in quas res erogarentur, animadvertit, et quid eorum ordinarii reipublicae usus confumerent, quantum peculatus averteret; omnibus residuis pecuniis exactis, tributo privatis remisso, satis locupletem rempublicam fore ad vectigal praestandum Romanis, pronuntiavit in concione, et praestitit promissum. Tum vero isti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus, velut bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infensi et irati Romanos in Hannibalem, et ipsos causam odii quaerentes, instigabant. Itaque, diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex populi Romani dignitate esse dicebat, subscribere odiis accusationibusque Hannibalis, et factionibus Carthaginiensium inferere publicam auctoritatem, nec satis habere bello vicisse Hannibalem, nisi velut accusatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent, tandem per-

pervicerunt, ut legati Carthaginem mitterentur, qui apud senatum eorum arguerent, Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire. Legati tres milli, C. Servilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo, qui cum venissent, ex consilio inimicorum Hannibalis, quaerentibus causam aduentus dici iusserunt: venisse ad controversias, quae cum Masinissa rege Numidarum Carthaginensibus essent, dirimendas. id creditum vulgo. Hannibalem unum se peti ab Romanis non fallebat; et ita pacem Carthaginensibus datam esse, ut inexpressibile bellum adversus se unum maneret. Itaque cedere tempori et fortunae statuit; et, praeparatis jam omnibus ante ad fugam, obversatus eo die in foro avertendae suspicionis causa, primis tenebris vestitu forensi ad portam eum duobus comitibus ignaris consilii est egressus.

XLVIII. Cum equi, quo in loco iussi erant, praesto fuissent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani transgressus, postero die mane inter Achollam et Thapsum ad suam turrim pervenit. Ibi eum parata instructaque remigio excepit navis. ita Africa Hannibal excessit, saepius patriae, quam suorum eventus miseratus. Eo die in Cercinam insulam trajecit. ubi cum in portu naves aliquot onerarias cum mercibus invenisset, et ad egressum eum e nave concursus salutantium esset factus; percontantibus legatum se Tyrum dici iussit. veritus tamen, ne qua earum navis nocte profecta Thapsum aut Achollam nuntiaret, se Cercinae visum, sacrificio apparari iussit, magistros navium mercatoresque invitari iussit: et vela cum antennis ex navibus corrogari, ut umbra (etenim media aestas forte erat) coenantibus in litore fieret. Quantum res et tempus patiebantur, apparatus celebrataeque ejus diei epulae sunt: multoque vino in serum noctis convivium productum. Hannibal, quamprimum fallendi eos, qui in portu erant, tempus habuit, navem solvit. ceteri sopiti cum postero die tandem ex somno pleni crapulae surrexissent, id quod serum erat, aliquot horas remis in naves collocandis et aptandis armamentis absumserunt. Carthagine et multitudinis, assuetae domum Hannibalis frequentare, concursus ad vestibulum aedium

aedium est factus: et, ut non comparere eum vulgatum est, in forum turba convenit principem civitatis quaerentium, et alii fugam concilisse, (id quod erat) alii fraude Romanorum interfectum, idque magis, ferebant: variosque vultus cernerēs, ut in civitate aliorum alias partes foventium factionibus. Visum deinde Cercinae eum, tandem allatum est.

XLIX. Romani legati cum in senatu exposuissent, *Comperitum Patribus Romanis esse, et Philippum regem ante ab Hannibale maxime accensum, bellum populo Romano fecisse, et nunc literas nuntiosque ab eo ad Antiochum regem profectos; haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum concisset. Ne his debere impune esse, si satisfacere Carthaginienses populo Romano vellent, nihil eorum sua voluntate, nec publico consilio factum esse.* Carthaginienses responderunt, quidquid aequum censuissent Romani, facturos esse. Hannibal prospero cursu Tyrum pervenit: exceptusque a conditoribus Carthaginiis, ut alia patria, vir tam clarus omni genere honorum, paucos moratus dies, Antiochiam navigat. Ibi profectum jam regem cum audisset, filium ejus sollempnem ludorum ad Daphnen celebrantem convenisset; comiter ab eo exceptus, nullam moram navigandi fecit. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello, sed haud parvum momentum animo ejus ad maliendum adventus Hannibalis fecit. Aetolorum quoque eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt: quorum legatos Pharsalum et Leucadem, et quasdam alias civitates ex primo foedere petentes, senatus ad Quinctium rejectit.

EPITOME LIBRI XXXIV.

Lex Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis bello Punico de finiendis matronarum cultibus rulerat, cum magna consensione abrogata est; cum Porcius Cato auctor fuisset, ne ea lex aboleretur. Is, in Hispaniam profectus, bello, quod Emporiis orsus est, citeriorem Hispaniam pacavit. T. Quinctius Flaminius bellum adversus Lacedaemonios et tyrannum eorum Nabidem prospere gestum, data iis pace, qualem ipse voluit, liceratisque Argis, qui sub ditione tyranni erant, finivit. Senatus tunc primum secretus a populo ludos spectavit: ut id fieret, Sex. Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus censores intervenerunt, cum indignatione plebis. Coloniae pleraeque deductae sunt. M. Porcius Cato de Hispania triumphavit. Rex praeterea in Hispania, et adversus Bojos et Insubres Gallos feliciter gestae referuntur. T. Quinctius Flaminius, qui Philip-pum Macedonum regem et Nabidem Lacedaemoniorum tyrannum vicerat, Graeciamque omnem liberaverat, ob hanc rerum gestarum multitudinem triduo triumphavit. Legati Carthaginensium nuntiaverunt, Hannibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. Tentaverat autem Hannibal per Aristonem Tyrium, sine licetis Carthaginem missum, ad rebellandum Poenos concitare.

LIBER XXXIV.

I. Inter bellorum magnorum, aut vixdum finitorum, aut imminentium, curas intercessit res parva dictu, sed quae studiis in magnum certamen excellerit. M. Fundanius et L. Valerius tribuni plebei ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio, Ti. Sempronio consulibus, in medio ardore Punici belli, *Ne qua mulier plus semunciam auri haberet: neu vestimento versicolori uteretur: neu juncto vehiculo in urbe oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur.* M. et P. Junii Bruti tribuni plebis legem Oppiam tulerunt.

bantur, nec eam se abrogari passuros aiebant. Ad suadendum dissuadendumque multi irribiles prodibant. Capitolium turba hominum faventium adversantiumque legi complebatur. Matronae nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum, contineri limine poterant: omnes vias urbis aditusque in forum oblidebant, viros descendentes ad forum orantes, ut, florente republica, crescente in dies privata omnium fortuna, matronis quoque pristinum ornatum reddi paterentur. Agebatur haec frequentia mulierum in dies. nam etiam ex oppidis conciliabilisque conveniebant. Jam et consules praetoresque et alios magistratus adire et rogare audebant. ceterum minime exorabilem alterum utique consulē M. Porcium Catonem habebant, qui pro lege, quae abrogabatur, ita differuit:

II. *Si in sua quisque nostram matre familiae, Quirites, jus et majestatem viri retinere instituisse, minus cum universis feminis negotii haberemus. nunc domi vicem libertas nostra impotentia muliebri, hic quoque in foro obtinetur et calcatur: et, quia singulas sustinere non possumus, universas horremus. Equidem fabulam et fictam rem ducebam esse, virorum omne genus in aliqua insula conjuratione muliebri ab stirpe sublatum esse. Ab nullo genere non summum periculum est, si coetus, et concilia, et secretas consultationses esse sinas. Atque ego vix statuere apud animum meum possum, utrum pejor ipsa res, an pejore exemplo agatur. Quorum alterum ad nos consules reliquosque magistratus, alterum ad vos, Quirites, magis pertineret, nam utrum e republica sit, necne, id, quod ad vos fertur, vestra existimatio est, qui in suffragium ituri estis. Haec consternatio muliebris, sive sua sponte, sive auctoribus vobis, M. Fundani et L. Valeri, facta est, haud dubie ad culpam magistratum pertinens, nescio vobis, tribuni, an consulibus, magis sit deformis. vobis, si feminas ad concitandas tribunicias seditiones jam adduxistis: nobis, si, ut plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendae sunt. Equidem non sine rubore quodam paulo ante per medium agmen mulierum in forum perveni. Quod nisi me verecundia singularum magis*

magis majestatis et pudoris, quam univrsarum, tenuisset, ne compellatae a conjule viderentur, dixissem: Qui hic mos est in publicum procurrendi, et obsidendi vias, et viros alienos appellandi? Istud ipsum suos quaeque domi rogare non potuistis? An blandiores in publico, quam in privato, et alienis, quam vestris, estis? quanquam se domi quidem vos, si sui juris finibus matronas contineret pudor, quae leges hic rogarentur, abrogarenturque, curare decuit. Majores nostri, nullam, ne privatam quidem, rem agere feminas sine auctore, voluerunt; in manu esse parentum, fratrum, virorum. nos (si Diis placet) jam etiam rempublicam capeffere eas patimur, et foro prope, et concionibus, et comitiis immisceri. Quid enim nunc aliud per vias et compita faciunt, quam rogationes tribunorum plebis suadent, aliae legem abrogandam censent? Date frenos impotenti naturae et indomito animali, et sperate, ipsas modum licentiae factururas, nisi vos feceritis. Minimum hoc eorum est, quae iniquo animo feminae sibi aut moribus aut legibus injuncta patiuntur: omnium rerum libertatem, immo licentiam, (si vera dicere volumus) desiderant. Quid enim, si hoc expugnauerint, non tentabunt?

III. *Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum alligaverint majores nostri, per quaeque subjecerint viris: quibus omnibus constrictas vix tamen continere potestis. Quid? si carpere singula, et extorquere, et exaequari ad extremum viris patiemi, tolerabiles vobis eas fore creditis? extemplo, simul pares esse coeperint, superiores erunt. At, Hercule, ne quid novum in eas rogetur, recusant. non jus, sed injuriam deprecantur. Immo ut, quam accepistis, justis suffragiis vestris legem, quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis: id est, ut unam tollendo legem ceteras infirmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est: id modo quaeritur, si majori parti et in summam prodest. Si, quod cuiquam privatim officiet jus, id destruet ac demolietur, quid adjuvabit universos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latae sunt, possint? Volo tamen audire, quid sit, propter quod matronae consternatae pro-*

procurrerunt in publicum, ac vix foro se et concione ab-
sinent. Ut captivi ab Hannibale redimantur parentes,
viri, liberi, fratres earum? Procul abest, absitque sem-
per, talis fortuna reipublicae. sed tamen, cum fuis-
set, negastis hoc piis precibus earum. At non pietas nec sol-
licitudo pro suis, sed religio, congregavit eas. Matrem
Idaeam, a Pessinuntis ex Phrygia venientem, acceptarum
sunt. Quid honestum dicta saltem seditioni praesentisur
muliebri? Ut auro et purpura fulgeamus, inquit; ut
carpentis, festis profestisque diebus, velut triumphantes
de lege victa et abrogata, et captis et ereptis suffragiis
vestris, per urbem vectemur: ne ullus modus sumibus,
ne luxuriae sit.

IV. Saepe me querentem de feminarum, saepe de vi-
rorum, nec de privatorum modo, sed etiam magistratum,
sumibus audistis; diversisque duobus vitiis, avaritia et
luxuria, civitatem laborare: quae pestes omnia magna
imperia evertent. Haec ego, quo melior laetiorque in
dies fortuna reipublicae est, imperiumque crevit, et jam
in Graeciam Asiamque transcendimus, omnibus libidinum
illecebris repletas, et regias etiam attrahimus gazas, eo
plus horreo, ne illae magis res nos ceperint, quam nos
illas. Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis illata
sunt huic urbi. jam nimis multos audio Corinthi et Athe-
narum ornamenta laudantes mirantesque, et antefixa ficti-
lia Deorum Romanorum ridentes. Ego hos malo propi-
tios Deos; et ita spero futuros, si in suis manere sedi-
bus patientur. Parrum nostrorum memoria per legatum
Cineam Pyrrhus, non virorum modo, sed etiam mulierum
animos donis tentavit. nondum lex Oppia ad coercendam
luxuriam muliebrum lata erat: tamen nulla accepit.
Quam causam fuisse censetis? Eadem fuit, quae majo-
ribus nostris nihil de hac re lege sancienda. nulla erat
luxuria, quae coerceretur. Sicut ante morbos necesse est
cognitos esse, quam remedia eorum; sic cupiditates prius
natae sunt, quam leges, quae iis modum facerent. Quid
legem Liciniam excitavit de quingentis jugeribus, nisi in-
gens cupido agros continuandi? Quid legem Cinciam de
donis et muneribus, nisi quia vectigalis jam et stipen-
diaria

diaria plebes esse jenatui coeperas? Itaque minime mirum est, nec Oppiam, nec aliam ullam sum legem desideratam esse, quae modum sumtibus mulierum faceret, cum aurum et purpuram data et oblata ultro non accipiebant. Si nunc tam illis donis Cineas urbem circumvires; stantes in publico invenisset, quae acciperent. Atque ego nonnullarum cupiditatum ne causam quidem aut rationem inire possum. nam ut, quod alii liceat, tibi non licere, aliquid forsasse naturalis aas pudoris aut indignationis habeat, sic, nequato omnium culix, quid unaquasque vestram veretur, ne in se conspiciatur? Pessimus quidem pudor est vel parsimoniae, vel paupertatis: sed utrumque lex vobis demis, cum id, quod habere non licet, non habetis. Haec, inquit, ipsam exaequationem non fero, illa locuples. cur non insignis auro et purpura conspicior? cur paupertas aliarum sub hac legis specie laet, ut, quod habere non possunt, habiturae, si liceret, fuisse videantur? Vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere, Quirites, ut divites id habere velint, quod nulla alia possit; pauperes, ne ob hoc ipsum contemnantur, supra vires se extendant? Nae, simul pudere, quod non oportet, coepertis; quod oportet, non pudebit. quae de suo poteris, parabit: quae non poteris, virum rogabit. Miserum illum virum, et qui exoratus, et qui non exoratus tris! cum, quod ipse non dederit, datum ab alio videbit. Nunc vulgo alienos viros rogant, et, quod majus est, legem et suffragia rogant, et a quibusdam impetrant, adversus te, et rem tuam, et liberos tuos inexorabiles. Simul lex modum sumtibus uxoris tuae facere desertis, tu nunquam facies. Nolite eodem loco existimare, Quirites, futuram rem, quo fuit, antequam lex de hoc ferretur. Et, hominem improbum non accusari, rarius est, quam absolvi: et luxuria non mora tolerabilior esset, quam eris nunc, ipsis vinculis, sicut fera bestia, irritata, deinde emissa. Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo. vos quod faxistis, Deos omnes fortunare velim.

V. Post haec tribuni quoque plebei, qui se intercessutos professi erant, cum pauca in eandem sententiam adjecissent; tum L. Valerius pro rogatione ab ea promulgata

gata ita disseruit. Si privati tantummodo ad suadendum dissuadendumque id, quod a nobis rogatur, processissent, ego quoque, cum satis dictum pro utraque parte existimarem, tacitus suffragia vestra expectassem. nunc, cum vir gravissimus consul M. Porcius, non auctoritate solum, quae tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa et accurata inspectatus sit rogationem nostram, necessum est paucis respondere. qui tamen plura verba in castigandis matronis, quam in rogatione nostra dissuadenda, consumsit: et quidem, ut in dubio poneret, utrum id, quod reprehenderes, matronae sua sponte, an nobis auctoribus, fecissent. Rem defendam, non nos; in quos jecit magis hoc consul verbo tenus, quam ut re insimularer. Coetum, et seditiones, et interdum secessionem muliebrem appellavit, quod matronae in publico vos rogassent, ut legem, in se latam per bellum temporibus duris, in pace et florente ac beata republica abrogaretis. Verba magna, quae rei augendae causa conquirantur, et haec, et alia esse scio: et M. Catonem oratorem non solum gravem, sed interdum etiam arceum, esse scimus omnes, cum ingenio sit mitis. Nam quid tandem novi matronae fecerunt, quod frequentes in casu ad se pertinente in publicum processerunt? Nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? Tuas adversus te Origines revolvam. Accipe, quoties id fecerint, et quidem semper bono publico. Jam a principio, regnante Romulo, cum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro signis collatis dimicaretur, nonne intercursum matronarum inter acies duas proelium sedatum est? Quid? regibus exactis, cum Coriolano Marcio duce legiones Volscorum castra ad quinque lapidem posuissent, nonne id agmen, quo obruta haec urbs esset, matronae averterunt? Jam, urbe capta a Gallis, quo redempta urbs est? nempe aurum matronae consensu omnium in publicum contulerunt. Proximo bello (ne antiqua repetam) nonne et, cum pecunia opus fuit, viduarum pecuniae adjuverunt aerarium, et, cum Dii quoque novi ad opem ferendam dubiis rebus arcesserentur, matronae universae ad mare profectae sunt ad matrem Idaeam accipiendam? Dissimiles, inquis, causae sunt. Nec mihi causas aequas propositum est, nihil novi factum, purgare satis est. Ceterum,

serum, quod in rebus ad omnes pariter viros feminasque pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa propriae ad ipsas pertinentem miramur fecisse? Quid autem fecerunt? superbas, me Deus fictus, aures habemus, si, cum domini serorum non fastidiant preces, nos rogari ab honestis feminis indignamur.

VI. Venio nunc ad id, de quo agitur: in quo duplex consulis oratio fuit. nam et legem ullam omnino abrogari est indignatus; et eam praecipue legem, quae luxuriae muliebris coercendae causa lata esset. Et illa communis pro legibus, visa consularis oratio est: et haec adversus luxuriam severissimis moribus conveniebat. Itaque periculum est, nisi, quid in utraque re vani sit, docuerimus, ne quis error vobis offundatur. Ego enim, quem admodum ex his legibus, quae non in tempus aliquod, sed perpetuae utilitatis causa in aeternum latae sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut usus coarguit, aut status aliquis reipublicae inutilem fecit; sic, quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (ut ita dicam) et temporibus ipsis mutabiles esse video. Quae in pace latae sunt, plerumque bellum abrogat; quae in bello, pax: ut in navis administratione alia in secundam, alia in adversam tempestatem usui sunt. Haec cum ita natura distincta sint, ex utro tandem genere ea lex esse viderur, quam abrogamus? An vetus regia lex, simul cum ipse urbe nata? An (quod secundum est) ab decemviris ad condenda jura creatis in duodecim tabulis scripta? Sine qua cum majores nostri non existimavint decus matronale servari posse, nobis quoque verendum sit, ne cum ea pudorem sanctitatemque feminarum abrogemus? Quis igitur nescit, novam istam legem esse, Q. Fabio et T. Sempronio consulibus viginti annis ante latam? sine qua cum per tot annos matronae optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum est? Nam si ista lex ideo lata esset, ut finiret libidinem muliebrem, verendum foret, ne abrogata incitaret: cur sit autem lata, ipsum indicavis tempus. Hannibal in Italia erat victor ad Cannas: jam Tarentum, jam Arpor, jam Capuam habebat: ad urbem Romanam ad-

moturus exercitum videbatur: defecerant socii: non milites in supplementum, non socios navales ad classem venendam, non pecuniam in aerario habebamus; servi, quibus arma darentur, ita ut pretium pro iis bello perfecto dominis solueretur, emebantur: in eandem diem pecuniae, frumentum et cetera, quae belli usus postulabant, praebenda publicani se conducturos professi erant: servos ad remum, numero ex censu constituto, cum stipendio nostro dabamus: aurum et argentum omne, ab fenatoribus ejus rei initio orto, in publicum conferebamus: viduae ex pupilli pecunias suas in aerarium deferbant: cautum erat, quo ne plus auri et argenti fieri, quo ne plus signati argenti et aeris domi haberemus. Tali tempore in luxuria et ornatu matronae occupatae erant, ut ad eam coercendam lex Oppia desiderata sit? cum, quia Cereris sacrificiam, lugentibus omnibus matronis, intermissum nostrum senatus finiri lactum triginza diebus iussit. Cui non apparet, imopiam et miseriam civitatis, et quia omnium privatorum pecuniae in usum publicum vertendae erant, istam legem scripsisse, tamdiu mansuram, quamdiu causa scribendae legis mansisset? Nam si, quae tunc temporis causa aut decrevit senatus, aut populus iussit, in perpetuum servari oportet, cur pecunias reddimus privatis? cur publica praesenti pecunia locamus? cur servi, qui militent, non emantur? cur privati non damus remiges, sicut tunc dedimus?

VII. Omnes alii ordines, omnes homines mutationem in meliorem statum reipublicae sentient: ad conjuges tantum nostras pacis et tranquillitatis publicae fructus non perveniet? Purpura viri utemur, praetextati in magistratibus, in sacerdotiis; liberi nostri praetexti purpurae togae utemur; magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romae infimo generi magistris vicorum togae praetextae habendae jus permittemus; nec id ut vivi solum habeant sanctum insigne, sed etiam ut cum eo cremantur mortui: feminis duntaxat purpurae usum interdicemus? et, cum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti, matrem familiae tuam purpureum amiculum habere non fines? et equus tuus speciosius instratus erit, quam uxor vestita? Sed

Sed in purpura, quae sericis, absumitur, injustam quidem, sed aliquam tamen, causam renacitatis video: in auro vero, in quo praeter manus pretium nihil intercrementi fit, quae malignitas est? praesidium potius in eo est et ad privatos, et ad publicos usus, sicut experti estis. Nullam aemulationem inter se singularum, quando nulla haberet, esse ajebat. At, Hercule, universis dolor et indignatio est, cum sociorum Latini nominis uxoribus vident ea concessa ornamenta, quae sibi adempta sunt; cum insignes eas esse auro et purpura; cum illas vbi per urbem, se pedibus sequi: tanquam in illarum civitatibus, non in sua, imperium sit. Virorum hoc animos vulnerare possis: quid muliercularum censeris, quas etiam parva moveas? Non magistratus, nec sacerdotia, nec triumpphi, nec insignia, nec dona, aut spolia bellica his contingere possunt. Munditiae, et ornatus, et cultus, haec feminarum insignia sunt: his gaudent et gloriantur: hunc mundum muliebrem appellarunt majores nostri. Quid aliud in lucru, quam perpuram atque aurum deponunt? quid, cum eluxerunt, sumunt? quid in gratulationibus supplicationibusque, nisi excellentiores ornatus, adjiciunt? Scilicet, si legem Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit, si quis ejus vetare volueritis, quod nunc lex vetat. minus filiae, uxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt. Nunquam, salvis suis, exiit servitus muliebris: et ipsae libertatem, quam viduas et orbis facit, detestantur. In vestro arbitrio suum ornatum, quam in legis, malunt esse. Et vos in manu et tutela, non in servitia, debetis habere eas; et malle patres vos aut viros, quam dominos, dici. Invidiosis nominibus utebatur modo consul, seditionem muliebrem et secessionem appellando. Id enim periculum est, ne Sacrum montem, sicut quondam irata plebs, aut Aventinum capiant. Patiendum huic infirmitati est, quodcumque vos consueritis. quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis.

VIII. Haec cum contra legem proque lege dicta essent, aliquanto major frequentia mulierum postero die lese in publicum effudit, unoque agmine omnes tribu-

norum januas obsederunt, qui collegarum rogatione intercedebant: nec ante abstiterunt, quam remissa intercessio ab tribunis esset. Nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abrogarent. anno vicefimo post abrogata est, quam lata. M. Porcius consul, postquam abrogata est Oppia lex, extemplo viginti quinque navibus longis (quinque sociorum erant) ad Lunae portum profectus; eodem exercitu convenire jussu, et, edicto per oram maritimam misso, navibus omnis generis contractis, ab Luna proficiscens edixit, ut ad portum Pyrenaei sequerentur. inde se frequenti classe ad hostes iturum. Praetervecti Ligustinos montes sinumque Gallicum, ad diem, quam edixerat, convenerunt, inde Rhodam ventum, et praesidium Hispanorum, quod in castello erat, vi dejectum. Ab Rhoda secundo vento Emporias perventum. ibi copiae omnes, praeter locios navales, in terram expositae.

IX. Jam tunc Emporiae duo oppida erant muro divisa. Unum Graeci habebant, a Phocaea, unde et Massilienses, oriundi: alterum Hispani. sed Graecum oppidum in mare expositum, totum orbem muri minus quadringentos passus patentem habebat: Hispanis retractior a mari trium millium passuum in circuitu murus erat. Tertium genus, Romani coloni ab Divo Caesare, post devictos Pompeji liberos, adjecti. nunc in corpus unum confusi omnes; Hispanis prius, postremo et Graecis in civitatem Romanam adscitis. Miraretur, qui tum cerneret, aperto mari ab altera parte, ab altera Hispanis, tam ferae et bellicosae genti, objectos quae res eos tutaretur. disciplina erat custos infirmitatis, quam inter validiores optime timor continet. Partem muri versam in agros egregie munitam habebant, una tantum in eam regionem porta imposita: cujus assiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat. nocte pars tertia civium in iuribus excubabant; neque moris tantum aut legis causa, sed, quanta si hostis ad portas esset, et servabant vigiliis, et circumibant, cura. Hispanum neminem in urbem recipiebant. ne ipsi quidem temere urbe excedebant. ad mare patebat omnibus exitus. porta ad Hispano-

U. C. 557.

a. C. N. 195.

panorum oppidum versa nunquam nisi frequentes, pars tertia fere, cujus proxima nocte vigiliae in muris fuerant, egrediebantur. Causa exeundi haec erat: commercio eorum Hispani, imprudentes maris, gaudebant: mercarique et ipsi ea, quae externa navibus inveherentur, et agrorum exigere fructus, volebant, hujus mutui usus desiderium, ut Hispana urbs Graecis pateret, faciebat. Erant etiam eo tutiores, quod sub umbra Romanae amicitiae latebant: quam sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebant fide. tunc quoque consulem exercitumque comiter ac benigne acceperunt. Paucos ibi moratus dies Cato, dum exploraret, ubi et quantae hostium copiae essent; ut ne mora quidem segnis esset, omne id tempus exercendis militibus consumsit. Id erat forte tempus anni, ut frumentum in arvis haberent. itaque, redeuntibus veteris frumentum parare, ac Romam dimissis, *Bellum*, inquit, *se ipsum alet*. Profectus ab Emporiis agros hostium urit vastatque: omnia fuga et terrore complet.

X. Eodem tempore M. Helvio, decedenti ex ulteriore Hispania cum praesidio sex millium, dato ab Ap. Claudio praetore, Celtiberi agmine ingenti ad oppidum Illiturgi occurrerunt. Viginti millia arinatorum fuisse, Valerius scribit: duodecim millia ex iis caesa, oppidum Illiturgi receptum, et puberes omnes interfectos. Inde ad Castra Caronis Helvius pervenit. et, quia tuta jam ab hostibus regio erat, praesidio in ulteriorem Hispaniam remisso, Romana est profectus, et ob rem feliciter gestans ovans urbem est ingressus. Argenti infecti tulit in aearium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo: et signati bigatorum septemdecim millia viginti tria: et Olcensis argenti centum viginti millia quadringentos triginta octo. Causa triumphi negandi senatus fuit, quod alieno auspicio et in aliena provincia pugnasset. Ceterum biennio post redierat, cum provincia successori Q. Minucio tradita, annum insequentem retentus ibi longo et gravi morbo fuisset. Itaque duobus modo mensibus ante Helvius ovans urbem est ingressus, quam successor ejus Q. Minucius triumpharet. Hic quo-

I 4

que

que tulit argenti pondo triginta quatuor millia octingenta, bigatorum septuaginta octo millia, et Oscensium argenti ducenta septuaginta octo millia.

XI. In Hispania interim consul haud procul Emporiis castra habebat. Ea legati tres ab Ibergetum regulo Bilistage, in quibus unus filius erat, venerunt, querentes, *castra sua oppugnari, nec spem ullam esse resistendi, nisi praefidio Romanus miles esset. Tria millia militum satis esse: nec hostes, si tanta manus venisset, mansuros.* Ad ea consul, *Movari quidem se vel periculo eorum, vel metu, dicere; sed sibi nequaquam tantum cepiarum esse, ut, cum magna vis hostium haud procul abset, cum qua moris signis collesis dimicandum sibi in dies expectet, devidendo exercitum minuere tuto viros possit.* Legati, ubi haec audierunt, stentes ad genua consulis provolvuntur. *Orant, Ne se in rebus tam irrepidis deserat. Qua enim se, repulso ab Romanis, iuros? Nullos se socias, nihil usquam in terris aliud spei habere. Potuisse se exera id periculum esse, si decedere fide, si conjurare cum ceteris voluissent, nullis minis, nullis terriculis se moros sperantes satis opis et auxilii sibi in Romanis esse. Id si nullum sit, si sibi a consule negetur, Deos hominesque se restes facere, invisos et coactos se, ne eadem, quae Saguntini passi sunt, patiantur, defecturos: eo cum ceteris patrius Hispanis, quam solos, perituros esse.*

XII. Et illo quidem die sic sine responso dimissi. Consulem nocte, quae infecuta est, anceps cura agitare; nolle deserere locos; nolle minuere exercitum; quod aut moram sibi ad dimicandum, aut in dimicando periculum afferre posset. Stat sententia, non minuere oopias, ne quid interim hostes inferant ignominiae; sociam spem pro re ostendendam censet. Saepe vana pro veris, maxime in bello, valuisse: et credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia, et sperando atque audendo servatum. Postero die legati respondit, *Quamquam vereatur, ut suas vires, aliis eas commodando, minuas; tamen illarum se temporis ac periculi, magis, quam sui, rationem habere.* Denuntiari militum

litum parti tertiae ex omnibus cohortibus jubet, ut cibum, quem in naves imponant, mature coquant; navesque in diem tertium expediri iussit. Duos ex legatis Philistagi atque Hergetibus nuntiare ea jubet; filium reguli comiter habendo, et muneribus apud se retinet. Legati non ante profecti, quam impositos in naves milites viderunt: id pro hand dubio jam nuntiantes, non suos modo, sed etiam hostes, fama Romani auxilii adventantis impleverunt.

XIII. Consul, ubi satis, quod in speciem fuit, ostentatum est, revocari ex navibus milites jubet. ipse, cum jam id tempus anni appeteret, quo geri res possent, castra hiberna tria milia passuum ab Emporibus posuit. inde per occasiones, nunc hac parte, nunc illa, modico praesidio castris relicto, praedatum milites in hostium agros educebat. Nocte ferme proficiscebantur, ut et quam longissime a castris procederent, et inopinatos opprimerent. Et exerebat ea res novos milites, et hostium magna vis excipiebatur: nec jam egredi extra munimenta castrorum audebant. Ubi satis admodum et suorum et hostium animos est expertus, convocari tribunos, praefectosque, et equites omnes, et centuriones iussit. *Tempus, inquit, quod saepe operastis, venit, quo vobis potestas fieret virtutem vestram ostendendi. Adhuc praedonum magis, quam bellantium, militastis more: nunc iusta pugna hostes cum hostibus conferetis manum, non agros inde populari, sed urbium opes exhaurire licebit. Patres nostri, cum Hispania Carthaginensium, et imperatores ibi et exercitus essent, ipsi nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent; tamen addere hoc in foedere voluerunt, Ut imperii sui Iberus fluvius esset finis. Nunc, cum duo praetores, cum consul, cum tres exercitus Romani Hispaniam obtineant, Carthaginensibus jam prope decem annis nemo in his provinciis sit, imperium nobis citra Iberum amissum est. Hoc armis et virtute recuperetis oportet: et nationem, rebellantem magis temere, quam constanter bellantem, jugum, quo se exiis, accipere rursus cogatis.* In hunc modum maxime adhortatus pronuntiat, se nocte ad castra hostium ducturum. ita ad corpora curanda dimissis.

XIV. Nocte media, cum auspicio operam dedisset, profectus, ut locum, quem vellet, priusquam hostes sentirent, caperet, praeter castra hostium circumducit, et prima luce, acie instructa, sub ipsum vallum tres cohortes mittit. Mirantes barbari ab tergo apparuisse Romanum, discurrere ipsi ad arma. Interim consul apud suos, *Nusquam, nisi in virtute, spes est, milites, inquit, et ego sedulo, ne esset, feci. inier castra vestra et nos medii hostes. ab tergo hostium ager est. quod pulcherrimum, idem turissimum est, in virtute spem positam habere.* Sub haec cohortes recipi jubet, ut barbaros simulatione fugae eliceret. Id, quod crediderat, evenit. pertinuisset et cedere rati Romanos, porta erumpunt: et, quantum inter castra sua et hostium aciem relictum erat loci, armatis complent. Dum trepidant acie instruenda, consul, jam paratis ordinatisque omnibus, incompositos aggreditur. equites primos ab utroque cornu in pugnam educit, sed in dextro extemplo pulli, cedentesque trepidi etiam peditum terrorem intulere. Quod ubi vidit consul, duas cohortes delectas ab dextro latere hostium circumduci jubet, et ab tergo se ostendere, priusquam concurrerent peditum acies. is terror objectus hosti rem, metu Romanorum equitum inclinatum, aequavit. tamen adeo turbati erant dextrae alae equites peditesque, ut quosdam consul manu ipse reprehenderit, et adversos in hostem verterit. ita, et quamdiu missilibus pugnatum est, anceps pugna erat: et jam ab dextra parte, unde terror et fuga coeperat, aegre Romanus restabat. Ab sinistro cornu et ab fronte urgebantur barbari, et cohortes ab tergo instantes pavidi respiciebant. Ut, enissis soliferreis falaricisque, gladios strinxerunt, tum velut redintegrata est pugna. non caecis ictibus procul ex improvviso vulnerabantur: sed, pede collato, tota in virtute ac viribus spes erat.

XV. Fessos jam suos consul, ex secunda acie subsidiariis cohortibus in pugnam inductis, accendit. nova acies facta. integri recentibus telis fatigatos adorti hostes primum acri impetu, velut cuneo, perculerunt: deinde dissipatos in fugam averterunt: effulsoque per agros cursu,

curfu, castra repetebantur. Ubi omnia fuga completa vidit Cato, ipse ad secundam legionem, quae in subsidio posita erat, equo revehitur: et signa prae se ferri, pleneque gradu ad castra hostium oppugnanda succedere jubet. si quis extra ordinem avidius procurrit, et ipse interequitans sparo percutit, et tribunos centurionesque castigare jubet. Jam castra hostium oppugnabantur: saxisque, et sudibus, et omni genere telorum summovebantur a vallo Romani. ubi recens admota legio est, tum et oppugnantibus animus crevit, et infensius hostes pro vallo pugnant. Consul omnia oculis perlustrat, ut, qua minima vi restatur, ea parte irrumpat. ad sinistram portam infrequentes videt: eo secundae legionis principes hastatosque inducit. Non sustinuit impetum eorum statio, quae portae apposita erat: et ceteri, postquam intra vallum hostes vident, ipsis castris exuti, signa armaque abijciunt. caeduntur in portis, suomet ipsi agmine in arcto haerentes: secundarii terga hostium caedunt, ceteri castra diripiunt. Valerius Antias supra quadraginta millia hostium caesa eo die scribit. Cato ipse, haud sane detractor laudum suarum, multos caesos ait; numerum non adscribit.

XVI. Tria eo die laudabilia fecisse putatur. unum, quod, circumducto exercitu, procul navibus suis castrisque, ubi spem nisi in virtute haberent, inter medios hostes proelium commisit: alterum, quod cohortes ab tergo hostibus objecit: tertium, quod secundam legionem, ceteris omnibus effusis ad sequendos hostes, pleno gradu sub signis compositam instructamque subire ad portam castrorum iussit. Nihil deinde a victoria cessatum. cum, receptui signo dato, suos spoliis onustos in castra reduxisset, paucis horis noctis ad quietem datis, ad praedandum in agros duxit. Effusius, ut sparsis hostibus fuga, praedati sunt. quae res non minus, quam pugna pridie adversa, Emporitano Hispanos accolaeque eorum in deditionem compulit. multi et illarum civitatum, qui Emporias perfugerant, dederunt se. quos omnes, appellatos benigne, vinoque et cibo curatos, domos dimisit. Confestim inde castra movit: et, quacumque

que incedebat agmen, legati dedentium civitates suas occurrebant. et cum Tarraconem venit, jam omnis cis Iberum Hispania perdomita erat, captivique et Romani, et socium ac Latini nominis, variis casibus in Hispania oppressi, donum consuli a barbaris reducebantur. Fama deinde vulgatur, consulem in Turdetaniam exercitum ducturum, et ad devios montanos profecturum etiam falso perlatum est. Ad hunc vanum et sine auctore ullorumorem, Bergistanorum civitatis septem castella defecerunt. eos, deducto exercitu, consul sine memorando proelio in potestatem redegit. Haud ita multo post eundem, regresso Tarraconem consule, priusquam inde quoquam procederet, defecerunt. Iterum subacti: sed non eadem venia victis fuit, sub coronam venire omnes, ne saepius pacem sollicitarent.

XVII. Interim P. Manlius praetor, exercitu vetero a Q. Minucio, cui successerat, accepto, adjuncto et Ap. Claudii Neronis ex ulteriore Hispania vetero item exercitu, in Turdetaniam profiscitur. Omnium Hispanorum maxime imbelles habentur Turdetani, freti tamen multitudinem sua obviam ierunt agmini Romano. Eques immixtus turbavit extemplo aciem eorum. pedestre proelium nullius feruae certaminis fuit, milites veteres, periti hostium bellique, haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamen ea pugna debellatum est. decem milia Celtiberum mercede Turduli conducunt, alienisque armis parabant bellum. Consul interim, rebellionem Bergistanorum ictus, ceteras quoque civitates ratus per occasio-nem idem facturas, arma omnibus cis Iberum Hispaniam ademit. quam rem adeo aegre passi, ut multi mortem sibi met ipsi consciscerent: ferox genus, nullam vitam rari sine armis esse. Quod ubi consuli renuntiatum est, senatores omnium civitatum ad se vocari iussit, atque iis, *Nam nostra, inquit, magis, quam vestra, refert, vos non rebellare: siquidem id majore Hispanorum malo, quam exercitus. Romani labore, semper adhuc factum est. Id ut ne fiat, uno modo arbitror caveri posse, si effectum erit, ne possitis rebellare. Volo id quam mollissima via consequi. vos quoque in ea re consilio me adjuvate. nul-lum*

sum libentius sequar, quam quod vosmet ipsi assuleritis. Tacentibus spatium se ad deliberandum dierum paucorum dare dixit. cum revocati secundo quoque concilio tacuissent, uno die muris omnium diratis, ad eos, qui nondum parebant, profectus, ut in quamque regionem venerat, omnes, qui circa incolebant, populos in dedicationem accepit. Segesticam tantam, gravem atque opulentam civitatem, vineis et pluteis cepit.

XVIII. Eo majorem habebat difficultatem in subigendis hostibus, quam qui primi venerunt in Hispaniam; quod ad illos taedio imperii Carthaginienfium Hispani deficiebant; huic ex usurpata libertate in servitutem velut afferendi erant: et ita mota omnia accepit, ut alii in armis essent, alii obsidione ad defectionem cogentur: nec, nisi in tempore subventum foret, ultra sustentaturi fuerint. Sed in consule ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret: nec cogitaret modo imperaretque, quae in rem essent, sed pleraque ipse per se transigeret; nec in quemquam omnium gravius severiusque, quam in semet ipsum, imperium exerceret; parsimonia, et vigiliis, et labore cum ultimis militum certaret; nec quidquam in exercitu suo praecipui, praeter honorem atque imperium, haberet.

XIX. Difficillius bellum in Turdetania praetori P. Manlio Celtiberi, mercede exciti ab hostibus, sicut antea dictum est, faciebant. itaque eo consul, arcessitis literis praetoris, legiones duxit. Ubi eo venit, (castra separatim Celtiberi et Turdetani habebant) cum Turdetanis extemplo levia proelia, incurfantes in stationes eorum, Romani facere, semperque victores ex quamvis temere coepto certamine abire. Ad Celtiberos in colloquium tribunos militum ire consul, atque iis trium conditionum electionem ferre, jubet. Primam, si transire ad Romanos velint, et duplex stipendium accipere, quam quantum a Turdetanis pepigissent: alteram, si domos abire, publica fide accepta, nihil eam rem noxae futuram, quod hostibus se Romanorum junxissent: tertiam,

si utique bellum placeat, diem locumque constituent, ubi secum armis decernant. A Celtiberis dies ad consultandum petita. concilium immixtis Turdetanis habitum magno cum tumultu: eo minus decerni quidquam potuit. Cum incertum, bellum an pax cum Celtiberis esset, commeatus tamen, haud secus quam in pace, ex agris castellisque hostium Romani portabant: dein saepe munimenta eorum, velut communi pacto commercio privatis induciis, ingredientiens. Consul ubi hostes ad pugnam elibere nequit, primum praedatum sub signis aliquot expeditas cohortes in agrum integrae regionis ducit: deinde audito, Seguntiae Celtiberum omnes sarcinas impedimentaue relicta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Postquam nulla moventur re, persoluto stipendio, non suis modo, sed etiam praetoris militibus, relictoque omni exercitu in castris praetoriis, ipse cum septem cohortibus ad Iberum est regressus.

XX. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. defecere ad eum Sedetani, Aufetani, Suessetani. Lacetanos, deviam et silvestrem gentem, cum inrita feritas continebat in armis, tum conscientia, dum consul exercitusque Turdulo bello est occupatus, depopulatorum subitis incursionibus sociorum. Igitur ad oppidum eorum oppugnandum consul ducit, non Romanas modo cohortes, sed juventutem etiam merito inferorum iis sociorum. Oppidum longum, in latitudinem haudquam tantumdem patens, habebant. quadringentos inde ferine passus constituit signa. Ibi delectarum cohortium stationem relinquens, praecepit eis, ne se ex eo loco ante moverent, quam ipse ad eos venisset. ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit. Maximum ex omnibus auxiliis numerum Suessetanae juventutis habebat. eos ad murum oppugnandum subire jubet. Quorum ubi arma signaque Lacetani cognovere; memores, quam saepe in agro eorum impune persultassent, quoties ipsos signis collatis fudissent fugassentque; patefacta repenta porta, universi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, nedum impetum, Suessetani tulere: quod postquam, sicut futurum ratus erat, consul fieri etiam

etiam vidit; equo citato subter murum hostium ad cohortes advehitur: atque eas arreptas, effusis omnibus ad sequendos Suesletanos, qua silentium ac solitudo erat, in urbem inducit: priusque omnia cepit, quam se reciperent Lacetani. mox ipsos, nihil praeter arma habentes, in deditiorem accepit.

XXI. Confestim inde victor ad Vergium castrum ducit. receptaculum id maxime praedonum erat: et inde incursiones in agros pacatos provinciae ejus fiebant. Transfugit inde ad consulem princeps Vergestanus, et purgare se ac populares coepit; *non esse in manu ipsis rempublicam. praedones receptos totum suae potestatis id castrum fecisse.* Consul eum domum redire, conficta aliqua probabili, cur abfuisset, causa, iussit. *Cum se muros subisse cerneret, insensosque praedones ad ruenda moenia esse; tum usi cum suae factionis hominibus meminisset arcem occupare.* Id, uti praeeperat, factum. Repente anceps terror, hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumvalit. Hujus potius loci consul eos, qui arcem tenuerant, liberos esse cum cognatis, suaeque habere iussit: Vergestanos ceteros, quaestori, ut venderet, imperavit: de praedonibus supplicium sumit. Pacata provincia, vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque; quibus tum institutis, locupletior in dies provincia fuit. Ob has res gestas in Hispania supplicationem in triduum Patres decreverunt.

XXII. Eadem aestate alter consul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Bojorum manu propter Litanam sylvam, signis collatis, secundo proelio confixit. Octo millia Gallorum caesa traduntur: ceteri, omisso bello, in vicos suos atque agros dilapsi. Consul reliquum aestatis circa Padum Placentiae et Cremonae exercitum habuit, restituitque, quae in iis oppidis bello diruta fuerant. Cum hic status rerum in Italia Hispaniaque esset, T. Quinctio, in Graecia ita-hibernis actis, ut, exceptis Aetolis, quibus nec pro spe victoriae praemia contigerant, nec diu quies placere poterat, *universa Graecia, simul pacis*

pacis libertatisque perfruens bonis, egregie statu suo gauderet, nec magis in bello virtutem Romani ducis, quam in victoria temperantiam iustitiamque et moderationem miraretur, senatusconsultum, quo bellum adversus Nabin Lacedaemonium decretum erat, affertur. Quo lecto, Quinctius, conventu Corinthum omnium sociarum civitatum legationibus in diem certam edicto, ubi frequentes undique principes convenerunt, ita ut ne Aetoli quidem abessent, tali orationis est usus: *Bel- lum adversus Philippum non magis communi animo consilioque Romani et Graeci gesserunt, quam utriusque suarum causarum belli habuerunt. Nam et Romanorum amicitiam, nunc Carthaginienses hostes eorum juvando, nunc hic sociis nostris oppugnandis, violaverat; et in vos talis facti, ut nobis, etiam si nostrarum oblivisceremur injuriarum, vestrae injuriae facti digna causa belli fuerint. Hodierna consultatio tota ex vobis pendet. Refero enim ad vos, utrum Argos, sicut scitis ipsi, ab Nabide occupatos pati velitis sub dirione ejus esse: an aequum censeatis, nobilissimam vetustissimamque civitatem, in media Graecia sitam, reperi in libertatem, et eodem statu, quo ceteras urbes Peloponnesi et Graeciae, esse. Haec consultatio, ut videtis, tota de re pertinet ad vos est: Romanos nihil contingit, nisi quatenus liberatae Graeciae, aius civitatis servitus, non plenam, nec integram gloriam esse sinis. Ceteram si vos nec cura ejus civitatis, nec exemplum, nec periculum moveat, ne serpat latius contagio ejus mali, nos aequi bonique facimus. De hac re vos consulo, staturus eo, quod plures censueritis.*

XXIII. Post orationem Romani imperatoris, per- censerent aliorum sententiae coeptae sunt. Cum legatus Atheniensium, quantum poterat gratis agendis, Romanorum in Graeciam merita extulisset, imploratos auxilium, adversus Philippum tulisse opem; non rogatos, ultro adversus tyrannum Nabin offerre auxilium; indignatus esset, haec tanta merita sermonibus tamen aliorum carpi, futura calumniantium; cum fateri potius praesertitorum gratiam deberent; apparebat incelli Aetolos. Igitur Alexander princeps gentis, inductus pri-

mum in Athenienses, libertatis quondam duces et auctores, assentionis propriae gratia communem causam prodentes; questus deinde, *Achaëcis, Philippi quondam militis, postremum ab inclinata ejus fortuna transfugas; et Corinthum recepisse, et id agere, ut Argos habeant: Aetolos, primos hostes Philippi, semper socios Romanorum, pactos in foedere suas urbes agrosque fore devicto Philippo, fraudari Echino et Pharsalo; insimulavit fraudis Romanos: Quod, vano titulo libertatis ostentato, Chalcidem et Demetriadem praefidiis tenerent; qui Philippo, cunctanti deducere inde praefidia, objicere semper soliti sunt, nunquam, donec Demetrias, Chalcisque, et Corinthus tenerentur, liberam Graeciam fore: postremo, quia remanendi in Graecia retinendique exercitus Argos et Nabin causam facerent. Deportarent legiones in Italiam. Aetolos polliceri, aut conditionibus et voluntate sua Nabin praefidium Argis deducturum, aut vi atque armis coacturos in potestate consentientis Graeciae esse.*

XXIV. Haec vaniloquentia primum Aristaenum praetorem Achaeorum excitavit. *Ne istuc, inquit, Jupiter optimus maximus siris, Junoque regina, cujus in tutela Argi sunt, ut illa civitas inter tyrannum Lacedaemonium et latrones Aetolos praemium sit posita, in eo discrimine, ut miserius a nobis recipiatur, quam ab illo capta est. Mare interjectum ab istis praedonibus non tuerur nos, T. Quincti. Quid, si in media Peloponneso arcem sibi fecerint, futurum nobis est? Linguam tantum Graecorum habent, sicut speciem hominum. Moribus ritibusque effrenatoribus, quam ulli barbari, immanes belluae vivunt. Itaque vos rogamus, Romani, ut et ab Nabide Argos recuperetis, et ita res Graeciae constituatis, ut ab latrocinio quoque Aetolorum satis pacata haec relinquatis. Romanus, cunctis undique increpantibus Aetolos, responsurum se fuisse iis, dixit, nisi ita inoffensos omnes in eos videret, ut sedandi potius, quam irritandi, essent. Contentum itaque opinione ea, quae de Romanis Aetolisque esset, referre se, dixit, quid de Nabidis bello placeret, nisi redderet Achaëis Argos? Cum omnes bellum decreissent; auxilia ut pro viribus suis quaeque civitates*

mitterent, est hortatus. Ad Aetolos legatum etiam misit: magis ut nudaret animos, id quod evenit, quam spe impetrari posse.

XXV. Tribunis militum, ut exercitum ab Elatia arcesserent, imperavit. Per eosdem dies et Antiochi legatis, de societate agentibus, respondit, *Nihil se, absentibus decem legatis, sententiae habere. Romam eundem ad senatum isse esse.* Ipse copias adductas ab Elatia ducere Argos pergit; atque ei circa Cleonas Aristaeus praetor, cum decem millibus Achaeorum, equitibus mille, occurrit: et haud procul inde, junctis exercitibus, posuerunt castra. Postero die in campum Argivorum descenderunt, et quatuor ferme millia ab Argis locum castris capiunt. Praefectus praesidio Laconum erat Pythagoras, gener idem tyranni, et uxoris ejus frater: qui sub adventum Romanorum et utrasque arces, (nam duas habent Argi) et loca alia, quae aut opportuna, aut suspecta erant, validis praesidiis firmavit. sed inter agenda haec pavorem adventu Romanorum dissimulare haudquaquam poterat: et ad externum terrorem intestina etiam seditio accessit. Damocles erat Argivus, adolescens majoris animi, quam consilii: qui primo, jurejurando interposito, de praesidio expellendo cum idoneis collocutus, dum vires adieere conjurationi studet, incautior fidei aestimator fuit. Colloquentem eum cum suis satellites a praefecto missus cum arcesseret, sensit proditum consilium esse; hortatusque conjuratos, qui aderant, ut potius, quam extorti morerentur, arma secum caperent: atque ita cum paucis in forum ire pergit, clamitans, ut, qui salvam rempublicam vellent, auctorem et ducem se libertatis sequerentur. Haud sane movit quenquam, quia nihil usquam spei propinque, nedum satis firmi praesidii, cernebant. Haec vociferantem eum Lacedaemonii, circumventum cum suis, interfecerunt. comprehensi deinde quidam et alii. ex iis occisi plures, pauci in custodiam conjecti. multi proxima nocte, funibus per muram demissi, ad Romanos transfugerunt.

XXVI. Quinctius, affirmantibus iis, si ad portas Romanus exercitus fuisset, non sine effectu futurum eum motum fuisse, et, si propius castra admoverentur, non quieturos Argivos, misit expeditos pedites equitesque, qui circa Cylarabin (gymnasium id est minus trecentos passus ab urbe) cum erumpentibus a porta Lacedaemoniia proelium commiserant, atque eos haud magno certamine compulerunt in urbem. et castra eo ipso loco, ubi pugnatum erat, imperator Romanus posuit. Diem inde unum in speculis fuit, si quid novi motus oriretur. postquam oppressam metu civitatem vidit, advocat concilium de oppugnandis Argis. Omnium principum Graeciae, praeter Aristaenum, eadem sententia erat, cum causa belli non alia esset, inde potissimum ordiendi bellum. Quinctio id nequaquam placebat, sed Aristaenum, contra omnium consensum differentem, cum haud dubia approbatione audivit. et ipse adjecit, *cum pro Argivis adversus tyrannum bellum susceptum sit, quid minus conveniens esse, quam omisso hoste Argos oppugnari? Se vero caput belli Lacedaemonem et tyrannum petiturum.* Et, dimisso concilio, frumentatum expeditas cohortes misit. Quod maturi erat circa, demessum et coactum est. viride, ne hostes mox haberent, protritum et corruptum. Castra deinde movit, et, Parthenio superato monte, praeter Tegeam tertio die ad Caryas posuit castra. ibi, priusquam hostium intraret agrum, sociorum auxilia expectavit. Venerunt Macedones a Philippo mille quingenti, et Thessalorum equites quadringenti. nec jam auxilia, quorum assatum erat, sed commeatus finitimis urbibus imperati morabantur Romanum. Navales quoque magnae copiae conveniebant. Jam ab Leucade L. Quinctius quadraginta navibus venerat: jam Rhodiae decem et octo tectae naves: jam Eumenes rex circa Cycladas insulas erat cum decem tectis navibus, triginta lembis, mixtisque aliis minoris formae navigiis. ipsorum quoque Lacedaemoniorum exules permulti, tyrannorum injuria pulsi, spe recuperandae patriae in castra Romana conveniant. Multi autem erant, jam per aliquot aetates, ex quo tyranni tenebant Lacedaemonem, alii ab aliis pulsi. Princeps erat exulum Agesipolis, *cujus jure gentis re-*

gnum Lacedaemone erat, pulsus infans ab Lycurgo tyranno post mortem Cleomenis, qui primus tyrannus Lacedaemone fuit.

XXVII. Cum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum, et prope nulla spes esset vere suas hostiumque aestimanti vires, non tamen omisit bellum: sed et a Creta mille delectos juventutis eorum excivit, cum mille jam haberet: et tria millia mercenariorum militum, decem millia popularium cum castellanis agris in armis habuit: et fossa valloque urbem communit. et, ne quid intestini motus oriretur, metu et acerbitate poenarum tenebat animos, quoniam, ut saluum vellent tyrannum, sperare non poterat. Cum suspectos quosdam civium haberet, eductis in campum omnibus copiis, (Dromon ipsi vocant) positis armis, ad concionem vocari iussit Lacedaemonios, atque eorum concioni satellites armatos circumdedit. et pauca praefatus, *Cur sibi omnia rimentis caventisque ignoscendum in tali tempore foret: et ipsorum referre, si quas suspectos status praesens rerum faceret, prohiberi potius, ne quid moliri possint, quam puniri molientes. Itaque quosdam se in custodia habiturum; donec ea, quae instet, tempestas praerereat. Hostibus repulsis, (a quibus, si modo prodizio intestina satis caveatur, minus periculi esse) exempto eos emissurum.* Sub haec citari nomina octoginta ferme principum juventutis iussit: atque eos, ut quisque ad nomen responderat, in custodiam tradidit: nocte insequenti omnes interfecti. Ilotarum deinde quidam, (hi sunt jam inde antiquitus castellani, agreste genus) transfugere voluisse insinulati, per omnes vicos sub verberibus acti necantur: hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu novorum consiliorum. Intra munitiones copias continebat, nec parem se ratus, si dimicare acie vellat; et urbem relinquere, tam suspensis et incertis omnium animis, metuens.

XXVIII. Quinctius, satis jam omnibus paratis, profectus ab stativis, die altero ad Sellasiam super Oenuntae fluvium pervenit: quo in loco Antigonus, Macedonum

rex, cum Cleomene, Lacedaemoniorum tyranno, signis collatis dimicasse dicebatur. inde, cum audisset ascensum difficilis et arctae viae esse, brevi per montes circuitu praemissis, qui munirent viam, lato satis et patenti limite ad Eurotam amnem, sub ipsis prope fluentem moenibus, pervenit. ubi castra metantes Romanos Quinctiumque ipsum, cum equitibus atque expeditis praegressum, auxiliares tyranni aderti, in terrorem ac tumultum coniecerunt, nihil tale expectantes, quia nemo his obvius toto itinere fuerat, ac veluti pacato agro transierant. Aliquamdiu peditibus equites, equitibus pedites vocantibus, cum in se cuique minimum fiduciae esset, trepidatum est. tandem signa legionum supervenerunt: et, cum primi agminis cohortes inductae in proelium essent, qui modo terrore fuerant, trepidantes in urbem compulsi sunt. Romani, cum tantum a muro recessissent, ut extra ietum teli essent, acie directa paulisper steterunt. Postquam nemo hostium contra exibat, sedierunt in castra. Postero die Quinctius prope flumen praeter urbem sub ipsas Menelaji montis radices ducere copias instructas pergit. primae legionariae cohortes ibant: levis armatura et equites agmen cogeant. Nabid intra murum instructos paratosque sub signis habebat mercenarios milites, (in quibus omnis fiducia erat) ut ab tergo hostem aggredereetur. postquam extremum agmen praeterit, tum ab oppido, eodem quo pridie eruperant tumultu, pluribus simul locis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogeat: qui ad id, quod futurum erat, ne inopinatum accideret, praeparatis suorum animis, signa extemplo convertit, totumque in hostem agmen circumegit. Itaque, velut rectae acies concurrissent, iustum aliquamdiu proelium fuit. tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. quae minus infida ac trepida fuisset, nisi Achaei locorum prudentes insitissent. hi et caedem ingentem ediderunt, et dispersos passim fuga plerosque armis exuerunt. Quinctius prope Amyclas posuit castra. inde, cum perpopulatus omnia circumiecta urbi frequentis et amoeni agri loca esset, nullo jam hostium porta excedente, movit castra ad flumen Eurotam. inde valem Taygeto subjectam agrosque ad mare pertinentes evasit.

XXIX. Eodem fere tempore L. Quinctius maritimae orae oppida, partim voluntate, partim metu aut vi, recepit. certior deinde factus, Gythium oppidum omnium maritimarum rerum Lacedaemoniis receptaculum esse, nec procul a mari castra Romana habere, omnibus id copiis aggredi constituit. Erat eo tempore valida urbs, et multitudine civium incolarumque et omni bellico apparatu instructa. In tempore Quinctio, rem haud facilem aggredienti, rex Eumenes et classis Rhodiorum supervenerunt. ingens multitudo navalium sociorum, e tribus contracta classibus, intra paucos dies omnia, quae ad oppugnationem urbis terra marique munitae faciendae opera erant, effecit. Jam testudinibus admotis murus subruetur: jam arietibus quatiebatur. Itaque una crebris ictibus everfa est turris, quodque circa muri erat, casu ejus prostratum: et Romani simul a portu, unde aditus planior erat, ut distenderent ab apertiore loco hostes, simul per patefactum ruina iter irrupere conabantur. nec multum abfuit, quin, qua intenderant, penetrarent. sed tardavit impetum eorum spes objecta dedendae urbis, mox deinde eadem turbata. Dexagoridas et Gorgopas pari imperio praeerant urbi. Dexagoridas miserat ad legatum Romanum, traditurum se urbem. et cum ad eam rem tempus et ratio convenisset, a Gorgopa proditor interficitur. intentiusque ab uno urbs defendebatur: et difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quinctius cum quatuor millibus delectorum militum supervenisset. Is cum supercilio haud procul distantis tumuli ab urbe instructam aciem ostendisset, et ex altera parte L. Quinctius ab operibus suis terra marique instaret; tunc vero desperatio Gorgopam quoque coegit id consilii, quod in altero morte vindicaverat, capere. et pactus, ut abducere inde milites, quos praesidii causa habebat, liceret, tradidit Quinctio urbem. Priusquam Gythiam traderetur, Pythagoras, praefectus Argis relictus, tradita custodia urbis Timocrati Pellenensi, cum mille mercenariis militibus, et duobus millibus Argivorum, Lacedaemonem ad Nabin venit.

U. C. 557.

a. C. N. 195.

XXX. Nabis, sicut primo adventu Romanae clas-
sis et traditione oppidorum maritimae orae conterritus
erat, sic, parva spe cum acquievisset, Gythio ab suis
retento, postquam id quoque traditum Romanis audivit
esse, cum ab terra, omnibus circa hostibus, nihil spei
esset, a mari quoque toto se interclusum, cedendum
fortunae ratus, caduceatorem primum in castra misit ad
explorandum, si paterentur legatos ad se mitti, qua im-
petrate re, Pythagoras ad imperatorem venit, nullis
cum aliis mandatis, quam ut tyranno colloqui cum im-
peratore liceret. Consilio advocato, cum omnes dan-
dum colloquium censuissent, dies locusque constituitur.
In mediae regionis tumulos, modicis copiis sequentibus,
cum venissent, relictis ibi in statione conspecta utrin-
que cohortibus, Nabis cum delectis custodibus corporis,
Quinctius cum fratre et Eumene rege, et Solilao Rho-
dio, et Aristaeno Achaeorum praetore, tribunisque mi-
litum paucis descendit.

XXXI. Ibi permisso, ut, seu dicere prius, seu au-
dire mallet, ita coepit tyrannus: *Si ipse per me, T.
Quincti, vosque, qui adestis, causam excogitare, cur
mihî aut indixissetis bellum, aut inferretis, possem; taci-
tus eventum fortunae meae expectassem. nunc imparare
animo nequivi, quin, priusquam perirem, cur periturus
essem, scirem. Et, Hercule, si tales essetis, quales esse
Carthaginienfes fama est, apud quos nihil societatis fides
sancti haberet; in me quoque vobis quid faceretis minus
pauisi esse, non mirarer. Nunc, cum vos intueor, Roma-
nos esse video, qui rerum divinarum foedera, humanarum
fidem socialem sanctissimam habeatis. Cum me ipse respexi,
eum esse spero, cui et publice, sicut ceteris Lacedaemoniis,
vobiscum vetustissimum foedus sit: et meo nomine privatim
amicitia ac societas, nuper Philippi bello renovata. At
enim ego eam violavi et everti, quod Argivorum civita-
tem teneo. Quomodo hoc tuear? re, an tempore? Res
mihî duplicem defensionem praebet. nam et, ipsis vo-
cantibus ac iradentibus, urbem eam accepi, non occupa-
vi. et accepi, cum Philippi partium, non in vestra so-
cietate esset. Tempus autem eo me liberat, quod, cum*

jam Argos haberem, societas mihi vobiscum convenit: et, ut vobis mitterem ad bellum auxilia, non ut Argis praefidium deducerem, pepigistis. At, Hercle, in ea controversia, quae de Argis est, superior sum et aequitate rei, quod non vestram urbem, sed hostium; quod volentem, non vi coactam, accepi; et vestra confessione, quod in conditionibus societatis mihi Argos reliquistis. Ceterum nomen tyranni et facta me premunt, quod servos ad libertatem voco, quod in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc respondere possum, me, qualiscunque sum, eundem esse, qui fui, cum tu ipse mecum, T. Quincti, societatem pepigisti. Tum me regem appellari a vobis meministi: nunc tyrannum vocari video. Itaque si ego nomen imperii mutassem, mihi meae inconstantiae; cum vos mutetis, vobis vestrae reddenda ratio est. Quod ad multitudinem servis liberandis auctam, et egentibus divisum agrum attinet, possum quidem et in hoc me jure temporis tutari. Jam feceram haec, qualiacunque sunt, cum societatem mecum pepigistis, et auxilia in bello adversus Philippum accepistis. Sed si nunc ea fecissem, non dico, quid in eo vos laesisset, aut vestram amicitiam violasset? sed illud, me more atque instituto majorum fecissem. Nolite ad vestras leges atque instituta exigere ea, quae Lacedaemone fiunt. Nihil comparare singula necesse est. vos a censu equitem, a censu peditem legistis: et paucos excellere opibus, plebem subjectam esse illis, vultis. Noster legumlator non in paucorum manu rempublicam esse voluit, quem vos senatum appellatis; nec excellere unum aut aliorum ordinem in civitate: sed per aequationem fortunae ac dignitatis fore credidit, ut multi essent, qui arma pro patria ferrent. Pluribus me peregrisse, quam pro patriae sermone brevitate, fateor. Et breviter peroratum esse potuit, nihil me, postquam vobiscum amicitiam institui, cur ejus vos poeniteret, commisisse.

XXXII. Ad haec imperator Romanus: *Amicitia est societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope, rege Lacedaemoniorum justo ac legitimo, facta est. Cujus jus tyranni quoque, qui postea per vim tenuerunt Lacedaemone imperium, (quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis*

aliis occupaverant) usurparunt; sicut tu quoque hoc Macedonico bello fecisti. Nam quid minus convenires, quam eos, qui pro libertate Graeciae adversus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam? et tyranno quam, qui unquam, saevissimo et violentissimo in suos? Nobis vero, etiamsi Argos nec cepisses per fraudem, nec teneres, liberantibus omnem Graeciam, Lacedaemon quoque vindicanda in antiquam libertatem eras atque in leges suas, quarum modo, tanquam acmulus Lycurgi, mentionem fecisti. An, ut ab Jasso et Bargylliis praesidia Philippi deducantur, curae erit nobis? Argos et Lacedaemonem, duas clarissimas urbes, lumina quondam Graeciae, sub pedibus tuis relinquemus; quae titulum nobis liberatae Graeciae servientes deforment? At enim cum Philippo Argivi senserunt. Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris. Satis comperimus habemus, duorum, aut summum trium in ea re, non civitatis, culpam esse: tam, Hercle, quam in te tuoque praesidio arcessendo accipiendoque in arcem nihil sit publico consilio actum. Thessalos, et Phocenses, et Locrenses, consensu omnium scimus patrium Philippi fuisse. tamen cum caeteram liberaverimus Graeciam, quid tandem censes in Argivis, qui insones publici consilii sint, facturos? Servorum ad libertatem vocatorum, et egentibus hominibus agri divisi crimina tibi objici dicebas. non quidem nec ipsa mediocria: sed quid ista sunt prae istis, quae a te tuisque quotidie alia super alia facinora eduntur? Exhibe liberam concionem vel Argis, vel Lacedaemone, si audire juvat vera dominationis impotentissimae crimina. Ut omnia alia verustiora omittam, quam caedem Argis Pythagoras iste gener tuus pene in oculis meis edidit? quam tu ipse, cum jam prope in finibus Lacedaemoniorum essem? Agedum, quos in concione comprehensos, omnibus audientibus civibus tuis, in custodia te habiturum esse pronuntiasti, jube viatos produci, ut miseri parentes, quos falso lugent, vivere sciant. At enim, ut jam ita sint haec, quid ad vos, Romani? Hoc tu dicas liberantibus Graeciam? hoc iis, qui, ut liberare possent, mare trajecerunt, terra marique gesserunt bellum? Vos tamen, inquis, vestramque amicitiam ac societatem proprie non

violavi. Quoties vis te id arguam fecisse? Sed nolo pluribus: summam rem complectar. Quibus igitur rebus amicitia violatur? Nempe his maxime duabus, si socios meos pro hostibus habeas; si cum hostibus te conjungas. Utrum non a te factum est? nam et Messenem, uno atque eodem jure foederis, quo et Lacedaemonem, in amicitiam nostram acceptam, socius ipse sociam nobis urbem vi atque armis cepisti: et cum Philippo, hoste nostro, non societatem solum, sed, si Diis placet, affinitatem etiam per Philoclem praefectum ejus pepigisti: et bellum adversus nos gerens mare circa Maleam infestum navibus piraticis fecisti: et plures prope cives Romanos, quam Philippus, cepisti atque occidisti: rursusque Macedoniae ora, quam promontorium Maleae commeatu ad exercitus nostros portantibus navibus fuit. Proinde parce, sis, fidem ac jura societatis jactare; et, omissa populari oratione, tanquam tyrannus et hostis loquere.

XXXIII. Sub haec Aristaenus nunc monere Nabin, nunc etiam orare, ut, dum liceret, dum occasio esset, sibi ac fortunis suis confuleret. Referre deinde nominatim tyrannos civitatum finitimarum coepit, qui, deposito imperio, restitutaque libertate suis, non tutam modo, sed etiam honoratam inter cives senectutem egissent. His dictis invicem auditisque, nox prope diremit colloquium. Postero die Nabis, Argis se cedere ac deducere praesidium, quando ita Romanis placeret, et captivos et perfugas reddidurum, dixit. Aliud si quid postularent, scriptum ut ederent, petiit, ut deliberare cum amicis posset. Ita et tyranno ad consultandum tempus datum est: et Quinctius, sociorum etiam principibus adhibitis, habuit consilium. Maximae partis sententia erat: Perseverandum in bello esse, et tollendum tyrannum. nunquam aliter tutam libertatem Graeciae fore. Satis multo fuisse, non moveri bellum adversus eum, quam omitti morum. et ipsum velut comprobata dominatione firmiter futurum, auctore injusti imperii assumpto populo Romano; et exemplo multos in aliis civitatibus ad insidiandum libertati civium suorum incitaturum. Ipsi imperatoris animus ad pacem inclinatio erat. videbat enim,

enim, compulso intra moenia hoste, nihil praeter obli-
dionem restare. Eam autem fore diuturnam: *Non enim
Gythium, quod ipsum tamen traditum, non expugnatum
esset, sed Lacedaemonem, validissimam urbem viris armis-
que, oppugnaturus. Unam spem fuisse, si qua admove-
tibus exercitum dissensio inter ipsos ac seditio excitari pos-
set. cum signa portis prope inferri cernerent, neminem
se movisse.* Adiciebat, et cum Antiocho insidam pacem,
Vibium legatum inde redeuntem nuntiare: multo majo-
ribus, quam ante, terrestribus navalibusque copiis in
Europam eum transisse. Si occupasset obsidio Lacedae-
monis exercitum, quibus aliis copiis adversus regem tam
validum ac potentem bellum gesturos? Haec pro palam
dicebat: illa tacita suberat cura, ne novus consul
Graeciam provinciam fortiretur, et inchoati belli victo-
ria successori tradenda esset.

XXXIV. Cum adversus tendendo nihil moveret fo-
cios, simulando se transire in eorum sententiam, omnes
in assensum consilii sui traduxit. *Bene versat, inquit,
quando ita placet, obsideamus Lacedaemonem. Illud modo
ne fallat cererum, cum res tam lenta, quam ipsi scitis,
oppugnatio urbium sit, et obsidentibus prius saepe, quam
obsessis, raedium afferat, jam nunc hoc ita proponere
vos animis oportet, hibernandum circa Lacedaemonis moe-
nia esse. Quae mora si laborem tantum ac periculum ha-
beret, ut et animis, et corporibus ad sustinenda ea pa-
rati essetis, hortarer vos. Nunc impensa quoque magna
eget in opera, in machinationes, et tormenta, quibus
tanta urbs oppugnanda est; in comaeatus vobis nobisque
in hiemem expediendos. Itaque, ne aut repente trepide-
tis, aut rem inchoatam surpiter destitueritis, scribendum
ante vestris civitatibus censeo, explorandumque, quid
quaeque animi, quid virium habeat. Auxiliorum satis
superque habeo: sed, quo plures sumus, pluribus rebus
egebimus. Nihil jam praeter nudum solum ager hostium
habet. Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex lon-
ginq. difficilis. Haec oratio primum animos omnium
ad respicienda cuique domestica mala convertit; legni-
tiam, invidiam et obtreccionem domi manentium ad-
versus*

versus militantes, libertatem difficilem ad consensum, inopiam publicam, malignitatem conferendi ex privato. Veris itaque subito voluntatibus, facere, quod e republica populi Romani sociorumque esse crederet, imperatori permiserunt.

XXXV. Inde Quinctius, adhibitis legatis tantum tribunisque militum, conditiones, in quas cum tyranno pax fieret, has conscripsit. *Sex mensium induciae ut essent Nabidi Romanisque, et Eumeni regi, et Rhodiis. Legatos exemplo mitterent Romam T. Quinctius et Nabis, ut pax ex auctoritate senatus confirmaretur. Ex qua die scriptae condiciones pacis editae Nabidi forent, ea dies ut induciarum principium esset: et ut ex ea die intra decimum diem ab Argis ceterisque oppidis, quae in Argivorum agris essent, praesidia omnia deducerentur: vacuaque et libera traderentur Romanis. et ne quod inde mancipium regium publicumve aut privatum educeretur; et, si qua ante educa forent, dominis recte restituerentur. Naves, quas civitatibus maritimis ademisset, redderet: neve ipse navem ullam, praeter duos lembos, qui non plus quam sexdecim remis agerentur, haberet. Perfugas et captivos omnibus sociis populi Romani civitatibus redderet, et Messeniis omnia, quae comparerent, quaeque domini cognoscerent. Exsulibus quoque Lacedaemoniis liberos et conjuges restitueret, quae earum viros sequi voluissent: invita ne qua exsulis comes esset. Mercenariorum militum Nabidis, qui aut in civitates suas, aut ad Romanos transissent, iis res suae omnes recte redderentur. In Creta insula ne quam urbem haberet: quas habuisset, redderet Romanis. Ne quam societatem cum ullo Cresensium aut quoquam alio institueret, neu bellum gereret. Civitatibus omnibus, quas ipse restituisset, quaeque se suaque in fidem ac ditionem populi Romani tradidissent, omnia praesidia deduceret: seque ipse suosque ab his abzineret. Ne quod oppidum, ne quod castellum in suo alienove agro conderet. Obsides, ea ita futura, daret quinque, quos imperatori Romano placuisset: filium in his suum; et talenta centum argenti in praesenti, et quinquaginta talenta in singulos annos per annos octo.*

XXXVI. Haec conscripta, castris propius urbem motis, Lacedaemonem mittuntur. nec sane quidquam eorum satis placebat tyranno: nisi quod, praeter spem, reducentium exfulum mentio nulla facta erat. maxime autem omnium ea res offendebat, quod et naves, et maritimae civitates ademtae erant. Fuerat autem ei magno fructui mare, omnem oram Maleae praedatoriis navibus infestam habenti. juventutem praeterea civitatum earum ad supplementum longe optimi generis militum habebat. Has condiciones, quanquam ipse in secreto voluverat cum amicis, vulgo tamen omnes fama ferebant, vanis, ut ad ceteram fidem, sic ad secreta tegenda, satellitum regionum ingeniis. Non tam omnia universi, quam ea, quae ad quemque pertinerent, singuli carpebant. qui exfulum conjuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid possederant, tanquam amissuri, non reddituri, indignabantur. servis liberatis a tyranno non irrita modo futura libertas, sed multo foedior, quam fuisset ante, servitus redeuntibus in iratorum dominorum potestatem ante oculos observabatur. mercenarii milites et pretia militiae caesura in pace aegre ferebant, et reditum sibi nullum esse in civitates videbant, infensas non tyrannis magis, quam satellitibus eorum.

XXXVII. Haec inter se primo in circulis ferentes fremere; deinde ad arma subito discurrerunt. Quo tumultu cum per se satis irritatam multitudinem cerneret tyrannus, concionem advocari iussit. ubi cum ea, quae imperarentur a Romanis, exposuisset, et graviora atque indigniora quaedam falso affinxisset, et ad singula, nunc ab universis, nunc a partibus concionis, acclamaretur, interrogavit, *Quid se respondere ad ea, aut quid facere vellet?* Prope una voce omnes, *Nihil respondere, bellum geri*, iusserunt. et pro se quisque, qualia multumdo solet, bonum animum habere, et bene sperare jubentes; *fortes fortunam adjuvare*, aiebant. His vocibus incitatus tyrannus, et Antiochum Aetolosque adjuturos pronuntiat; et sibi ad obsidionem sustinendam copiarum affatum esse. Exciderat pacis mentio ex omnium animis,
et

nunc proeliis laceflendo, nunc operibus interfeptiendo quaedam; ne exitus ad fugam effet. His comminationibus compulfus tyrannus Pythagoram rurfus oratorem mifit, quem Quinctius primo afpernatum excedere caflris iuffit. deinde fuppliciter orantem, advolutumque genibus, tandem audivit. Prima oratio fuit omnia permittentis arbitrio Romanorum: dein, cum ea velut vana et fine effectu nihil proficerent, eo deducta res eft, ut his conditionibus, quae ex fcripto paucis ante diebus editae erant, induciae fierent: pecuniaeque et obfides accepti. Dum oppugnatur tyrannus, Argivi, nuntii aliis prope fuper alios afferentibus, tantum non jam captam Lacedaemonem effe, erecti et ipfi, fimul eo quod Pythagoras cum parte validiffima praefidii excefferat, contempta paucitate eorum, qui in arce erant, duce Archippo quodam, praefidium expulerunt. Timocratem Pellencfem, quia clementer praefuerat, vivum fide data emiferunt. Huic laetitiae Quinctius fupervenit, pace data tyranno, dimiffisque ab Lacedaemone Eumene, et Rhodiis, et L. Quinctio fratre aul claffem.

XLI. Lacta civitas celeberrimum feftorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum, die ftata propter belli mala praetermiffum, in adventum Romani exercitus ducisque indixerunt, praefeceruntque ludis ipfam imperatorem. Multa erant, quae gaudium cumularent. reducti cives ab Lacedaemone erant, quos nuper Pythagoras, quosque ante Nabis abduxerant: redierant, qui poft compertam a Pythagora conjurationem, et caede jam coepta, effugerant: libertatem ex longo intervallo, libertatisque auctores Romanos, quibus caufa bellandi cum tyranno ipfi fuiffent, cernebant. teftata quoque ipfo Nemeorum die voce praeconis libertas eft Argivorum. Achaeis quantum reftituti Argi in commune Achaeae concilium laetitiae afferebant; tantum ferva Lacedaemon relicta, lateri adhaerens tyranni, non fincerum gaudium praebebat. Aetoli vero eam rem omnibus conciliis lacrare. *Cum Philippo non ante deftrum bellari, quam omnibus excederet Graeciae urbibus. Tyranno relicta Lacedaemonem: regem autem legitimum, qui in Romanis fueret*

*fuerat castris, ceterosque nobilissimos cives in exilio vicu-
ros. Nabidis dominantis Jacebireum factum populum Ro-
manum.* Quinctius ab Argis Elatiam, unde ad bellum
Spartanum profectus erat, copias reduxit. Sunt, qui
non ex oppido proficilcentem bellum gessisse tyrannum
tradant, sed castris adversus Romana castra positis: diu-
que cunctatum, cum Aetolorum auxilia expectasset,
coactum ad extremum acie configere, impetu in pabu-
latores suos ab Romanis facto: eo proelio victum, castris-
que exutum pacem petisse; cum cecidissent quindecim
millia militum, capta plus quatuor millia essent.

XLII. Eodem fere tempore et a T. Quinctio de re-
bus ad Lacedaemonem gestis, et ab M. Porcio consule
ex Hispania literae allatae. utriusque nomine in dies
ternos supplicatio a senatu decreta est. L. Valerius con-
sul, cum post fusos circa Litanam silvam Bojos quietam
provinciam habuisset, comitiorum causa Romam rediit;
et creavit consules P. Cornelium Scipionem Africanum
iterum et Ti. Sempronium Longum. Horum patres
primo anno secundi Punici belli consules fuerant. Prae-
toria inde comitia habita. creati P. Cornelius Scipio,
et duo Cn. Cornelii, Merenda et Blasio, et Cn. Domi-
tius Ahenobarbus, et Sex. Digitius, et T. Juventius
Thalna. Comitibus perfectis, consul in provinciam rediit.
Novum jus eo anno a Ferentinatibus tentatum, ut La-
tini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, cives
Romani essent. Puteolos, Salernumque, et Buxentum
adscripti coloni, qui nomina dederant, cum ob id se
pro civibus Romanis ferrent, senatus judicavit, non esse
eos cives Romanos.

XLIII. Principio anni, quo P. Scipio Africanus
iterum et Ti. Sempronius Longus consules fuerunt, le-
gati Nabidis tyranni Romam venerunt. Iis extra urbem
in aede Apollinis senatus datus est. pax, quae cum T.
Quinctio convenisset, ut rata esset, petierunt, impetra-
veruntque. De provinciis cum relatum esset, senatus
frequens in eam sententiam ibat, ut, quoniam in His-
pania et Macedonia debellatum foret, consulibus am-
T. Livii Tom. III. L bobus

bobus Italia provincia esset. Scipio, satis esse Italiae unum consulem, censebat: alteri decernendam Macedoniam esse. Bellum grave ab Antiocho imminere, jam ipsum sua sponte in Europam transgressum. Quid deinde futurum censerent, cum hinc Aetoli haud dubie hostes vocarent ad bellum, illinc Hannibal, Romanis cladibus insignis imperator, stimulareretur? Dum de provinciis consulum disceptatur, praetores fortiti sunt. Cn. Domitio urbana jurisdictio, T. Juventio peregrina evenit. P. Cornelio Hispania ulterior, Sex. Digitio citerior: dubbus Cn. Cornelius, Blasioni Sicilia, Merendae Sardinia. In Macedoniam novum exercitum transportari non placuit, eum, qui esset ibi, reduci in Italiam a Quinctio, ac dimitti. Item eum exercitum dimitti, qui cum M. Porcio Catone in Hispania esset. Consulibus ambobus Italiam provinciam esse, et duas urbanas eos legiones scribere: ut, dimissis, quos senatus censuisset, exercitibus, octo omnino Romanae legiones essent.

XLIV. Ver sacrum factum erat priore anno, M. Porcio et L. Valerio consulibus. id cum P. Licinius pontifex non esse recte factum collegio primum, deinde ex auctoritate collegii Patribus, renuntiasset, de integro faciendum arbitrato pontificum censuerunt; ludosque magnos, qui una voti essent, tanta pecunia, quanta asoleret, faciendos. Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Kalendas Martias, et pridie Kalendas Majas, P. Cornelio Scipione et Ti. Sempronio Longo consulibus. Cenforum inde comitia habita sunt. creati censores Sex. Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt. tres omnino senatores, neminem curuli honore ulum, praeterierunt. Gratiam quoque ingentem apud eum ordinem pepererunt, quod, ludis Romanis, aedilibus curulibus imperarunt, ut loca senatoria fecernerent a populo. nam antea in promiscuo spectabant. Equitibus quoque perpauca adempti equi, nec in ullum ordinem saevitum. Atrium Libertatis et Villa publica ab eisdem resecta amplificataque. Ver sacrum ludique votivi, quos voverat Ser. Sulpicius

picius Galba consul, facti. Cum spectaculo eorum occupati animi omnium essent, Q. Pleminius, qui propter multa in Deos hominesque scelera, Locris admitta, in carcerem coniectus fuerat, comparaverat homines, qui pluribus simul locisturbis nocte incendia facerent; ut in consternata nocturno tumultu civitate refringi carcer posset. ea res indicio consciorum palam facta, delataque ad senatum est. Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque.

XLV. Coloniae civium Romanorum eo anno deductae sunt Puteolos, Vulturum, Liternum; treceni homines in singulas. Item Salernum Buxentumque coloniae civium Romanorum deductae sunt. deduxere triumviri, T. Sempronius Longus, qui tum consul erat; M. Servilius, Q. Minucius Thermus. Ager divisus est, qui Campanorum fuerat. Sipontum item in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloniam civium Romanorum alii triumviri, D. Junius Brutus, M. Baebius Tamphilus, M. Helvius deduxerunt. Tempfam item et Crotonem civium Romanorum coloniae deductae. Tempfanus ager de Brutiis captus erat: Bruttii Graecos expulerant. Crotonem Graeci habebant. Triumviri Cn. Octavius, L. Aemilius Paulus, C. Plaetorius Crotonem; Tempfam L. Cornelius Merula et C. Salonius deduxerunt. Prodigia quoque alia visa eo anno Romae sunt, alia nuntiata. In foro, et comitio, et Capitolio sanguinis guttae visae sunt: et terra aliquoties pluit: et caput Vulcani arsit. Nuntiatum est, Nare amni lac fluxisse: pueros ingenuos Arimine sine oculis ac naso; et in Piceno agro non manus, non pedes habentem natum. ea prodigia ex pontificum decreto procurata. Et sacrificium novendiale factum, quod Hadriani nuntiaverant, in agro suo lapidibus pluiffe.

XLVI. In Gallia L. Valerius Flaccus proconsul circa Mediolonanum cum Gallis Insubribus, et Bojis, qui Douraco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis collatis depugnavit. decem millia hostium sunt caesa. Per eos dies collega ejus M. Porcius Cato in Hispania triumphavit. tulit in eo triumpho argenti in-

fecti viginti quinque millia pondo, bigati centum viginti tria millia, Oloensis quingenta quadraginta: auri pondo mille quadringenta. Militibus ex praeda divisit in singulos, duceños septuagenos aeris, triplex equiti. Tl. Sempronius consul, in provinciam profectus, in Bojorum primum agrum legiones duxit. Bojorix tum regulus eorum, cum duobus fratribus tota gente concitata ad rebellandum, castra locis apertis posuit: ut appereret dimicaturos, si hostis fines intrasset. Consul ubi, quantae copiae, quanta fiducia esset hosti, sensit, nuntium ad collegam mittit, ut, si videretur ei, maturaret venire. *se tergiversando in adventum ejus rem extracturum.* Quae causa consuli cunctandi, eadem Gallis (praeterquam quod cunctatio hostium animos faciebat) rei maturandae erat, ut, priusquam conjungerentur consulum copiae, rem transigerent. per biduum tamen nihil aliud, quam steterunt parati ad pugnandum, si quis contra egrederetur: tertio subiere ad vallum, castraque ab omni simul parte aggressi sunt. Consul extemplo arma capere milites iussit: armatos inde paulisper continuit: ut et stolidam fiduciam hosti auget, et disponderet copias, quibus quaeque portis erumperent. Duae legiones duabus principalibus portis signa efferre iussae. sed in ipso exitu ita confertim obstitere Galli, ut clauderent viam. Diu in angustiis pugnatum est. nec dextris magis gladiisque gerebatur res, quam scutis corporibusque ipsis omnisi urgebant: Romani, ut signa foras efferrent; Galli, ut aut ipsi in castra penetrarent, aut exire Romanos prohiberent. nec ante in hanc aut illam partem moveri acies potuerunt, quam Q. Victorius primi pili centurio, et C. Atinius tributus militum, quartae hinc, ille secundae legionis, (rem in asperis proeliis saepe tentatam) signa adempta signiferis in hostes injecerunt. dum repetunt ense signum, priores secundani se porta eiecerunt.

XLVII. Jam hi extra vallum pugnabant, quarta legione in porta haerente, cum alius tumultus ex averfa parte castrorum est exortus. in portam quaestoriam irrupuerunt Galli: resistentesque pertinacius occiderunt L. Postumium quaestorem, cui Tympano fuit cognomen,

et

et M. Atinium, et P. Sempronium, praefectos lociâ, et ducentos ferme milites. Capta ab ea parte castra erant, donec cohors extraordinaria, missa a consule ad tuendam quaestoriam portam, et eos, qui intra vallum erant, partim occidit, partim expulit castris, et irruentibus obstitit. Eodem fere tempore et quarta legio cum duabus extraordinariis cohortibus porta erupit. ita simul tria proelia circa castra locis distantibus erant: clamoresque dissoni ad incertos suorum eventus a praesenti certamine animos pugnantium avertabant. Usque ad meridiem aequis viribus, ac prope pari spe, pugnatum est. labor et aestus mollia et fluida corpora Gallorum, et minime patientia sitis, cum decedere pugna coëgisset, in paucos restantes impetum Romani fecerunt, fusosque compulerunt in castra. Signum inde receptui a consule datum est; ad quod pars major receperunt sese; pars, certaminis studio et spe potiundi castris hostium, perstitit ad vallum. Eorum paucitate contempta, Galli universi ex castris eruperunt: fusi inde Romani, quae imperio consulis noluerant, suo pavore ac terrore castra repetunt. ita varia hinc atque illinc nunc fuga, nunc victoria fuit. Gallorum tamen ad undecim millia, Romanorum quinque millia, sunt occisa. Galli recepere in intima sinium sese.

XLVIII. Consul Placentiam legiones duxit. Scipionem alii, conjuncto exercitu cum collega, per Bojorum Ligurumque agros populantem esse, quoad progredi silvae paludesque passae sint, scribunt: alii, nulla memorabili re gesta, comitiorum causa rediisse Romam. Eodem hoc anno T. Quinctius Elatiae, quo in hiberna reduxerat copias, totum hiemis tempus jure dicundo consumsit, mutandisque iis, quae aut ipsius Philippi, aut praefectorum ejus licentia in civitatibus facta erant, cum, suae factionis hominum vires augendo, jus ac libertatem aliorum deprimeret. Veris initio Corinthum, conventu edicto, venit. ibi omnium civitatum legationes in concionis modum circumfulas est allocutus; orsus ab inita primum Romanis amicitia cum Graecorum gente, et imperatorum, qui ante se in Macedonia fuissent, suisque

rebus gestis. Omnia cum approbatione ingenti sunt audita; praeterquam cum ad mentionem Nabidis ventum esset, id minime conveniens liberanti Graeciam videbatur, tyrannum reliquisse, non suae solum patriae gravem, sed omnibus circa civitatibus metuendum, haerentem visceribus nobilissimae civitatis.

XLIX. Nec ignarus hujus habitus animorum Quinctius, Si sine excidio Lacedaemonis fieri potuisset, fatebatur, pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuisse. nunc, cum aliter, quam ruina gravissima civitatis, opprimi non posset, satius visum esse, tyrannum debilitatum, ac totis prope viribus ad nocendum cuiquam ademptis, relinqui: quam intermori vehementioribus, quam quae pati posset, remediis civitatem finire, in ipsa vindicta libertatis perituram. Praeteritorum commemorationi subiecit, Proficisci sibi in Italiam, atque omnem exercitum deportare, in animo esse. Demetriadis Chalcidisque praefidia intra decimum diem audituros deducta: Acrocorinthum ipsis extemplo videntibus vacuum Achaëis traditurum: ut omnes scirent, utrum Romanis, an Aetolis, mentiri mos esset; qui male commissam libertatem populo Romano sermonibus distulerint, et mutatos pro Macedonibus Romanos dominos. Sed illis, nec quid dicerent, nec quid facerent, quidquam unquam pensi fuisse. Reliquas civitates monere, ut ex factis, non ex dictis, amicos pensent: intelligantque, quibus credendum, et a quibus cavendum sit. Libertate modice utantur: temperatam eam, salubrem et singulis, et civitatibus esse: nimiam, et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, effrenatam et praecipitem esse. Concordiae in civitatibus, principes et ordines inter se, et in commune omnes civitates, consulerent. adversus consentientes nec regem quemquam satis validum, nec tyrannum fore. Discordiam et seditionem omnia opportuna insidiantibus facere, cum pars, quae domestico certamine inferior sit, externo potius se applicet, quam civi cedat. Alienis armis partam, externa fide redditam libertatem sua cura custodirent servarentque: ut populus Romanus dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum sciret.

L. Has velut parentis voces cum audirent, manare omnibus gaudio lacrimae, adeo ut ipsum quoque confunderent dicentem. Paulisper fremitus approbantium dicta fuit, monentiumque aliorum alios, ut eas voces, velut oraculo missas, in pectora animosque demitterent. Silentio deinde facto, petiit ab iis, ut cives Romanos, si qui apud eos in servitute essent, conquistos intra duos menses mitterent ad se in Thessaliam. *Ne ipsis quidem honestum esse, in liberata terra liberatores ejus servire.* Omnes acclamarunt, *gratias se inter cetera, etiam ob hoc agere, quod admoniti essent, ut tam pio, tam necessario officio fungerentur.* Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos Hannibal, cum a suis redimerentur, vendiderat. Multitudinis eorum argumentum sit, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetit: cum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. Mille enim ducentos ea ratione Achaja habuit. Adjice nunc pro portione, quot verisimile sit totam Graeciam habuisse. Nondum conventus dimissus erat, cum respiciunt praesidium, ab Acrocorintho descendens, protinus ad portam duci atque abire. Quorum agmen imperator secutus, prosequentibus cunctis, servatorem liberatoremque acclamantibus, salutatis dimissisque eis, eadem, qua venerat, via Elatiam rediit. inde cum omnibus copiis Ap. Claudium legatum dimittit. per Thessaliam atque Epirum ducere Oricum jubet, atque ibi se opperiri. inde namque in animo esse, exercitum in Italiam trajicere. et L. Quinctio fratri, legato et praefecto classis, scribit, ut onerarias ex omni Graeciae ora eodem contraheret.

LI. Ipse, Chalcidem profectus, deductis non a Chalcide solum, sed etiam ab Oreo atque Eretria, praesidiis, conventum ibi Euboicarum civitatum habuit: commixtosque, in qua statu rerum accepisset eos, et in quo relinqueret, dimisit. Demetriadem inde proficiscitur: deductoque praesidio prosequentibus cunctis, sicut Corinthi et Chalcide, perguit ire in Thessaliam: ubi non liberandae modo civitates erant, sed ex omni colluvione et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendae.

Nec alius temporum modo vicis, ac violentia, et licentia regna turbata erant: sed inquieto etiam ingenio gentis, nec civibus, nec conventum, nec concilium ullum, non per seditionem ac tumultum, jam inde a principio ad nostram usque aetatem, traducunt. A censa urbane secessum et iudices legit: potentiorisque eam partem civitatem fecit, cui salva tranquillaque omnia magis esse expediebat.

LI. Ita cum percensuisset Thessaliam, per Epirum in Italiam, unde erat trajecturus, venit. Ab Orico copiose vias Brundilium transportatae, inde per totam Italiam ad urbem prope triumphantes, non minore agmine rerum captarum, quam suo, prae se acto, venerunt. Postquam Romam ventum est, senatus extra urbem Quinctio ad res gestas ediliendas datus est, triumphusque ab lubentibus decretus. Triduum triumphavit. die primo arua, tela, lignaque aerea et marmorea transtulit, plura Philippo adempta, quam quae ex civitatibus ceperat: secundo die aurum argentumque, factum infectumque et signatum. Infecti argenti fuit decem et octo millia pondo, et ducenta septuaginta facti: vasa multa omnis generis, caelata pleraque, quaedam eximiae artis: et ex aere multa fabrefacta. ad hoc clypea argentea decem. Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum: tetradrachma vocant: trium fere denariorum in singulis argenti est pondus. Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim, et clypeum unum ex auro totum: et Philippi nummi aurei quatuordecim millia, quingenti quatuordecim. Tertio die coronae aureae, dona civitatum, translatae centum quatuordecim: et hostiae ductae: et ante currum multi nobiles captivi obsolesque, inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit, et Armenes, Nabidis tyranni filius, Lacedaemonius. Ipse deinde Quinctius in urbem est invectus. milites secuti currum frequentes, ut omni ex provincia exercitu deportato. His ducenti quinquageni aeris in pedites divisi: duplex centurioni, triplex equiti. Praebuerunt speciem triumpho capitibus raris secuti, qui servitute exempti fuerant.

LIII. Exitu hujus anni Q. Aelius Tubero tribunus plebis ex senatusconsulto tulit ad plebein, plebesque scivit, *Ut Latinae duae coloniae, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum, deducerentur.* His deducendis triumviri creati, quibus in triennium imperium esset, in Bruttios Q. Naevius, M. Minucius Rufus, M. Furius Crassipes: in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Aelius, L. Apustius. ea bina comitia Cn. Domitius praetor urbanus in Capitolio habuit. Aedes eo anno aliquot dedicatae sunt: una Junonis Sospitae in foro olitorio, vota locataque quadriennio ante a C. Cornelio consule Gallico bello; censor idem dedicavit: altera Fauni. aediles eam biennio ante ex mulctatio argento faciendam locabant, C. Scribonius, et Cn. Domitius, qui praetor urbanus eam dedicavit, et aedem Fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla, duumvir ad id ipsum creatus. voverat eam decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus, locaverat idem censor. Et in insula Jovis aedem C. Servilius duumvir dedicavit. vota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone praetore; ab eodem postea consule locata. Haec eo anno acta.

LIV. P. Scipio ex provincia Gallia ad consules surrogandos venit. Comitia consulum fuere, quibus creati sunt L. Cornelius Merula et Q. Minucius Thermus. Postero die creati sunt praetores L. Cornelius Scipio, M. Fulvius Nubilior, C. Scribonius, M. Valerius Messalla, L. Porcius Licinus, et C. Flaminius. Megalesia, ludos scaenicos, C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo aediles curules primi fecerunt. Horum aedilium ludos Romanos primum senatus a populo secretus spectavit, praebuitque sermones, (sicut omnis novitas solet) aliis, *tandem, quod multo ante debuerit, tributum, consentibus, amplissimo ordini; aliis, dentum ex dignitate populi, quidquid majestati Patrum adjectum esset, interpretantibus. et omnia discrimina talia, quibus ordines discernerentur, et concordiae, et libertatis aequae minuendae esse.* Ad quingentesimum quinquagesimum octavum annum in promiscuo spectatum esse. Quid repense factum, cur

immisceri sibi in covea Patres plebem molles? Cur dives pauperum confessorum f. fidures? novam et superbam libidinem, ab nullius ante gentis senatu neque desideratam, neque iustitiam. Postremo ipsum quoque Africanum, quod consul auctor ejus rei fuisset, poenituisse ferunt. adeo nihil motum ex antiquo, probabile est: veteribus, nisi quae usus evidenter arguit, stare malunt.

LV. Principio anni, quo L. Cornelius, Q. Minucius consules fuerunt, terrae motus ita crebri nuntiabantur, ut non rei tantum ipsius, sed feriarum quoque ob id indictarum, homines taederet. nam neque senatus haberi, neque respublica administrari poterat, sacrificando expiandoque occupatis consulibus. Postremo, decemviris adire libros iussis, ex responso eorum supplicatio per triduum fuit. coronati ad omnia pulvinaria supplicaverunt: edictumque est, ut omnes, qui ex una familia essent, pariter supplicarent. item ex auctoritate senatus consules edixerunt, ne quis, quo die, terrae motu nuntiatio, feriae indictae essent, eo die alium terrae motum nuntiaret. Provincias deinde consules prius, tum praetores sortiti. Cornelius Galliam, Minucius Ligures sortiti sunt: C. Scribonius urbanam, M. Valerius peregrinam, L. Cornelius Siciliam, L. Porcius Sardiniam, C. Flaminius Hispaniam citeriorem, M. Fulvius Hispaniam ulteriorem.

LVI. Nihil belli eo anno expectantibus consulibus, literae M. Cincii (praefectus is Pisis erat) allatae: *Ligurum viginti millia armatorum, conjuratione per omnia conciliabula universae gentis facta, Lunensem primum agrum depopulator, Pisanum deinde finem transgressos, omnem oram maris peragrassse. Itaque Minucius consul, cui Ligures provincia evenerat, ex auctoritate Patrum in Rostra ascendit, et edixit, Ut legiones duae urbanae, quae superiore anno conscriptae essent, post diem decimum Aeneas adessent. in earum locum se duas legiones urbanas scripturum. item sociis et Latino nomine, magistratibus legatisque eorum, qui milites dare debebant, edixit, ut in Capitolio se adirent. his quindecim millia peditum*

et quingentos equites, pro numero cuiusque juniorum, descripsit: et inde e Capitolio protinus ire ad portam, et, ut maturaretur res, proficisci ad delectum iussit. Eulvio Flaminioque terna millia Romanorum peditum et centeni equites in supplementum, et quina millia socium Latini nominis et ducenti equites decreti; mandatumque praetoribus, ut veteres dimitterent milites, cum in provinciam venissent. Cum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos plebis adissent, uti causas cognoscerent eorum, quibus aut emerita stipendia, aut morbus causae essent, quo minus militarent; eam rem literae Ti. Sempronii discusserunt, in quibus scriptum erat, *Ligurum decem millia in agrum Placentinum venisse: et eum usque ad ipsa coloniae moenia et Padi ripas cum caedibus et incendiis perpopulatas esse. Bojorum quoque gentem ad rebellionem spectare.* Ob eas res tumultum esse decrevit senatus: tribunos plebei non placere causas militares cognoscere, quo minus ad edictum convenirent. Adjecerunt etiam, ut locii nominis Latini, qui in exercitu P. Cornelii, Ti. Sempronii fuissent, et dimissi ab iis consulibus essent, ut, ad quam diem L. Cornelius consul edixisset, et in quem locum edixisset Etruriae, convenirent: et uti L. Cornelius consul, in provinciam proficiscens, in oppidis agrisque, qua iturus esset, si quos ei videretur, milites scriberet, armaretque, et duceret secum: dimittendique ei, quos eorum, quandoque vellet, jus esset.

LVII. Postquam consules, delectu habito, profecti sunt in provincias, tum T. Quinctius postulavit, *ut de his, quae cum decem legatis ipse statuisset, senatus audiret; eaque, si videretur, auctoritate sua confirmaret.* Id eos facilius facturos, *si legatorum verba, qui ex universa Graecia et magna parte Asiae, quique ab regibus venissent, audissent.* Hae legationes a C. Scribonio praetore urbano in senatum introductae sunt; benigneque omnibus responsum. Cum Antiocho quia longior disceptatio erat, decem legatis, quorum pars in Asia, aut Lyfinaebiae apud regem fuerant, delegata est. T. Quinctio mandatam, ut, adhibitis iis, legatorum regis verba audiret,

audiret, responderetque iis, quae ex dignitate atque utilitate populi Romani responderi possent. Menippus et Hegeslanax principes regiae legationis erant. ex iis Menippus, Ignorare se, dixit, quidnam perplexi sua legatio haberet, cum simpliciter ad amicitiam perendam jungendamque societatem venissent. Esse autem tria genera foederum, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates regesque. Unum, cum bello victis dicerentur leges. ubi enim omnia ei, qui armis plus posses, dedita essent, quae ex iis habere victos, quibus mulctari eos velis, ipsius jus atque arbitrium esse. Alterum, cum pares bello aequo foedere in pacem atque amicitiam venirent. tunc enim repeti reddique per conventionem res, et, si quidrum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi. Tertium esse genus, cum, qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali foedere inter se jungendam coeant, eos neque dicere, neque accipere leges; id enim victoris et victi esse. Ex eo genere cum Antiochus esset, mirari se, quod Romani aequum censeant, ei leges dicere, quas Asiae urbium liberas et immunes, quas stipendiarias esse velint; quas in praesidia regia regemque veterent. Cum Philippo enim hoste pacem, non cum Antiocho amico societatis foedus ita sancendum esse.

LVIII. Ad ea Quinctius: Quoniam vobis distincte agere liber, et genera jungendarum amicitiarum enumerare, ego quoque duas condiciones ponam, extra quas nullam esse regi nuntietis amicitiae cum populo Romano jungendae. Unam, si nos nihil, quod ad urbes Asiae attinet, curare velit, ut et ipse omni Europa abstineat. alteram, si se ille Asiae finibus non contineat, et in Europam transcendat, ut et Romanis jus sit, Asiae civitatum amicitias et tueri, quas habeant, et novas complecti. Enimvero id auditu etiam, dicere, indignum esse, Hegeslanax, Thraciae et Chersonesi urbibus arceri Antiochum; quae Seleucus proavus ejus, Lyfimacho rege bello victo et in acie caeso, per summum decus parva reliquerit; pari cum laude partim ab Thracibus possessa armis recuperis Antiochus, partim deserta, sicut ipsam Lyfimachiam.

chiam, et revocatis cultoribus frequentaveris, et, quae frata ruinis atque incendiis erant, ingentibus impensis aedificaveris. Quid igitur simile esse, ex ea possessione, ita parva, ita recuperata, deduci Antiochum, et Romanos abstinere Asia, quae nunquam eorum fueris? Amicitiam Romanorum expetere Antiochum: sed quae impetrata gloriae sibi, non pudori, sit Ad haec Quinctius, Quandoquidem, inquit, honesta pensamus, sic ut aus sola, aut prima certe, pensari decet principi orbis terrarum populo et tanto regi; utrum eandem videatur honestius, liberas velle omnes, quae ubique sunt, Graeciae urbes, an servas et vectigales facere? Si sibi Antiochus pulchrum esse censet, quas urbes proavus belli jure habuerit, avus paterque nunquam usurpaverint pro suis, eas repetere in servitutem; et populus Romanus, susceptum patrociniū libertatis Graecorum non deserere, fidei constantiaeque suae ducit esse. Sicut a Philippo Graeciam liberavit, ita et ab Antiocho Asiae urbes, quae Graji nominis sint, liberare in animo habet. neque enim in Aeolidem Ioniamque coloniae in servitutem regiar: missae sunt: sed stirpis laudandae causa, gentisque vetustissimae per orbem terrarum propagandae.

LIX. Cum haesitaret Hegelianax, nec infitiri posset, honestiorem causam libertatis, quam servitutis, praetexti titulo; *Quin mittimus ambages, inquit P. Sulpicius, qui maximus natu ex decem legatis erat. Alteram ex duabus conditionibus, quae modo diserte a Quinctio datae sunt, legite: aut supersedete de amicitia agere. Nos vero, inquit Menippus, nec volumus, nec possumus pacisci quidquam, quo regnum Antiochi minuat. Postero die Quinctius legationes universas Graeciae Asiaeque cum in senatum introduxisset, ut scirent, quali animo populus Romanus, quali Antiochus erga civitates Graeciae essent; postulata et sua, et regis exposuit. Renuerant civitatibus suis, populum Romanum, qua virtute quaque fide libertatem eorum a Philippo vindicaverit, eadem ab Antiocho, nisi decedat Europa, vindicaturum. Tum Menippus deprecari et Quinctium et Patres institit. Ne festinarent discernere, quo decreto turbaturi orbem*

terrarum essent. Tempus et sibi sumerent, et regi ad cogitandum darent. cogitaturum, cum renuntiatae condiciones essent; et imperraturum aliquid, aut pacis causa consensus. Ita integra dilata res est. legatos mitti ad regem eosdem, qui Lyfimachiae apud eum fuerant, placuit, P. Sulpicium, P. Villium, P. Aelium.

LX. Vixdum ii profecti erant, cum a Carthagine legati, bellum haud dubie parare Antiochum, Hannibale ministro, attulerunt, injeceruntque curam, ne simul et Punicum bellum excitaretur. Hannibal, patria profugus, pervenerat ad Antiochum, sicut ante dictum est: et erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, nisi quod volutanti diu consilia de Romano bello nemo aptior super tali re particeps sermonis esse poterat. Sententia ejus una atque eadem semper erat, *ut in Italia bellum gereretur. Italiam et comearus et militem praebituram externo hosti. Si nihil ibi moveatur, liceatque populo Romano viribus et copiis Italiae extra Italiam bellum gerere; neque regem, neque gentem ullam parem Romanis esse. Sibi centum tectas naves, et decem milia peditum, mille equites depolcebat. Ea se classe primum Africam petiturum. magnopere confidere, et Carthaginenses ad rebellandum ab se compelli posse. Si illi cunctentur, se aliqua parte Italiae bellum excitaturum Romanis. Regem cum ceteris omnibus transire in Europam debere, et in aliqua parte Graeciae copias continere, neque trajicientem, et (quod in speciem famamque belli satis sit) paratum trajicere.*

LXI. In hanc sententiam cum adduxisset regem, praeparandos sibi ad id popularium animos ratus, literas, ne quo casu interceptae palam facerent conata, scribere non est ausus. Aristonem quendam Tyrium nactus Ephesi, expertusque solertiam levioribus ministeriis; partim donis, partim spe praemiorum oneratum, quibus etiam ipse rex annuerat, Carthaginem cum mandatis mittit: edit nomina eorum, quibus conventis opus esset: instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent sua mandata esse. Hunc Aristonem Carthagine obversantem

tantem non prius amici, quam inimici Hannibalis, qua de causa venisset, cognoverunt. Et primo in circulis conviviiisque celebrata sermonibus res est. deinde in senatu quidam, *Nihil actum esse, dicere, exilio Hannibalis, si absens quoque novas moliri res, sollicitandoque animos hominum turbare statum civitatis posset. Aristonem quendam, Tyrium advenam, instructum mandatis ab Hannibale et ab Antiocho rege, venisse: certos homines quotidie cum eo secreta colloquia serere, et in occulto colloqui, quod mox in omnium perniciem erupturum esset. Conclamare omnes, Vocari Aristonem debere, et quaeri, quid venisset: et, nisi expromeret, cum legatis Romam mitti. satis pro temeritate unius hominis suppliciorum pensum esse. Privatos suo periculo peccaturos. rempublicam non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxae, conservandam esse. Vocatus Aristo purgare sese, et firmissimo propugnaculo uti, quod literarum nihil ad quenquam attulisset. ceterum nec causam adventus satis expediebat, et in eo maxime haesitabat, quod cum Barcinæ solum factionis hominibus collocutum eum arguebant. Orta deinde altercatio est, aliis pro speculatore comprehendi jam et custodiri jubentibus, aliis negantibus, tumultuandi causam esse. mali rem exempli esse, de nihilo hospites corripere. Idem Carthaginiensibus, et Tyri, et in aliis emporiis, in quae frequenter commeant, eventurum. Dilata eo die res est. Aristo, Punico ingenio inter Poenos usus, tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratum prima vespere suspendit. ipse de tertia vigilia navem conscendit et profugit. Postero die, cum Sufetes ad jus dicendum consedisent, conspectae tabellae, demtaeque, et lectae. Scriptum erat, ARISTONEM PRIVATIM AD NEMINEM, PUBLICE AD SENIORES (ita senatum vocabant) MANDATA HABUISSE. Publicato crimine, minus intenta de paucis quaestio erat. mitti tamen legatos Romam, qui rem ad consules et ad senatum deferrent, placuit: simul qui de injuriis Masinissae quererentur.*

LXII. Masinissa postquam et infames Carthaginienses, et inter se ipsos discordes sensit, principes propter collo-

colloquia Aristonis senatui, senatum propter indicium ejusdem Aristonis populo suspectum; locum injuriæ esse ratus, agrum maritimum eorum et depopulatus est, et quasdam urbes vectigales Carthaginiensium sibi cœgit stipendium pendere. Emporia vocant eam regionem. ora est minoris Syrtis, et agri uberis; una civitas ejus Leptis: ea singula in dies talenta vectigal Carthaginiensibus dedit. Hanc tum regionem et totam infestam Massinissa, et ex quadam parte dubiæ possessionis, sui regni, an Carthaginiensium esset, effecerat. et quia simul ad purganda crimina, et questum de se Romam eos ituros comperit; qui et illa onerarent suspicionibus, et de jure vectigalium disceptarent, legatos et ipse Romam mittit. Auditi de Tyro advena primum Carthaginienses curam injecere Patribus, ne cum Antiocho simul et Poenis bellandum esset. maxime ea suspicio crimen urgebat, quod, quem comprehensum Romam mitti placuisset, nec ipsum, neq. navem ejus custodissent. De agro deinde cum regis legatis disceptari coeptum. Carthaginienses jure finium causam tutabantur: *quod intra eos terminos esset, quibus P. Scipio victor agrum, qui juris esset Carthaginiensium, finisset: et confessiones regis: qui, cum Aphireum profugum ex regno suo, cum parte Numidarum vagantem circa Cyrenas, persequeretur, precario ab se iter per eum ipsum agrum, tanquam haud dubie Carthaginiensium juris, petisset.* Numidæ et de terminatione Scipionis mentiri eos arguebant: *et, si quis veram originem juris exigere vellet, quem proprium agrum Carthaginiensium in Africa esse? Advenis, quantum secro bovis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem communiendam precario datum. quidquid Byrsam sedem suam exceperint, vi atque injuria partum habere.* Neque eum, de quo agatur, probare eos posse, non modo semper, ex quo coeperint, sed ne diu quidem eos possedisse. Per opportunitates, nunc illos, nunc reges Numidarum, usurpasse jus: semperque penes eum possessionem fuisse, quæ plus armis potuisset. Cujus conditionis res fuerit, priusquam hestes Romanis Carthaginienses, socius atque amicus rex Numidarum esset, ejus sincerent esse: nec se interponerent, quo minus, qui possent, tenerent. Responderi legatis.

legatis utriusque partis placuit, missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginiensem et regem in re praesenti disceptarent. Missi P. Scipio Africanus, et C. Cornelius Cethegus, et M. Minucius Rufus; audita inspectaque re, suspenso omnia, neutro inclinatis sententiis, reliquere. Id utrum sua sponte fecerint, an quia mandatum ita fuerit, non tam certum est, quam videtur tempori aptum fuisse, integro certamine eos relinqui. Nam, ni ita esset, unus Scipio, vel noticia rei, vel auctoritate, ita de utrisque meritis, finire nutu disceptationem potuisset.

EPITOME LIBRI XXXV.

P. Scipio Africanus legatus ad Antiochum Ephesi cum Hannibale, qui se Antiocho junxerat, collocatus est; ut, si fieri posset, metum ei, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia cum quaereret, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondit: Alexandrum Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset; quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. Quarenti deinde, quem secundum poneret, Pyrrhum inquit, castra metari primum docuisse. ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praelidia disposuisse. Exsequenti, quem tertium diceret, semet ipsum dixit. Ridens Scipio, Quidnam tu diceres, si me, inquit, vicisses? Tunc vero, inquit, me et ante Alexandrum, et ante Pyrrhum, et ante alios posuissem. Inter cetera prodigia, quae plurima fuisse iraduntur, bovem C. Domitii consulis locutum, Roma cave tibi, refertur. Apparant in Antiochum bellum Romani. Nabis Lacedaemoniorum tyrannus, incitatus ab Aetolis, qui et Philippum et Antiochum ad inferendum bellum populo Romano sollicitabant, a populo Romano desciuit: et, bello adversus Philopoemenem Achaeorum praetorem gesto, ab Aetolis et ab Alexameno duce eorum interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi

T. Livii rom. III. M Roma-

colloquia Aristonis senatui, senatum propter
 ejusdem Aristonis populo suspectum; locum
 ratus, agrum maritimum eorum et depor-
 quasdam urbes vectigales Carthaginiensium
 suspendium pendere. Emporia voca-
 ora est minoris Syrtis, et agri uberi-
 Leptis: ea singula in dies talenta ven-
 bus dedit. Hanc tum regionem
 nissa, et ex quadam parte dubi-
 an Carthaginiensium esset, e-
 purganda crimina, et quest-
 comperit; qui et illa omnia
 vectigalium disceptarent
 Auditi de Tyro adver-
 injecere Patribus, n-
 landum esset. max-
 quem compreh-
 lum, nec naver-
 regis legatis
 finium caus-
 quibus P.
 nienfium.
 rem pro-
 gantem
 per-
 longo itinere concurreret. Tertia namque vigilia
 hostes: hinc nocturno itinere tres diurnae horae
 ceperant: nec ulla quiete data, laborem viae proelium
 exceperat. Itaque principio pugnae vigoris aliquid in-
 ceperibus animisque fuit, et turbaverant primo Roma-
 nos: deinde ceptata paucis per pugna est. In hoc discrim-
 mine Iudae Jovi, si vi fuisset cecidissetque hostes, pro-
 praetor vocit. Tandem gradum acris invadere Romani,
 castisque Lusitanus. deinde prius terga dedit: et, cum
 insidissent fugientibus victores, ad duodecim milia ho-
 stium sunt caesa: capti quingenti quadraginta, omnes
 fere equites: et signa militaria capta centum triginta
 quatuor. de exercitu Romano septuaginta et tres amissi.
 Pugnatae haud procul supra urbe est. Eo victorem opu-
 lentum praedae exercitum P. Cornelius reduxit. ea om-
 nis ante urbem exposita est: potestasque dominis suas

ntio-
 rplu-
 toras
 para-

res

U. C. 559.

a. C. N. 193.

agnoscendi facta. cetera vendenda quaefiori data:
de refectione est, militi divisum.

Condendum ab Roma profectus erat C. Flaminius
haec in Hispania gerebantur. itaque tam
n secundae res per ipsum amicosque ejus
bus celebrabantur: et tentaverat, quo-
ens in provincia exarisset, et exiguas
ab Sex. Digulio, atque eas ipsas ple-
accepturus esset, ut unam sibi ex
ernerent: ad quam cum militum
senatusconsulto adiecisset, elige-
no sex millia et quingentos pedites, et
tos. *Ea se legione (nam in Sex. Digulii
ad multum spei esse) rem gesturum.* Seniores
*Ad rumores, a privatis temere in gratiam ma-
ratuum confictos, senatusconsulta facienda esse. nisi
quod aut praetores ex provinciis scriberent, aut legati
renuntiarent, nihil ratum haberi debere. Si tumultus
in Hispania esset, placere, tumultuarios milites extra
Italiam scribi a praetore.* Mens ea senatus fuit, ut in
Hispania tumultuarii milites legerentur. Valerius An-
tias et in Siciliam navigasse delectus causa C. Flaminium
scribit: et ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate
in Africam delatum, vagos milites de exercitu P. Afri-
ciani sacramento rogasse: his duarum provinciarum de-
lectibus tertium in Hispania adiecisse.

III. Nec in Italia segnus Ligurum bellum cresce-
bat. Pisas jam quadraginta millia hominum, affluente
quotidie multitudine ad famam belli spemque praedae,
circumferebant. Minucius consul Arretium die, quem
dixerat ad conveniendum militibus, venit. inde qua-
drato agmine ad Pisas duxit; et, cum hostes mille pas-
sum ab oppido trans fluvium movissent castra, consul
urbem, haud dubie servatam adventu suo, est ingressus.
Postero die et ipse trans fluvium fere quingentos passus
ab hoste posuit castra. inde levibus proeliis a populatio-
nibus agrum lociorum tutabatur. in aciem exire non
audebat, novo milite, et ex multis generibus hominum

collecto, necdum noto satis inter se, ut fidere alii aliis possent. Ligures multitudinē freti et in aciem exhibant, parati de summa rerum decernere: et abundantes militum numero passim multas manus per extrema finium ad praedandum emittebant: et, cum coacta vis magna pecorum praedaeque esset, paratum erat praesidium, per quod in castella eorum vicosque ageretur.

IV. Cum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset, consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Bojorum induxit, ubi longe alia belli ratio, quam cum Liguribus, erat. Consul in aciem exhibat, hostes pugnam detrectabant; praedatumque, ubi nemo obviam exiret, discurrebant Romani; Boji diripi sua impune, quam tuendo ea conferere certamen, malebant. Postquam omnia ferro ignique satis evastata erant, consul agro hostium excessit, et ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat. Boji, ubi egressum e finibus suis hostem sensere, sequebantur silenti agmine, locum insidiis quaerentes. nocte praetergressi castra Romana saltum, qua transeundum erat Romanis, infederunt. Id cum parum occulte fecissent, consul, qui multa nocte solitus erat invere castra, ne nox terrorem in tumultuario proelio augetet, lucem expectavit: et, cum luce moveret, tamen turmam equitum exploratum misit. Postquam relatum est, quantae copiae, et in quo loco essent, totius agminis sarcinas in medium conjici jussit, et triarios vallum circumjicere: cetero exercitu instructo ad hostem accessit. Idem et Galli fecerunt, postquam apertas esse insidias, et recto ac justo proelio, ubi vera virtus vinceret, dimicandum viderunt.

V. Hora secunda ferme concursus est. sinistra sociorum ala et extraordinarii prima in acie pugnabant. praeerant duo consulares legati, M. Marcellus et Ti. Sempronius, prioris anni consul. Novus consul nunc ad prima signa erat, nunc legiones continebat in subsidiis; ne certaminis studio prius procurerent, quam datum signum esset. equites earum extra aciem in locum pa-

centem Q. et P. Minucios tribunos militum educere iussit. inde, cum signum dedisset, impetum ex aperto facerent. Haec agenti nuntius venit a Ti. Sempronio Longo, *non sustinere extraordinarios impetum Gallorum, et caesos permultos esse: et, qui supersint, partim labore, partim metu remississe ardorem pugnae. legionem alteram ex duabus, si videretur, submittere, priusquam ignominia acciperetur.* Secunda legio missa est, et extraordinarii recepti. Tum redintegrata est pugna. Cum et recens miles, et frequens ordinibus legio successisset, et sinistra ala ex proelio subducta est; dextra in primam aciem subiit. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia aestus corpora Gallorum: densis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in scuta incumbentes, sustinebant impetus Romanorum. Quod ubi animadvertit consul, ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem, qui praeerat alariis equitibus, quam concitatissimos equos immittere iubet: et legionarios equites in subsidiis esse. Haec procella equestris primo confudit et turbavit, deinde dissipavit aciem Gallorum; non tamen, ut terga darent. Obstabant duces, hastilibus caedentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes: sed interequitantes alarii non patiebantur. Consul obtestabatur milites, *Ut paullulum anniserentur: victoriam in manibus esse, dum perturbatos et trepidantes viderent, instarent. si restitui ordines sissent, integro rursus eos proelio et dubio dimicatuuros.* Inferre vexillarios iussit signa. omnes connisi tandem everterunt hostem. Postquam terga dabant, et in fugam passim effundebantur, tum ad persequendos eos legionarii equites immissi. Quatuordecim millia Bojorum eo die caesa sunt; vivi capti mille nonaginta duo: equites septingenti viginti unus, tres duces eorum, signa militaria ducenta duodecim, carpenta sexaginta tria. Nec Romanis incrementa victoria fuit. supra quinque millia militum, ipsorum aut sociorum, sunt amissa, centuriones tres et viginti, praefecti socium quatuor, et M. Genucius, et M. Marcius, tribuni militum secundae legionis.

U. C. 559.

a. C. N. 193.

stiterentur; et ex ea die pecuniae creditae, qui-
 velle legibus, jus creditori diceretur. In-
 profellionibus detecta est magnitudo aeris
 e fraudem contracti, M. Sempronius tri-
 notoritate Patrum plebeum rogavit, ple-
 m socijs ac nomine Latino pecuniae
 mod cum civibus Romanis, esset.
 itiacque acta. In Hispania nequa-
 quantum auxerat fama. C. Fla-
 ia oppidum Luciam in Oreta-
 na milites deduxit. et per
 memoria digna, adversus
 , excursiones, vario ta-
 tura, sunt facta. Ma-
 , apud Tolctum oppidum
 et Celtiberis lignis collatis
 arum gentium fudit fugavitque:
 um cepit.

Cum haec in Hispania gerebantur, comitio-
 apetebat dies. itaque L. Cornelius consul,
 ad exercitum M. Claudio legato, Romam venit.
 in senata cum de rebus ab se gestis diffemisset, quo-
 que in statu provincia esset; questus est cum Patribus
 conscriptis, quod, tanto bello una secunda pugna tam
 feliciter perfecto, non esset habitus Diis immortalibus
 honos. Postulavit deinde, ut supplicationem simul
 triumphumque decernerent. Prius tamen, quam relatio
 fieret, Q. Metellus, qui consul dictatorque fuerat, Li-
 teras eodem tempore, dixit, et consulis L. Cornelii ad
 senatum, et M. Marcelli ad magnam partem senatorum,
 alias esse, inter se pugnantes: eoque dilata esse con-
 sultationem, ut praesensibus auctoribus earum literarum
 disceptaretur. Itaque expectasse sese, ut consul, qui sci-
 ret ab legato suo adversus se scriptum aliquid, cum ipse
 venturum esset, deduceret eum secum Romam: cum etiam
 verius esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exer-
 citum, quam legato. Nunc videri esse amicum de indu-
 stria, ut ea, quae scripisset, praesens diceret, aut argue-
 ret coram: et, si quid vani afferret, argui posset, donec

VI. Eodem fere tempore duorum consulum literae allatae sunt, L. Cornelii de proelio ad Mutinam cum Bojjs factò, et Q. Minucii a Pisis. *Comitia suae sortis esse, ceterum adeo suspensa omnia in Liguribus se habere, ut abscedi inde, sine pernicie sociorum et damno reipublicae, non possit. Si ita videretur Patribus, mittebant ad collegam, ut is, qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret: si quid facere gravaretur, quod non suae sortis id negotium esset, se quidem facturum, quodcunque senatus censuisset; sed etiam atque etiam viderent, ne magis e republica esset interregnum iniri, quam ab se in eo statu relinqui provinciam.* Senatus C. Scribonio negotium dedit, ut duos legatos ex ordine senatorio mitteret ad L. Cornelium consulem, qui literas collegae ad senatum missas deferrent ad eum; et nuntiarent, *senatum, ni is ad magistratus subrogandos Romam veniret, potius, quam Q. Minucius a bello integro avocaretur, interregnum iniri passurum.* Missi legati renuntiarunt, *L. Cornelium ad magistratus subrogandos Romam venturum.* De literis L. Cornelii, quas scripserat secundum proelium cum Bojjs factum, disceptatio in senatu fuit: quia privatim plerisque senatoribus legatus M. Claudius scripserat, *Fortunae populi Romani et militum virtuti gratiam habendam, quod res bene gesta esset. Consulis opera et militum aliquantum amissum, et hostium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerit, elapsum. Milites eo plures perisse, quod tardius ex subsidiis, qui laborantibus opem ferrent, successissent. Hostes e manibus emissos, quod equitibus legionariis et tardius datum signum esset, et persequi fugientes non licuisset.*

VII. De ea re nihil temere decerni placuit: ad frequentiores consultatio dilata est. Instabat enim cura alia, quod civitas foenore laborabat: et quod, cum multis foenebris legibus conficta avaritia esset, via fraudis inita erat, ut in focios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent; ita libero foenore obruebant debitores. Cujus coercendi cum ratio quaereretur, diem *iniri placuit Feralia, quae proxime fuissent: ut, qui post eam diem focii civibus Romanis credidissent pecunias,*

U. C. 559.

a. C. N. 193.

nias, profiterentur; et ex ea die pecuniae creditae, quibus debitor vellet legibus, jus creditori diceretur. Inde, postquam profellionibus detecta est magnitudo aeris alieni, per hanc fraudem contracti, M. Sempronius tribunus plebis ex auctoritate Patrum plebem rogavit, plebesque scivit, ut cum sociis ac nomine Latino pecuniae creditae jus idem, quod cum civibus Romanis, esset. Haec in Italia domi militiacque acta. In Hispania nequaquam tantum belli fuit, quantum auxerat fama. C. Flaminius in citeriori Hispania oppidum Luciam in Oretanis cepit: deinde in hiberna milites deduxit. et per hiemem proelia aliquot, nulla memoria digna, adversus latronum magis, quam hostium, excursions, vario tamen eventu, nec sine militum jactura, sunt facta. Majores res gestae a M. Fulvio. Is apud Toletum oppidum cum Vaccaeis Vectonibusque et Celtiberis signis collatis dimicavit: exercitum earum gentium fudit fugavitque: regem Hilermum vivum cepit.

VIII. Cum haec in Hispania gerebantur, comitorum jam appeterat dies. itaque L. Cornelius consul, relicto ad exercitum M. Claudio legato, Romam venit. Is in senata cum de rebus ab se gestis diffemisset, quoque in statu provincia esset; questus est cum Patribus conscriptis, quod, tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto, non esset habitus Diis immortalibus honos. Postulavit deinde, ut supplicationem simul triumphumque decernerent. Prius tamen, quam relatio fieret, Q. Metellus, qui consul dictatorque fuerat, *Litteras eodem tempore, dixit, et consulis L. Cornelii ad senatum, et M. Marcelli ad magnam partem senatorum; altas esse, inter se pugnantem: eoque dilaram esse consultationem, ut praesentibus auctoribus earum litterarum discerneretur. Itaque expectasse sese, ut consul, qui sciret ab legato suo adversus se scriptum aliquid, cum ipse veniendum esset, deduceret eum secum Romam: cum etiam verius esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato. Nunc videri esse amicum de industria, ne ea, quae scripisset, praesens diceret, aut argueret coram: et, si quid vani afferret, argui posset, donec*

ad liquidum veritas explorata esset. Itaque nihil eorum, quae postulares consul, decernendum in praesentia censere. Cum pergeret nihilo legnius referre, ut supplicatio decerneretur, triumphantique sibi urbem invehii liceret; M. et C. Titinii tribuni plebis, se intercessuros, si de ea re fieret senatusconsultum, dixerunt.

IX. Censores erant priore anno creati **Sex. Aelius Paetus** et **C. Cornelius Cethegus**. Cornelius lustrum condidit. censa sunt civium capita centum quadraginta tria millia, septingenta quatuor. Aquae ingentes eo anno fuerunt, et Tiberis loca plana urbis inundavit. Circa portam Flumentanam etiam collapsa quaedam ruinis sunt: et porta Coelimontana fulmine icta est, murusque circa multis locis de coelo tactus. Et Ariciae, et Lanuvii, et in Aventino, lapidibus pluit; et a Capua nuntiatum est, examen vesparrum ingens in forum advolasse, et in Martis aede confedisse. eas collectas cum cura, et igni crematas esse. Horum prodigiorum causa decemviri libros adire iussi, et novendiale sacrum factum, et supplicatio indicta est, atque urbs lustrata. Iisdem diebus aediculam Victoriae Virginis, prope aedem Victoriae, M. Porcius Cato dedicavit biennio post, quam vovit. Eodem anno coloniam Latinam in agrum Thurinum triumviri deduxerunt **Cn. Manlius Vulfo**, **L. Apustius Fullo**, **Q. Aelius Tubero**, cujus lege deducebatur. tria millia peditum iere, trecenti equites: numerus exiguus pro copia agri. Dari potuere tricena jugera in pedites, sexagena in equites. Apustio auctore, tertia pars agri demta est: quo postea, si vellent, novos colonos adscribere possent. Vicena jugera pedites, quadragena equites acceperunt.

X. In exitu jam annus erat, et ambitio magis, quam unquam alias, exarserat consularibus comitiis. multi et potentes petebant patricii plebejque: **P. Cornelius Cn. filius Scipio**, qui ex Hispania provincia nuper decesserat magnis rebus gestis, et **L. Quinctius Flaminius**, qui classi in Graecia praefuerat, et **Cn. Manlius Vulfo**, hi patricii. Plebeji autem **C. Laelius**, **Cn. Domitius**, **C. Livius**

U. C. 559. a. C. N. 193.

Livius Salinator, M. Acilius. sed omnium oculi in Quinctium Corneliumque coniecti. nam et in unum locum petebant ambo patricii, et rei militaris gloria retens utrumque commendabat. Ceterum ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clarissimi aetatis suae imperatores. major gloria in Scipione: et, quo major, eo propior invidiam. Quinctii recentior, ut qui eo anno triumphasset. Accedebat, quod alter decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat; quae res minus verendos magnos homines ipsa fatietate facit: consul iterum post devictum Hannibalem, cenforque fuerat. In Quinctio nova et recentia omnia ad gratiam erant: nihil nec petierat a populo post triumphum, nec adeptus erat: *pro fratre germano, non patriue, se petere, aiebat: pro legato et particepsse administrati belli. se terra, fratrem mari, rem gessisse.* His obtinuit, ut praeferretur candidato, quem Africanus frater ducebat; quem Cornelia gens, Cornelio consule comitia habente; quem tantum praejudicium senatus, virum e civitate optimum iudicatum, qui matrem Ideam. Pessimunte venientem in urbem acciperet. L. Quinctius et Cn. Domitius Ahenobarbus consules facti. adeo ne in plebejo quidem consule, cum pro C. Laelio niteretur, Africanus valuit. Postero die praetores creati L. Scribonius Libo, M. Fulvius Centumalus, A. Atilius Serranus, M. Baebius Tamphilus; L. Valerius Tappo, Q. Salonius Sarra. Aedilitas insignis eo anno fuit M. Aemilii Lepidi et L. Aemilii Paulli. Multos pecunios damnarunt: ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Jovis aedis posuerunt. Porticum unam extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto; alteram a porta Fontinali ad Martis aram, qua in Campum iter esset, perduxerunt.

XI. Diu nihil in Liguribus dignum memoria gestam erat. Extremo ejus anni bis in magnum periculum res adducta est. nam et castra consulis oppugnata, aegre sunt defensa: et non ita multo post per saltum angustum cum duceretur agmen Romanum, ipsas fauces exercitus Ligurum insedit, qua cum exitus non pateret, conver-

*quam Aetolos, dedisse; et ad vincendum vires eosdem prae-
buisse. deinde quantas peditum equitumque copias prae-
bituri Antiocho ad bellum essent: quae loca terretribus
copiis; quos portus maritimis. Tum de Philippo et
Nabide libero mendacio abutebatur: paratum utrumque
ad rebellandum esse: et primam quamque occasionem re-
cuperandi ea, quae bello amississent, arrepturos. Ita per
totum simul orbem terrarum Aetoli Romanis concita-
bant bellum. reges tamen aut non moti, aut tar-
dus moti sunt.*

XIII. Nabis extemplo circa omnes vicus maritimos dimisit, ad seditiones in iis miscendas: et alios principum donis ad suam causam perduxit, alios pertinaciter in societate Romana manentes occidit. Achaeis omnium maritimorum Laconum tuendorum a T. Quinctio cura mandata erat. itaque extemplo et ad tyrannum legatos miserunt, qui admonerent foederis cum Romani, denuntiarentque, ne pacem, quam tantopere petisset, turbaret: et auxilia ad Gythium, quod iam oppugnabatur a tyranno, et Romam, qui ea nuntiarent, legatos miserunt. Antiochus rex, ea hieme Raphiae in Phoenice Ptolemaeo regi Aegypti filia in matrimonium data, cum Antiochiam se recepisset, per Ciliciam, Tauro monte superato, extremo jam hiemis Ephesum pervenit: inde principio veris, Antiocho filio missio in Syriam ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid, absente se, ab tergo moveretur, ipsum cum omnibus terrestribus copiis ad Pisidas, qui circa Sidam incolunt, oppugnandos est profectus. Eo tempore legati Romani P. Sulpicius et P. Villius, qui ad Antiochum (sicut ante dictum est) missi erant, iussi prius Eumenem adire, Elaeam venire; inde Pergamum (ibi regia Eumenis fuit) descenderunt. Cupidus belli adversus Antiochum Eumenes erat, gravem, si pax esset, accolam tanto potentiorum regem credens; eundem, si motum bellum esset, non magis parem Romanis fore, quam Philippus fuisset: et aut fandum sibi sublatum iri: aut, si pax victo daretur, multa illi detracta sibi accessura: ut facile deinde se ab eo sine ulla Romano auxilio tueri posset. Etiam, & quid adversi

caſurum foret, ſatius eſſe Romanis ſociis quancunq; fortunam ſubire, quam ſolum aut imperium pati Antiochi, aut abnuentem vi atque armis cogi. Ob haec, quantum auctoritate, quantum conſilio valebat, incitabat Romanos ad bellum.

XIV. Sulpicius aeger Pergami ſublittit. Villius, cum Piſidiae bello occupatum eſſe regem audiviſſet, Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat, ſaepe congregederetur; ut animum ejus et tentaret, ſi qua poſſet, et metum demeret periculi ei quidquam ab Romanis eſſe. His colloquiis aliud quidem actum nihil eſt: ſecutum tamen ſua ſponte eſt, velut conſilio petitum eſſet, ut vilior ob ea regi Hannibal et ſuſpectior ad omnia fieret. Claudius, ſecutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuiſſe legatione tradit: eumque Ephesi collocutum cum Hannibale. Et ſerionein etiam unum refert, quo quaerenti Africano, *quem fuiſſe maximum imperatorem Hannibal crederet?* reſponſiſſe, *Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu innumerabiles exercitus fuſiſſet, quodque oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet.* Quaerenti deinde, *quem ſecundum poneret?* Pyrrhum, dixiſſe. *caſtra metari primum docuiſſe. ad hoc neminem elegantius loca cepiſſe. praefidia diſpoſuiſſe, artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicae gentes regis externi, quam populi Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium eſſe mallent.* Exlequenti, *quem tertium duceret?* haud dubie ſemet ipſum dixiſſe. Tum riſum obortum Scipioni, et ſubjeciſſe: *Quidnam tu diceres, ſi me viciſſet?* Tum me vero, inquit, *et ante Alexandrum, et ante Pyrrhum, et ante omnes alios imperatores eſſe.* Et perplexum Punico aſtu reſponſum, et improviſum aſſentationis genus Scipionem moviſſe, quod e grege ſe imperatorum velut inaeſtimabilem ſecreviſſet.

XV. Villius ab Epheso Apameam proceſſit. eo et Antiochus, audito Romanorum legatorum adventu, occurrit: Apameae congreſſus diſceptatio eadem ferme fuit, quae

quae Romae inter Quincium et legatos regis fuerat
 nuntiata Antiochi, filii regis, quem missum
 dixeram in Syriam, diremit colloquia. *Na-*
 in regia fuit, magnumque ejus juvenis *mpo-*
 enim jam specimen sui dederat, ut, si *tionem*
 tigisset, magni justique regis in eo ir- *emissam.*
 reret. Quo carior acceptiorque op- *us, in-*
 ejus suspectior fuit, gravein succo *nas belli*
 noctiti suae patrem credentem. *, Persas,*
 talium ministeriis facinorum *ms, giba*
 sustulisse. Eam quoque cau- *sentationem*
 sicebant, quod, cum Sele- *is civitates,*
 set, Antiocho quam simi- *orem popu-*
 se honore eum quoque *potior sit, re-*
 tamen luctus species *novandi res suas*
 gatusque Romanus.
 verfaretur, Pergarum in consilio erat, Phi-
 quod inchoaverat, nuper relicto eo secutus opulen-
 clausa, cum Antiochi: et, tanquam peritus Graeciae,
 ejus erat, secretorum, in cum gradum amicitiae re-
 nun extera
 Syria autem quoque arcanis interesset, acceptus erat.
 Antiochus non, utrum bellandum esset, nec ne, con-
 bello, sed ubi et qua ratione bellum gereretur, Vi-
 cepi *transisset rex, et in aliqua Graeciae parte se-*
 pr *bello cepisset. Jam primum Aetolos, qui umbilicum*
 Graeciae incolerent, in armis tum inventurum, antesi-
 gnatos ad asperrima quaeque belli paratos. In duobus vel-
 cornibus Graeciae, Nabin a Peloponneso concitatu-
 ram omnia, repetentem Argivorum urbem, repetentem
 maritimas civitates; quibus eum depulsum Romani Lae-
 daemoniis muris inclusissent: a Macedonia Philippum, ubi
 primum bellicum cani audisset, arma capturum. Nosse
 se spiritus ejus, nosse animum: scire, ferarum modo, quae
 claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras
 eum in pectore volvere. meminisse etiam se, quoties in
 bello precari omnes Deos solitus sit, ut Antiochum sibi
 darent adjutorem. *cujus voti si compos nunc fiat, nul-*
 lam moram rebellandi facturum. *Tantum non cunctan-*
 dum, neque cessandum esse. in eo enim victoriam verri,

mittitis? nihil aliud profecto dicatis, quam armis superatis vos iis has leges imposuisse Eandem de Smyrna et Lampfaci civitatibusque, quae Ioniae aut Aeolidis sunt, causam ab Antiocho accipite. Bello superatas a majoribus, et stipendiarias ac vectigales factas, in antiquum jus reperit. itaque ad haec ei responderi velim, si ex aequo disceptatur, et non belli causa quaeritur. Ad ea Sulpicius, Fecit verecunde, inquit, Antiochus, qui, si alia pro causa ejus non erant, quae dicerentur, quemlibet ista, quam se, dicere maluit. Quid enim simile habet civitatum earum, quas comparasti, causa? Ab Rheginis, et Neapolitanis, et Tarentinis, ex quo in nostram venerunt potestatem, uno et perpetuo tenore juris, semper usurpato, nunquam intermisso, quae ex foedere debent, exigimus. Potestne tandem dicere, ut ii populi non per se, non per alium quenquam foedus mutaverint, sic Asiae civitates, ut semel venerunt in majorum Antiochi potestatem, in perpetua possessione regni vestri permanfisse, et non alias earum in Philippi, alias in Ptolemaei fuisse potestate, alias per multos annos nullo ambigente libertatem usurpasse? Nam si, quod aliquando servierunt, temporum iniquitate pressa, jus post tot secula asserendi eos in servitutem faciet; quid abest, quin actum nobis nihil sit, quod a Philippo liberavimus Graeciam, et repeperant posteri ejus Corinthum, Chalcidem, Demetriadem, et Thesalorum totam gentem? Sed quid ego causam civitatum ago, quam, ipsis agentibus, et nos et regem ipsum cognoscere aequius est?

XVII. Vocari deinde civitatum legationes iussit, praeparatas jam ante et instructas ab Eumene, qui, quantumcunque virium Antiocho decessisset, suo id accessurum regno ducebat. Admissi plures, dum suas quisque nunc querelas, nunc expostulationes inferit, et aqua iniquis miscent, e disceptatione altercationem fecerunt. itaque, neque remissa ulla re, neque impetrata, aequae venerant, omnium incerti legati Romam redierunt. Rex, dimissis iis, consilium de bello Romano habuit. Ibi alius alio ferocius (quia quo quisque asperius adversus Romanos locutus esset, eo spes gratiae major erat)

alius

alius¹ superbiam postulatōrum increpare, tanquam Nabidi victo, sic Antiocho, maximo Asiae regum, impotentium leges. *quanquam Nabidi tamen dominationem in patriam suam, et patriam Lacedaemonem, remissam Antiocho si Smyrna et Lampsacus imperata faciant, indignum videri. alii, parvas et vix dictu dignas belli causas tanto regi eas civitates esse. sed initium semper a parvis injusta imperandi fieri: nisi crederent, Persas, cum aquam terramque ab Lacedaemoniis petierunt, gleba terrae et haustu aquae eguisse. Per similem sensationem Romanis de duabus civitatibus agi. et alias civitates, simul duas jugum exuisse vidissent, ad liberatorem populum defecturas. Si non libertas servitute potior sit, tamen omni praesenti statu spem cuique novandi res suas blandiorem esse.*

XVIII. Alexander Acarnan in consilio erat, Philippi quondam amicus, nuper relicto eo secutus opulentiorē regiam Antiochi: et, tanquam peritus Graeciae, nec ignarus Romanorum, in eum gradum amicitiae regis, ut consiliis quoque arcanis interesset, acceptus erat. Is, tanquam non, utrum bellandum esset, nec ne, consulere, sed ubi et qua ratione bellum gereretur, *Victoriam se haud dubiam proponere animo, affirmabat, si in Europam transisset rex, et in aliqua Graeciae parte sedem bello cepisset. Jam primum Aetolos, qui umbilicum Graeciae incolerent, in armis eum inventurum, antesignanos ad asperissima quaeque belli paratos. In duobus velut cornibus Graeciae, Nabin a Peloponneso concitaturum omnia, repentem Argivorum urbem, repentem maritimas civitates; quibus eum depulsum Romani Lacedaemoniis muris inclusissent: a Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audisset, arma capturum. Nosse se spiritus ejus, nosse animum: scire, ferarum modo, quae claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore volvere. meminisse etiam se, quoties in bello precari omnes Deos solitus sit, ut Antiochum sibi darent adiutorem. cujus voti si compos nunc fiat, nullam moram rebellandi facturum. Tantum non cunctandum, neque cessandum esse. in eo enim victoriam verzi,*

si et loca opportuna, et socii praeoccuparentur. Hannibalem quoque sine mora mittendum in Africam esse ad distringendos Romanos.

XIX. Hannibal non adhibitus in consilium, propter colloquia cum Villio suspectus regi, et in nullo postea honore habitus, primo eam contumeliam tacitus tulit: deinde melius esse ratus, et percontari causam repentinæ alienationis, et purgare se, tempore apto, quaesita simpliciter iracundiae causa auditaque, *Pater Hamilcar, inquit, Antioche, parvum admodum me, cum sacrificaret, altaribus admorum jurejurando adlegit, nunquam amicum fore populi Romani. Sub hoc sacramento sex et triginta annos militavi: hoc me in pace patria mea expulis: hoc patria extorrem in tuam regionem adduxit: hoc duce, si tu spem meam destitueris, ubicunque vires, ubi arma esse sciam, huc veniam, toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hostes. Itaque, si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi ex me quaerant. Odi, odioque sum Romanis, id me verum dicere, pater Hamilcar et Dii testes sunt. Proinde, cum de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Hannibalem habeto. si qua res te ad pacem compellet, in id consilium alium, cum quo deliberes, quaerito.* Non movit modo talis oratio regem, sed etiam reconciliavit Hannibali. Ex consilio ita discessum est, ut bellum gereretur.

XX. Romae destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum, sed nihil dum ad id bellum praeter animos parabant. Consulibus ambobus Italia provincia decreta est: ita ut inter se compararent, fortirenturve, uter comitiis ejus anni praeset. ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset, si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones. Huic consuli permissum, ut duas legiones scriberet novas, et socium Latini nominis viginti millia, et equites octingentos. Alteri consuli duae legiones decretae, quas L. Cornelius consul superioris anni habuisset: et socium ac Latini nominis ex eodem exercitu quindecim millia, et equites quingenti. Q.

Minucio cum exercitu, quem in Liguribus habebat, prorogatum imperium. additum, in supplementum ut quatuor millia peditum Romanorum scriberentur, et centum quinquaginta equites; et sociis eodem quinque millia peditum imperarentur, ducenti quinquaginta equites. Cn. Domitio extra Italiam, quo senatus censuisset, provincia evenit, L. Quinctio Gallia et comitia habenda. Praetores deinde provincias sortiti: M. Fulvius Centumalus urbanam, L. Scribonius Libo peregrinam, L. Valerius Tappo Siciliam, Q. Salonius Sarra Sardiniam, M. Baebius Tamphilus Hispaniam citeriorem, A. Atilius Serranus ulteriorem. Sed his duobus primum senatus-consulto, deinde plebis etiam scito permutatae provinciae sunt. Atilio classis et Macedonia, Baebio Bruttii decreti. Flaminio Fulvioque in Hispaniis prorogatum imperium. Baebio Tamphilo in Bruttios duae legiones decretae, quae priore anno urbanae fuissent: et ut sociis eodem millia peditum quindecim imperarentur, et quingenti equites. Atilius triginta naves quinqueres facere iussus, et ex navalibus veteres deducere, si quae utiles essent, et scribere navales socios. Et consulibus imperatum, ut ei duo millia socium ac Latini nominis, et mille pedites darent Romanos. Hi duo praetores et duo exercitus, terrestres navalisque, adversus Nabin, aperte iam oppugnantem socios populi Romani, dicebantur parari. Ceterum legati ad Antiochum missi expectabantur: et, priusquam ii redissent, vetuerat Cn. Domitium consulem senatus ab urbe discedere.

XXI. Praetoribus Fulvio et Scribonio, quibus, ut jus dicerent Romae, provincia erat, negotium datum, ut, praeter eam classem, cui Atilius praefuturus erat, centum quinqueres pararent. Priusquam consules praetoresque in provincias proficiscerentur, supplicatio fuit prodigiorum causa. Capram sex hoedos uno foetu edidisse, ex Piceno nuntiatum est: et Arretii puerum natum unimanum: Amiterni terra pluisse: Forniiis portam murumque de coelo tacta: et (quod maxime terrebat) consulis Cn. Domitii bovem locutum, ROMA CAVE TIBI. Ceterorum prodigiorum causa supplicata est: bovem cum

tura servari alique harulpices iusserunt. Tiberis, infestiore quam priore impetu illatus urbi, duo pontes, aedificia multa, maxime circa portam Flumentanam, evertit. Saxum ingens, sive inbribus, sive motu terrae levioere, quam ut alioqui sentiretur, labefactatum, in vicum Jugarium ex Capitolio procidit, et multos oppressit. In agris passim inundatis pecua ablata, villarum strages facta est. Priusquam L. Quinctius consul in provinciam perveniret, Q. Minucius in agro Pisano cum Liguribus lignis collatis pugnavit: novem millia hostium occidit: ceteros suos fugatosque in castra compulit. Ea usque in noctem magno certamine oppugnata, defensaque sunt, nocte clam profecti Ligures: prima luce Romanus vacua castra invalit. praedae minus inventum est, quod subinde spolia agrorum capta domos mittebant. Minucius nihil deinde laxamenti hostibus dedit. ex agro Pisano in Ligures profectus, castella vicosque eorum igni ferroque pervastavit: ibi praeda Etrusca, quae missa a populatoribus fuerat, repletus est miles Romanus.

XXII. Sub idem tempus legati ab regibus Romanam reverterunt. qui cum nihil, quod satis maturam causam belli haberet, nisi adversus Lacedaemonium tyrannum, attulissent, quem et Aethiopes legati nuntiabant contra foedus maritimam oram Laconum oppugnare; Atilius praetor cum classe missus est in Graeciam ad socios tuendos. Consules, quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo in provincias placuit. Domitius ab Arimino, qua proximum fuit, Quinctius per Ligures in Bojos venit. Duo consulum agmina diversa late agrum hostium pervastarunt. primo equites eorum pauci cum praefectis, deinde universus senatus, postremo in quibus aut fortuna aliqua, aut dignitas erat, ad mille quingenti ad consules transfugerunt. Et in utraque Hispania eo anno res prospere gestae. nam et C. Flaminius oppidum Litabrum, munitum opulentumque, vineis expugnavit, et nobilem regulum Corribilonem vivum cepit: et M. Fulvius proconsul cum duobus exercitibus hostium duo secunda proelia fecit: oppida duo Hispanorum, Vescenam Holonemque, et castella multa expugnavit: alia

voluntate ad eum defecerunt. tum in Oretanos progressus, et ibi duobus potitus oppidis, Noliba et Cufibi; ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parva urbs erat, sed loco munito. eam cum oppugnaret, Vectonum magnus exercitus Toletanis subsidio venit. Cum his signis cohortatis prospere pugnavit: et, fasis Vectonibus, operibus Toletum cepit.

XXIII. Ceterum eo tempore minus ea bella, quae gerebantur, curae Patribus erant, quam expectatio nondum coepta cum Antiocho belli. nam etsi per legatos identidem omnia explorabantur, tamen rumores, temere sine ullis auctoribus orti, multa falsa veris miscebant. Inter quae allatum erat, cum in Aetoliam venisset Antiochus, extemplo classem eum in Siciliam missurum. Itaque senatus, etsi praetorem Atilium cum classe miserat in Graeciam, tamen, quia non copiis modo, sed etiam auctoritate opus erat ad tuendos lociorum animos, T. Quinctium, et Cn. Octavium, et Cn. Servilium, et P. Villium legatos in Graeciam misit; et, ut M. Baebius ex Brutiis ad Tarentum et Brundisium promoveret legiones, decrevit, ut inde, si res posceret, in Macedoniam trajiceret; et ut M. Fulvius praetor classem navium triginta mitteret ad tuendam Siciliae oram: et ut cum imperio esset, qui classem eam duceret: (duxit L. Oppius Salinator, qui priore anno aedilis plebis fuerat:) et ut idem praetor L. Valerio collegae scriberet, *Periculum esse; ne classis regis Antiochi ex Aetolia in Siciliam trajiceret; itaque placere senatui, ad eum exercitum, quem haberet, tumultuariorum militum ad duodecim millia, et quadringentos equites scribere eum, quibus oram marissimam provinciae, qua vergeret in Graeciam, tueri posset.* Eum delectum praetor non ex Sicilia ipsa tantum, sed etiam ex circumjacentibus insulis habuit: oppidaque omnia maritima, quae in Graeciam versa erant, praefidiis firmavit. Addidit alimenta rumoribus adventus Attali, Eumenis fratris, qui nuntiavit, Antiochum regem Hellespontum cum exercitu transisse; et Aetolos ita se parare, ut sub adventum ejus in armis essent. Et Eumeni absentem, et praesenti Attalo gratiae actae: et aedes liberae, Ionus,

cus, lautia decreta, et munera data, equi duo, bina equeſtria arma, et vaſa argentea centum pondo, et aurea viginti pondo.

XXIV. Cum alii atque alii nuntii bellum inſtare afferrent, ad rem pertinere viſum eſt, conſules primo quoque tempore creari. Itaque ſenatusconſultum factum eſt, ut M. Fulvius praetor literas extemplo ad conſulem mitteret; quibus certior fieret, ſenatui placere provincia exercituque tradito legatis, Romam reverti eum, et ex itinere praemittere edictum, quo comitia conſulibus creandis ediceret. Paruit his literis conſul, et, praemiſſo edicto, Romam venit. Eo quoque anno magna ambitio fuit, quod patricii tres in unum locum petierunt, P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulſam tulerat, et L. Cornelius Scipio, et Cn. Manlius Vulſo. P. Scipioni, ut dilatam viro tali, non negatum, honorem appareret, conſulatus datus eſt: additur ei de plebe collega, M. Acilius Glabrio. Poſtero die praetores creati, L. Aemilius Paullus, M. Aemilius Lepidus, M. Junius Brutus, A. Cornelius Mammula, C. Livius, et L. Oppius; utrique eorum Salinator cognomen erat. Oppius is erat, qui claſſem triginta navium in Siciliam duxerat. Interim dum novi magiſtratus fortirentur provincias, M. Baebius a Brundisio cum omnibus copiis tranſire in Epirum eſt juſſus, et circa Apolloniam copias continere: et M. Fulvio praetori urbano negotium datum eſt. ut quinqueremes novas quinquaginta faceret.

XXV. Et populus quidem Romanus ita ſe ad omnes conatus Antiochi praeſeparabat. Nabis jam non differebat bellum, ſed ſumma vi Gythium oppugnabat; et, inſenſus Achaeis, quod miſerant obſeſſis praefidium, agros eorum vaſtabat. Achaei, non antea auſi capeſſere bellum, quam ab Roma revertiſſent legati, ut, quid ſenatui placeret, ſcirent, poſt reditum legatorum et Sicyonem concillium edixerunt, et legatos ad T. Quinctium miſerunt, qui conſilium ab eo peterent. In concilio omnium ad bellum extemplo capeſſendum inclinatae ſententiae erant:

literae T. Quinctii cunctationem iniecerunt, quibus auctor erat praetorem classemque Romanam expectandi. Cum principum alii in sententia permanerent; alii utendum ejus, quem ipsi consulissent, consilio censerent; multitudo Philopoemenis sententiam expectabat. Praetor is tunc erat, et omnes eo tempore et prudentia et auctoritate anteibat. Is praefatus, *Bene comparatum apud Aetolos esse, ne praetor, cum de bello consulisset, ipse sententiam diceret: statuere quamprimum ipsos, quid velent, jussit. Praetorem decreta eorum cum fide et cura executurum: anvisurumque, ut, quantum in consilio humano positum esset, nec pacis eos poeniteret, nec belli.* Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit, quam si aperte suadendo cupiditatem res gerendi ostendisset. Itaque ingenti consensu bellum decretum est: tempus et ratio administrandi ejus libera praetori permessa sunt. Philopoemen, praeterquam quod ita Quinctio placeret, et ipse existimabat classem Romanam expectandam, quae a mari Gythium tueri posset, sed metuens, ne dilationem res non pateretur, et non Gythium solum, sed praesidium quoque missum ad tuendam urbem amitteretur, naves Achaeorum deduxit.

XXVI. Comparaverat et tyrannus modicam classem ad prohibenda, si qua obsessis mari submitterentur, praesidia, tres tectas naves, et lembos pristresque, tradita veteri classe ex foedere Romanis. Harum novarum tum navium agilitatem ut experiretur, simul ut omnia satis apta ad certamen essent, proectos in altum quotidie remigem militemque simulacris navalis pugnae exercebat, in eo ratus verti spem obsidionis, si praesidia maritima interclusisset. Praetor Achaeorum, sicut terrestrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel usu vel ingenio aequabat, ita rudis in re navali erat; Arcas, mediterraneus homo, externorum etiam omnium, nisi quod in Creta praefectus auxiliorum militaverat, ignarus. Navis erat quadriremis vetus, capta annis octoginta ante, cum Crateri uxorem Nicaeam ab Naupacto Corinthum veheret, hujus fama motus (fuerat enim nobile in classe regia quondam navigium) deduci ab Aegio putrem jam ad-

admódum et vetustate dilabentem iussit. Hac tum praetoria nave praecedente classem, cum in ea Patrensis Tiso praefectus classis veheretur, occurrerunt a Gythio Laconum naves: et primo statim incurfu ad novam et firmam navem vetus, quae per se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet, divulsa est: captique omnes, qui in nave erant. cetera classis, praetoria nave amissa, quantum quaeque remis valuit, fugerunt, ipse Philopoemen in levi speculatoria nave fugit: nec ante fugae finem, quam Patras ventum est, fecit. Nihil ea res animum militaris viri, et multos experti casus, imminuit. quin contra, si in re navali, cuius esset ignarus, offendisset, eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus, breve id tyranno gaudium se effecturum affirmabat.

XXVII. Nabis, cum prospera elatus re, tum speram etiam haud dubiam nactus, nihil jam a mari periculi fore, et terrestres aditus claudere opportune positus praesidiis voluit. tertia parte copiarum ab obsidione Gythii abducta, ad Plejas posuit castra. Imminet is locus et Leucis, et Acriis, qua videbantur hostes exercitum admoturi. Cum ibi stativa essent, et pauci tabernacula haberent, multitudo alia casas ex arundine textas fronde, quae umbram modo praeberet, texissent; priusquam in conspectum hostium veniret Philopoemen, nec opinantem eum improvise genere belli aggredi statuit. Navigia parva in stationem occultam agri Argivi contraxit: in ea expeditos milites, cetratos plerosque, cum fundis et jaculis et alio levi genere armaturae, imposuit. inde litora legens, cum ad propinquum castris hostium promontorium venisset, egressus callibus notis, nocte Plejas pervenit: et, sopitis vigiliis, ut in nullo propinquo metu, ignem calis ab omni parte castrorum injectit. Multi prius incendio absumti sunt, quam hostium adventum sentirent: et, qui senserant, nullam opem ferre potuerunt. Ferro flammaque omnia absumta: perpauci tamen, ex tam ancipiti peste ad Gythium in majora castra perfugerunt. Ita percussis hostibus, Philopoemen protinus ad depopulandam Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum est, duxit: et, magna vi

pecorum hominumque inde abrepta, priusquam a Gythio tyrannus praesidium agris mitteret, discessit. Inde Tegeam exercitu contracto, concilioque eodem et Achaeis et sociis indicto, in quo et Epirotarum et Acarnanum fuere principes, statuit, quoniam satis et suorum a pudore maritimae ignominiae restituti animi, et hostium conterriti essent, ad Laedaemonem ducere: eo modo uno ratus ab obsidione Gythii hostem abduci posse. Ad Caryas primum in hostium terra posuit castra. Eo ipso die Gythium expugnatum est. cuius rei ignarus Philopoemen, castra ad Barbothenem (mons est decem millia passuum ab Lacedaemone) promovit. Et Nabis, recepto Gythio, cum expedito exercitu inde profectus, cum praeter Lacedaemonem raptim duxisset, Pyrrhi (quae vocant) castra occupavit: quem peti locum ab Achaeis, non dubitabat. inde hostibus occurrit. Obtinebant autem longo agmine propter angustias viae prope quinque millia passuum. cogebatur agmen ab equitibus, et maxime a parte auxiliorum: quod exilimabat Philopoemen, tyrannum mercenariis militibus, quibus plurimum fidei, ab tergo suos aggressurum. Duae res simul inopinatae perculerunt eum: una, praeoccupatus, quem petebat, locus: altera, quod primo agmine occurrisse hostem cernebat, ubi, cum per loca confragosa iter esset, sine levis armaturae praesidio signa ferri non videbat posse.

XXVIII. Erat autem Philopoemen praecipuae in du-
cendo agmine locisque capiendis solertiae atque usus:
nec belli tantum temporibus, sed etiam in pace, ad id
maxime animum exercuerat. Ubi iter quopiam faceret,
et ad difficilem transitu saltum venisset, contemplatus
ab omni parte loci naturam, cum solus iret, secum ipse
agitabat animo; cum comites haberet, ab iis quaerebat,
*Si hostis eo loco apparuisset, quid, si a fronte, quid, si
ab latere hoc aut illo, quid, si ab tergo adoriretur, ca-
piendum consilium foret? Possent instructos recta acie, posse
inconditum agmen, et tantummodo aprum viae, occurrere.
Quem locum ipse capturus esset, cogitando et quaerendo
exlequebatur; aut quot armatis, aut quo genere armo-
rum (plurimum enim ingressu) usus; quo impedimenta,*
quo

quo sarcinas, quo turbam inermem rejiceret; quanto ea, aut quali praesidio custodiret; et utrum pergere, qua coepisset ire via, an eam, qua venisset, repetere melius esset; castris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci, qua opportuna aquasio, qua pabuli lignorumque copia esset: qua postero die castra movensurum maxime iter, quae forma agminis foret. His curis cogitationibusque ita ab ineunte aetate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogitatio esset. Et tum omnium primum agmen constituit: dein Creteneses auxiliares, et, quos Tarentinos vocabant, equites, binos secum trahentes equos, ad prima signa milit: et, iussis equitibus sublequi, super torrentem, unde aquari possent, rupem occupavit. Eo impedimenta omnia et calorum turbam coniectam armatis circumdedit, et pro natura loci castra communivit. tabernacula statuere in aspretis et inaequali solo difficile erat. Hostes quingentos passus aberant. ex eodem rivo utrinque cum praesidio levis armaturae aquati sunt: et, priusquam (qualia in propriis castris solent) contraheretur certamen, nox intervenit. Postero die apparebat pugnandum pro aquatoribus circa rivum esse. nocte in valle a conspectu hostium averfa, quantam multitudinem locus oculere poterat, condidit, cetratorum.

XXIX. Luce orta, Cretenesium levis armatura et Tarentini equites super torrentem proelium commiserunt. Telennastus Cretenensis popularibus suis, equitibus Lycortas Megalopolitanus praeerat. Creteneses et hostium auxiliares, equitumque idem genus Tarentini, praesidio aquatoribus erant. Aliquamdiu dubium proelium fuit, ut eodem ex parte utraque hominum genere, et armis paribus. Procedente certamine, et numero vicere tyranni auxiliares, et quia ita praecipuum a Philopocmene praefectis erat, ut, modico edito proelio, in fugam inclinarent, hostemque ad insidiarum locum pertraherent. Effuse secuti fugientes per convallē, plerique et vulnerati, et interfecti sunt, priusquam occultum hostem viderent. Cetrati ita, quantum latitudo vallis patiebatur, instructi sederant, ut facile per intervalla ordinum fugien-

fugientes suos acciperent. Confurgunt deinde ipsi integri, recentes, instructi: et in hostes inordinatos, effusos; labore etiam et vulneribus fessos, impetum faciunt. Nec dubia victoria fuit, extemplo terga dedit tyranni miles: et haud paulo concitatore cursu, quam secutus erat, fugiens, ad castra est compulsus. multi caesi captique in ea fuga sunt. Et in castris quoque foret trepidatum, ni Philopoemen receptui cani iussisset; loca magis confragosa, et, quacunq; temere processisset, iniqua, quam hostem, metuens. Inde et ex fortuna pugnae, et ex ingenio ducis conjectans, in quo tunc is pavore esset, unum de auxiliariis specie transfugae mittit ad eum; qui pro comperto afferret, Achaeos statuisse postero die ad Eurotam anem, qui prope ipsis affluit moenibus, progredi, ut intercluderent iter; ne aut tyrannus, cum vellet, receptum ad urbem haberet; aut comteatus ab urbe in castra portarentur: simul etiam tentaturus, si quorum animi sollicitari ad defectionem a tyranno possent. Non tam fidem dictis perfuga fecit, quam percusso metu relinquendi castra causam probabilem praebuit. Postero die Pythagoram cum auxiliariis et equitatu stationem agere pro vallo iussit. ipse, tanquam in aciem cum robore exercitus egressus, signa ocius ferri ad urbem iussit.

XXX. Philopoemen, postquam citatum agmen per angustam et proclivem viam duci raptim vidit, equitatum omnem et Cretensium auxiliares in stationem hostium, quae pro castris erat, emittit. Illi, ubi hostes adesse, et a suis se desertos viderunt, primo in castra recipere se conati sunt: deinde, postquam instructa acies tota Achaeorum admovebatur, metu ne cum ipsis castris caperentur, sequi suorum agmen atquantum praegressum insistant. Extemplo cetrati Achaeorum in castra impetum faciunt, et diripiunt: ceteri ad persequendos hostes ire pergunt. Erat iter tale, per quod vix tranquillum ab hostili metu agmen expediri posset. Ut vero ad postremos proelium ortum est, clamorque terribilis a tergo paventium ad prima signa est perlatus, pro se quisque, armis abjectis, in circumjectas itineri silvas diffugiunt, momentoque temporis strage armorum septa via est.

est, maxime hastis; quae, pleraeque adversae cadentes, velut vado objecto iter impediabant. Philopoemen, ut-enique possent, instare et persequi auxiliariis iussis, (utique enim equitibus haud facilem futuram fugam) ipse gravius aguen via patentiore ad Eurotam amnem deduxit. ibi castris sub occasum solis positis, levem armaturam, quam ad persequendum reliquerat hostem, operiebaturi qui ubi prima vigilia venerunt, nuntiantes, tyrannum cum paucis ad urbem penetrasse, ceteram multitudinem inermem toto sparsam vagari salta, corpora curare eos jubet. ipse ex cetera copia militum (qui, quia priores in castra venerant, refecti et cibo sumto et modica quiete erant) delectos, nihil praeter gladios secum ferentes, extemplo educit, et duarum portarum itineribus, quae Pheras, quaeque Barhōsthenam ferunt, eos instruxit; qua ex fuga recepturos sese hostes credebat. Nec eum opinio fefellit. nam Lacedaemonii, quoad Iulis superfuit quidquam, deviiis collibus medio saltu se recipiebant. Primo vespere ut lumina in castris hostium conspexere, e regione eorum occultis semitis se tenuerunt: ubi ea sunt praegressi, jam tutum rati, in patentēs vias descenderunt. ibi excepti ab insidente hoste passim ita multi caesi captique sunt, ut vix quarta pars de toto exercitu evaserit. Philopoemen, inclaso tyranno in urbem, insequentes dies prope triginta vastandis agris Laconum absunxit, debilitatisque ac prope fractis tyranni viribus, domum redit, aequantibus enim gloria rerum Achaeis imperatori Romano, et, quod ad Laconicum bellum attineret, praeferebantibus etiam.

XXXI. Dum inter Achaeos et tyrannum bellum erat, legati Romanorum circumire sociorum urbes, solliciti, ne Aetoli partis alicujus animos ad Antiochum avertissent, minimum operae in Achaëis adeundis consumserunt: quos, quia Nabidi infesti erant, ad cetera quoque satis fidos consuebant esse. Athenas primum; inde Chalcidem, inde Thessaliam ire: allocutique concilio frequenti Thessalos, Demetriadem iter flexere, et Magnesium concilium inductum est. Accuratiores ibi habenda oratio fuit, quod pars principum alienati a Romanis, totique

tique Antiochi et Aetolorum erant: quia, cum reddi filium obsidem Philippo allatum esset, stipendiumque impositum remitti, inter cetera vana allatum erat, Demetriadem quoque ei reddituros Romanos esse. Id ne fieret, Eurylochus princeps Magnetum, factionisque ejus quidam, omnia novari Aetolorum Antiochique adventu malebant. Adversus eos ita differendum erat, ne, timorem vanum iis demendo, spes incisa Philippum alienaret: in quo plus ad omnia momenti, quam in Magnetibus, esset. Illa tantum commemorata, *cum totam Graeciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse, tum eam civitatem praecipue. Ibi enim non praesidium modo Macedonum fuisse, sed regiam exaedificatam, ut praesens semper in oculis habendus esset dominus. Ceterum nequidquam ea facta, si Aetoli Antiochum in Philippi regiam adducerent, et novus et incognitus pro vetere et experio habendus rex esset.* Magnetarchen summum magistratum vocant. is tum Eurylochus erat. ac potestate ea fretus, negavit dissimulandum sibi et Magnetibus esse, quae fama vulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. id ne fieret, omnia et conanda et audenda Magnetibus esse. Et inter dicendi contentionem inconsultius evectus projecit, *Tum quoque specie liberam Demetriadem esse: revera omnia ad nutum Romanorum fieri.* Sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit, partim assensum, partim indignationem, dicere id aulum eum. Quinctius quidem adeo exarsit ira, ut, manus ad coelum tendens, Deos testes ingrati ac perfidi animi Magnetum invocaret. Hac voce perterritis omnibus, Zeno, ex principibus unus, magnae tum ob eleganter actam vitam auctoritatis, tum quod semper Romanorum haud dubie partis fuerat, ab Quinctio legatisque aliis flens petiit, *ne unius amentiam civitati assignarent. Suo quemque periculo furere. Magnetes non libertatem modo, sed omnia, quae hominibus sancta caraque sint, T. Quinctio et populo Romano debere. Nihil quenquam ab Diis immortalibus precari posse, quod non Magnetes ab illis haberent; et in corpora sua citius per furorem sacvituros, quam ut Romanam amicitiam violarent.*

U. C. 560. a. C. N. 192.

XXXII. Hujus orationem subsecutae multitudinis preces sunt. Eurylochus ex concilio itineribus occultis ad portam, atque inde protinus in Aetoliam profugit. Jam enim, et id magis in dies, Aetoli defectionem nudabant: eoque ipso forte tempore Thoas, princeps gentis, quem miserant ad Antiochum, redierat, indeque Menippum secum adduxerat, regis legatum. Qui, priusquam concilium iis daretur, impleverant omnium aures terrestres navalesque copias commemorando; *ingentem vim peditum equitumque venire: ex India elephantos: ante omnia (quo maxime moveri credebant multitudinis animos) tantum advehi auri, ut ipsos emere Romanos possit.* Apparebat, quid ea oratio in concilio motura esset. nam et venisse eos, et, quae agerent, omnia Romanis legatis deferebantur: et, quanquam prope abscessa res erat, tamen non ab re esse Quinctio visum est, sociorum aliquos legatos interesse ei concilio, qui admonerent Romanae societatis Aetolos, qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent. Athenienses maxime in eam rem idonei vili sunt, propter et civitatis dignitatem, et vetustam societatem cum Aetolis. ab iis Quinctius petiit, ut legatos ad Panaetolicum concilium mitterent. Thoas primus in eo concilio renuntiavit legationem. Menippus post eum intromissus, *Optimum fuisse omnibus, qui Graeciam Asiamque incolerent, ait, integris rebus Philippi potuisse intervenire Antiochum: sua quemque habiturum fuisse, neque omnia sub nuntiationemque Romanam perventura. Nunc quoque, inquit, si modo vos, quae inchoastis, consilia constanter perducitis ad exitum, poterit, Diis juvantibus, et Aetolis sociis, Antiochus quamvis inclinatas Graeciae res restituere in pristinam dignitatem. Ea autem in libertate posita est, quae suis stat viribus, non ex alieno arbitrio pendet.* Athenienses, quibus primis, post regiam legationem, dicendi, quae vellent, potestas facta est, mentione omni regis praetermissa, Romanae societatis Aetolos, meritorumque in universam Graeciam T. Quinctii, adinvenrunt, *ne temere cum celeritate nimia consiliorum everterent. Consilia calida et audacia prima speciei laeta, tractata dura, eventu tristitia esse. legatos Romanos, et in*

iis T. Quinctium, haud procul inde abesse. Dum integra omnia essent, verbis potius de iis, quae ambigerentur, disceptarent, quam Asiam Europamque ad sanctum armarent bellum.

XXXIII. Multitudo avida novandi res, Antiochi tota erat: et ne admittendos quidem in concilium Romanos censebant. principum maxime seniores auctoritate obtinere, ut daretur iis concilium. Hoc decretum Athenienses cum retulissent, eundem in Aetoliam Quinctio visum est. Aut enim moturum aliquid, aut omnes homines testes fore, penes Aetolos belli culpam esse: Romanos iusta ac prope necessaria sumpturos arma. Postquam ventum est eo, Quinctius in concilio, orsus a principio locietatis Aetolorum cum Romanis, et quoties ab iis fides mota foederis esset, pauca de jure civitatum, de quibus ambigeretur, disseruit. *Si quid tamen aequi se habere arbitrentur, quanto esse satius Romam mittere legatos, seu disceptare, seu rogare senatum mallent; quam populum Romanum cum Antiocho, lanistis Aetolis, non sine motu magno generis humani, et pernicie Graeciae dimicare? nec ullos prius cladem ejus belli sehsuros, quam qui movissent.* Haec nequidquam velut vaticinatus Romanus. Thoas deinde ceterique factionis ejusdem cum assensu omnium auditi, pervicerunt, ut, ne dilato quidem concilio, et absentibus Romanis, decretum fieret, quo arcesseretur Antiochus ad liberandam Graeciam, disceptatumque inter Aetolos et Romanos. Huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Democritus praeter eorum, nam cum id ipsum decretum posceret eum Quinctius, non veritus majestatem viri, aliud praesentia, quod magis instaret, praeverendum sibi esse, dixit: *decretum responsumque brevi in Italia, castris super ripam Tiberis positis, daturum.* tantus furor illo tempore gentem Aetolorum, tantusque magistratus eorum cepit.

XXXIV. Quinctius legatiue Corinthum redierunt. inde, ut quaeque de Antiocho, nihil per se ipsi moti, et *sedentes expectare adventum viderentur regis, concilium* qui

quidem universae gentis post dimissos Romanos non habuerunt: per apocletos autem (ita vocant sanctius consilium: ex delectis constat viris) id agitabant: quoniam modo res in Graecia novarentur. Inter omnes constabat, in civitatibus principes, optimum quemque, Romanae societatis esse, et praesenti statim gaudere multitudinem, et quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia novare velle. Aetoli consilium uno die spei quoque non audacis modo, sed etiam impudentis, ceperunt, Demetriadem, Chalcidem, et Lacedaemonem occupandi. Singuli in singulas missi sunt principes: Thoas Chalcidem, Alexapenus Lacedaemonem, Diocles Demetriadem. Hunc exsul Eurylochus, de cuius fuga causaque fugae ante dictum est, quia reditus in patriam nulla spes alia erat, adjuvit. Literis Eurylochi admoniti propinqui amicique, et qui ejusdem factionis erant, liberos et conjugem ejus cum sordida veste, tenentes velamenta supplicum, concionem frequentem adire jubent, singulos universosque obtestantes, ne insontem, indemnatum consensere in exilio sinerent. Et simplices homines misericordia, et improbos seditiososque immitisendi res tumultu Aetolico spes movit: pro se quisque revocare jubebant. His praeparatis, Diocles cum omni equitatu (et erat tunc praefectus equitum) specie reducentis exsulem hospitem profectus, die ac nocte ingens iter emensus, cum millia sex ab urbe abesset, luce prima tribus selectis turmis, cetera multitudine equitum subsequi iussit, praecessit. postquam portae appropinquabat, desilire omnes ex equis iussit, et loris ducere equos, itineris maxime modo, solutis ordinibus: ut comitatus magis praefecti videretur, quam praesidium. Ibi una ex turmis ad portam relicta, ne excludi subsequens equitatus posset, media urbe ac per forum, manu Eurylochum tenens, multis occurrentibus gratulantibusque, domum deduxit. Mox equitum plena urbs erat, et loca opportuna occupantur. tum in domos missi, qui principes adversae factionis interficerent. Ita Demetrias Aetolorum facta est.

XXXV. Lacedaemone non urbi vis afferenda, sed tyrannus dolo capiendus erat: quem, spoliatum maritima

mis oppidis a Romanis, tunc intra moenia etiam Lacedaemonis ab Achaëis compulsum, qui occupasset occidere, eum totius gratiam rei apud Lacedaemonios laturum. Causam mittendi ad eum habuerunt, quod fatigabat precibus, ut auxilia sibi, cum illis auctoribus rebellasset, mitterentur. Mille pedites Alexameno dati sunt, et triginta delecti ex juventute equites. Iis a praetore Damocrito in consilio arcano gentis, de quo ante dictum est, denuntiatum, *Ne se ad bellum Achaicum aut rem ullam, quam sua quisque opinione praecipere posset, crederent missos esse: quidquid Alexamenus res monuisset subiti consilii capere, ad id, quamvis inopinatum, temerarium, audax, obedienter exsequendum parati essent, ac pro se acciperent, tanquam ad id unum agendum missos ab domo se scirent.* Cum his ita praeparatis Alexamenus ad tyrannum venit, quem adveniens extemplo spei implevit. *Antiochum jam in Europam transisse, mox in Graecia fore; terras, maria, armis, viris complecturum. Non cum Philippo rem esse credituros Romanos, numerum iniri pedum, equitumque ac navium non posse: elephantorum aciem conspectu ipso debellaturam. Aetolos toto suo exercitu paratos esse venire Lacedaemonem, cum res poscat: sed frequentes armatos ostendere advenienti regi voluisse. Nabidi quoque et ipsi faciendum esse, ut, quas haberet copias, non sineret sub tectis marcescere otio: sed educeret, et in armis decurrere cogeret, simul antros acueret, et corpora exerceret. Consuetudine leviorum laborem fore; et comitate ac benignitate ducis etiam non injucundum fieri posse.* Educi inde frequenter ante urbem in campum ad Eurotam annem coepere. Satellites tyranni media fere in acie consistebant, tyrannus cum tribus summum equitibus, inter quos plerumque Alexamenus erat, ante signa vectabatur, cornua extrema invadens; in dextro cornu Aetoli erant, et qui ante auxiliares tyranni fuerant, et qui venerant mille cum Alexameno. Fecerat sibi morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, monendique eum, quae in rem esse videbantur; nunc in dextrum cornu ad suos adequitandi; mox inde, velut imperato, quod res poposcisset, recipiendi se ad tyrannum. Sed

quæ

quem diem patrando facinori statuerat, eo paulisper cum tyranno vectatus, cum ad suos concessisset, tum equitibus ab domo secum missis, *Agenda*, inquit, *res est. juvenes, audendaque, quam me duce impigre exsiqui iussi estis. Parate animos dextraeque, ne quis in eo, quod me viderit facientem, cesset. Qui cunctatus fuerit, et suam consilium meo interponet, sciat sibi reditum ad penates non esse.* Horror cunctos cepit: et meminerant, cum quibus mandatis exissent. Tyrannus ab laevo cornu veniebat. Ponere hastas equites Alexamenus jubet, et se intueri. colligit et ipse animum confusum tantae cogitatione rei. Postquam appropinquabat, impetum facit, et, transfixo equo, tyrannum deturbat. Jacentem equites confodiunt. multis frustra in loricae ictibus datis, tandem in nudum corpus vulnera pervenerunt: et, priusquam a media acie succurreretur, expiravit.

XXXVI. Alexamenus cum omnibus Aetolis citato gradu ad regiam occupandam pergit. Corporis custodes, cum res in oculis gereretur, pavor primo cepit: deinde, postquam abire Aetolorum agmen videre, concurrunt ad relictum tyranni corpus: et spectatorum turba ex custodibus vitae mortisque ultoribus est facta. Nec movisset se quisquam, si extemplo, positis armis, vocata in concionem multitudo fuisset, et oratio habita temporori con-
 veniens, frequentes inde retenti in armis Aetoli sine injuria cujusquam. sed, ut oportuit in consilio fraude coepto, omnia in maturandam perniciem eorum, qui fecerant, sunt acta. Dux regia inclusus diem ac noctem in scrutandis thesauris tyranni consumsit: Aetoli, velut capta urbe, quam liberasse videri volebant, in praedam versi. Simul indignitas rei, simul contemptus, animos Laedaemoniis ad coeundum fecit. alii dicere, exturbandos Aetolos, et libertatem, cum restitui videretur, interceptam repetendam. alii, ut caput agenda rei esset, regii generis aliquem in speciem assumendum. Laco-
 nicus ejus stirpis erat puer admodum, educatus cum liberis tyranni. eum in equum imponunt, et armis arreptis, Aetolos vagos per urbem caedunt. Tum regiam invadunt. ibi Alexamenum cum paucis resistentem ob-

O

T. Livii Tom. III. tran-

truncant. Aetoli circa Chalcioecon (Minervae est templum aereum) congregati caeduntur. Pauci, armis abjectis, pars Tegeam, pars Megalopolim perfugiunt. ibi; comprehensi a magistratibus, sub corona venierunt.

XXXVII. Philopoemen, audita caede tyranni, profectus Laedaemonem, cum omnia turbata metu invenisset; evocatis principibus, et oratione habita, qualis habenda ab Alexameno fuerat, societati Achaeorum Laedaemonios adjunxit: eo etiam facilius, quod forte ad idem tempus A. Atilius cum quatuor et viginti quinqueremibus ad Gythium accessit. Iisdem diebus circa Chalcidem Thoas, per Euthymidam principem, pulsum opibus eorum, qui Romanae societatis erant post T. Quinctii legatorumque adventum, et Herodotum Cianum mercatorum, sed potentem Chalcide propter divitias, praeparatis ad proditionem iis, qui Euthymidae factionis erant, nequaquam eandem fortunam, qua Demetrias per Eurylochum occupata erat, habuit. Euthymidas ab Athenis (cum domicilio delegerat locum) Thebas primum, hinc Salgathas processit; Herodorus ad Thronium. Inde haud procul in Maliaco sinu duo milia peditum Thoas et ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat. eas cum sexcentis peditibus Herodorus trajicere in insulam Atalantam jussus: ut inde, cum pedestres copias appropinquare jam Aulidi atque Euripo sensisset, Chalcidem trajiceret. ipse ceteras copias, nocturnis maxime itineribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem ducebat.

XXXVIII. Mictio et Xenocides, penes quos tum summa rerum, pulso Euthymida, Chalcide erat, seu ipsi per se suspicati; seu indicata re, primo pavidi, nihil usquam spei, nisi in fuga, ponebant. deinde, postquam resedit terror, et prodi et deseri non patriam modo, sed etiam Romanorum societatem, timebant, consilio tali animum adjecerunt. Sacrum anniversarium eo forte tempore Eretriae Amarynthidis Dianae erat: quod non popularium modo, sed Carystiorum etiam coetu celebratur. *Eo miserunt, qui orarent Eretriosque Carystiosque,*

Ut et suarum fortunarum in eadem insula geniti miserentur, et Romanam societatem respicerent. ne sinerent Aetolorum Chalcidem fieri. Eubneam habituros, si Chalcidem habuissent. Graves fuisse Macedonas dominos, minus tolerabiles futuros Aetolos. Romanorum maxime respectus civitates movit, et virtutem nuper in bello, et in victoria iustitiam benignitatemque expertas. itaque, quod roboris in juventute erat, utraque civitas armavit militumque. His tuenda moenia Chalcidis oppidani cum tradidissent, ipsi omnibus copiis transgressi Euripum, ad Salganea posuerunt castra. inde oduccator primum, deinde legati ad Aetolos missi percontatum, quo suo dicto factove socii atque amici ad se oppugnandos venirent? Respondit Thoas dux Aetolorum, Non ad oppugnandos, sed ad liberandos ab Romanis, venire festi. Splendidiore nunc eos cavena, sed multo graviore, victos esse, quam cum praesidium Macedonum in arce habuissent. Se vero, negare Chalcidenles, aut serviri ulli, aut praesidio cuiusquam egere. Ita digressi ex colloquio legati ad suos Thoas et Aetoli, ut qui spem omnem in eo, ut improviso opprimerent, habuissent, ad iustum bellum oppugnationemque urbis mari ac terra minutae haudquaquam pares, domum rediere. Euthymidas, postquam castra popularium ad Salganea esse, profectusque Aetolos audivit, et ipse a Thebis Athenas rediit. Et Herodorus, cum per aliquot dies intentus ab Axalanta signum nequidquam exspectasset, missa speculatoria nave, ut, quid morae esset, sciret, postquam rem omisiam a sociis vidit, Thronium, unde venerat, repetit.

XXXIX. Quinctius quoque, his auditis, ab Corintho veniens navibus, in Chalcidis Euripo Eumeni regi occurrit. Placuit, quingentos milites praesidii causa relinqui Chalcide ab Eumene rege: ipsum Athenas ire. Quinctius, quo profectus erat, Demetriadem contendit; ratus Chaloidem liberatam momenti aliquid apud Magnetas ad repetendam societatem Romanam facturam. Et, ut praesidii aliquid esset suae partis hominibus, Eunomo praetori Thessalorum scripsit, ut armaret juventutem, et Villium ad Demetriadem praemissit ad tentandos animos.

non aliter, nisi pars aliqua inclinaret ad respectum pristinae societatis, rem aggressurus. Villius quinqueremi nave ad ostium portus est invecus. Eo multitudo Magnetum omnis cum se effudisset, quaesivit Villius, utrum ad amicos, an ad hostes, sese venisse mallent? Respondit Magnetarches Eurylochus, *Ad amicos venisse eum: sed abstineret portu, et fineres Magnetas in concordia et libertate esse, nec per colloquii speciem multitudine sollicitaret.* Altercatio inde, non sermo, fuit, cum Romanus ut ingratos increparet Magnetas, imminentesque praediceret clades: multitudo obstreperet, nunc senatum, nunc Quinctium accusando. ita irrito incepto Villius ad Quinctium sese recepit. At Quinctius, nuntio ad praetorem misso, ut reduceret domum copias, ipse navibus Corinthum rediit.

XL. Abstulerunt me velut de spatio Graeciae res mixtae Romanis: non quia ipsas operae pretium esset per scribere, sed quia caulae fuerunt cum Antiocho bellis. Consulibus designatis, (inde namque diverteram) L. Quinctius et Cn. Domitius consules in provincias profecti sunt: Quinctius in Ligures, Domitius adversus Bojos. Boji quieverunt: atque etiam senatus eorum cum liberis, et praefecti cum equitatu (summa omnium mille et quingenti) consuli dederunt sese. Ab altero consule ager Ligurum late est vastatus, castellaque illi quot capta: unde non praeda modo omnis generis cum captivis parva, sed recepti quoque aliquot cives sociique, qui in hostium potestate fuerant. Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est ex senatusconsulto plebeique scito. tria millia et septingenti pedites ierunt, trecenti equites. Triumviri deduxerunt eos, Q. Naevius, M. Minucius, M. Furius Crassipes. quina dena jugera agri data in singulos pedites sunt, duplex equitibus. Bruttiorum proxime fuerat ager: Bruttii ceperant de Graecia. Romae per idem tempus duo maximi fuerunt terrores; diutinus alter, sed segnior. Terra dies duodequadraginta movit. per totidem dies feriae in sollicitudine ac metu fuisse. in triduum ejus rei causa supplicatio habita est. Ille non pavor vanus, sed vera multorum clades fuit.

inca-

incendio a foro Boario orto, diem noctemque aedificia in Tiberim versa arserunt, tabernaeque omnes cum magui pretii mercibus conflagraverunt.

XLI. Jam fere in exitu annus erat: et in dies magis fama de Antiochi bello, et cura Patribus crescebat. Itaque de provinciis magistratuum designatorum, quo intentiores essent omnes, agitari coeptum est. Decreverunt, ut consulibus Italia, et quo senatus censuisset, (jam esse bellum adversus Antiochum regem omnes sciebant) provinciae essent. cujus ea fors esset, quatuor millia pedum civium Romanorum, et trecenti equites, sex millia socium Latini nominis cum quadringentis equitibus sunt decreta. Eorum delectum habere L. Quinctius consul iussus: ne quid moraretur, quo minus consul novus, quo senatus censuisset, extemplo proficisci posset. Item de provinciis praetorum decretum est: prima ut fors duae, urbanae et inter cives ac peregrinos jurisdictio esset: secunda, Bruttii: tertia, classis, ut navigaret, quo senatus censuisset: quarta, Sicilia: quinta, Sardinia: sexta, Hispania ulterior. imperatum praeterea L. Quinctio consuli est, ut duas legiones civium Romanorum novas conscriberet; et socium ac Latini nominis viginti millia pedum, et octingentos equites. eum exercitum praetori, cui Bruttii provincia evenisset, decreverunt. Aedes duae Jovi eo anno in Capitolio dedicatae sunt. Voverat L. Furius Purpureo praetor Gallico bello unam, alteram consul. dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir. Judicia in foeneratores eo anno multa severe sunt facta, accusantibus privatos aedilibus curulibus, M. Tuccio et P. Junio Bruto. de mulcta damnatorum quadrigae inauratae in Capitolio positae in cella Jovis supra fastigium aediculae, et duodecim clypea inaurata: et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

XLII. Intentis in apparatus novi belli Romanis, ne ab Antiocho quidem cessabatur. Tres eum civitates tenebant, Smyrna, et Alexandria Troas, et Lampascus; quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere, neque a tergo re-

uros. In praesenti cura esse Aetolis debere ut copias frumenti suis, et annona tolerabilis rerum aliarum superediretur.

XLV. In hanc sententiam rex cum magno omnium assensu locutus discessit. Post discessum regis, inter duos principes Aetolorum, Phaeneam et Thoantem, contentio fuit. Phaeneas, reconciliatore pacis et disceptatore de iis, quae in controversia cum populo Romano essent, utendum potius Antiocho, censabat, quam ducis belli. Adventum ejus et majestatem ad verecundiam faciendam Romanis vim majorem habituram, quam arma. Multa homines, ne bellare necesse sit, voluntate remittere, quae bello et armis cogi non possint. Thoas negare, Paci studere Phaeneam: sed discutere apparatus belli velle, ut saedio ei imperis relanguescat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant. Nihil enim argui ab Romanis impetrari posse, toties legationibus missis Romam. toties cum ipso Quincio disceptando, satis expertum esse: nec, nisi abscessa omni spe, auxilium Antiochi imploraturus fuisset. Quo celerius spe omnium oblato, non esse elanguescendum, sed orandum potius regem, ut, quoniam, quod maximum fuerit, ipse vindex Graeciae venerit, copias quoque terrestres: navalesque arcessat. Armarum regem aliquid impetraturum: inermem non pro Aetolis modo, sed ne pro se quidem ipso, momenti ullius futurum apud Romanos. Haec vicit sententia: imperatoremque regem appellandum censuerunt: et triginta principes, cum quibus, si qua vellet, consultaret, delegerunt.

XLVI. Ita, dimisso concilio, multitudo omnis in suas civitates dilapsa est. Rex postero die cum apoletis eorum, unde bellum ordiretur, consultabat. Optimum visum est, Chalcidem, frustra nuper ab Aetolis tentatam, primum aggredi: et celeritate in eam rem magis, quam magno conatu et apparatu, opus esse. Itaque cum mille peditibus rex, qui ab Demetriade secuti erant, profectus per Phocidem est: et alio itinere principes Aetoli, juniorum paucis evocatis, ad Chaeroneam occurrerunt, et decem contratis navibus secuti sunt. Rex, ad Salganea

ganea castris positis, navibus ipse cum principibus Aetolorum Euripum trajecit, et, cum haud procul portu egressus esset, magistratus quoque Chalcidensium et principes ante portam processerunt. Pauci utrinque ad colloquium congressi sunt. Aetoli magnopere suadere, ut, salva Romanorum amicitia, regem quoque assumerent socium atque amicum. Neque enim eum inferendi belli, sed liberandae Graeciae, causa in Europam trajecisse; et liberandae re, non verbis et simulatione, quod fecissent Romani. Nihil autem utilius Graeciae civitatibus esse, quam utraque complecti amicitiam. ita enim ab utriusque injuria tutam alterius semper praesidio et fiducia fore. Nam si non recepissent regem, viderent, quid patiendum iis exemplo foret: cum Romanorum procul auxilium, hostis Antiochus, cui resistere viribus suis non possent, ante portas esset. Ad haec Mictio, unus ex principibus, Mirari se, dixit, ad quos liberandos Antiochus, relicto regno suo, in Europam trajecisset. Nullam enim civitatem se in Graecia nosse, quae aut praesidium habeat, aut stipendium Romanis pendat, aut foedere iniquo alligata, quas nolit, leges patiarur. Itaque Chalcidenses neque vindice libertatis ullo egere, cum liberi sint, neque praesidio, cum pacem ejusdem populi Romani beneficio et libertatem habeant. Amicitiam regis non aspernari, neque ipsorum Aetolorum. id primum eos pro amicis facturos, si insula excedant, atque abeant. nam ipsis certum esse, non modo non recipere moenibus, sed ne societatem quidem ullam pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum.

XLVII. Haec renuntiata regi ad naves, ubi restiterat, cum essent; in praesentia (neque enim iis venerat copiis, ut vi agere quidquam posset) reverti Demetriadem placuit. ibi, quoniam primum vanum inceptum evasisset, consultare cum Aetolis rex, quid deinde fieret. Placuit, Achaeos et Amynandrum, regem Athamanum, tentare. Boeotorum gentem averfam ab Romanis jam inde a Brachyllae morte, et quae secuta eam fuerant, censebant. Achaeorum Philopoemenem principem, aemulatione gloriae in bello Laconum, infestum invisumque esse Quinctio credebant. Amynander uxorem Apamiam,

lis ingenia, quam militum genus et uinam subicere oculis vestris, Achaei, possem concursationem regis magni ab Demetriade, nunc Lamiam in concilium Aetolorum, nunc Chalcidem! Videretis vix duarum male plerarum leginuncularum instar in castris regis: videretis regem, nunc mendicantem prope frumentum ab Aesolis, quod militi admeiorur: nunc mutuas pecunias foenore, in stipendium quaerentem: nunc ad portas Chalcidis stantem: et mox inde exclusum, nihil aliud quam Aulide atque Eurippo spectatis, in Aetoliam redeuntem. Male crediderunt et Antiochus Aesolis, et Aetoli regiae vanitati. Quominus vos decipi debetis, sed expertae potius spectataeque Romanorum fidei credere. Num quod optimum esse dicant, non interponi vos bello: nihil immo tam alienum rebus vestris est. Quippe sine gratia, sine dignitate, praemium victoris eritis.

L. Nec absurde aduersus utrosque respondisse visus est, et facile erat orationem apud fauentes aequis auribus accipi. nulla enim nec disceptatio, nec dubitatio fuit, quin omnes, eosdem genti Achaeorum hostes et amicos, quo populus Romanus canuisset, iudicaret, bellumque et Antiocho, et Aetolis nuntiari iuberent. Auxilia etiam, quo censuit Quinctius, quingentorum militum Chalcidem, quingentorum Piraeum extemplo miserunt. Erat enim haud procul seditione Athenis res, trahentibus ad Antiochum quibusdam spe largitionum venalem pretio multitudinem; donec ab iis, qui Romanae partis erant, Quinctius est accitus, et, accusante Leonte quodam, Apollodorus auctor defectionis damnatus, atque in exilium est eiectus. Et ab Achaeis quidem cum tristici responso legatio ad regem rediit. Boeoti nihil certi responderunt: cum Antiochus in Boeotiam venisset, tum, quid sibi faciendum esset, se deliberaturos esse. Antiochus, cum ad Chalcidis praesidium, et Achaeos et Eumenum regem misisse audisset, maturandum ratus, ut et praevenerent sui, et venientes, si possent, exciperent, Menippum cum tribus ferme millibus militum, et cum omni classe Polyxenidam mittit. ipse paucos post dies sex millia suorum militum, et ex ea copia, quae Lamiae repen-

repente colligi potuit, non ita multos Aetolos ducit. Achaei quingenti, et ab Eumene rege modicum auxilium missum, duce Xenoclide Chalcidensi, nondum obfessis itineribus, tuto transgressi Euripum, Chalcidem pervenerunt. Romani milites, quingenti ferme et ipsi, cum jam Menippus castra ante Salganea ad Hermaeum, qua transitus ex Boeotia in Euboeam insulam est, haberet, venerunt. Mictio erat cum iis, legatus a Chalcoide ad Quinctium, ad id ipsum praesidium petendum, missus. qui postquam obfessas ab hostibus fauces vidit, omissa ad Aulidem itinere, Delium convertit, ut inde in Euboeam transmissurus.

LI. Templum est Apollinis Delium, imminens mari: quinque millia passuum a Tanagra abest. minus quatuor millium inde in proxima Euboeae est mari trajectus. Ubi et in sano lucoque, ea religione et eo jure sancto, quo sunt templa, quae alyla Graeci appellant, et nondum aut indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios, aut sanguinem usquam factum audissent, cum per magnam otium milites, alii ad spectaculum templi lucique versi, alii in litore inermes vagarentur, magna pars per agros lignatum pabulatumque dilapsa esset; repente Menippus, pallatos passim aggressus, eos cecidit, ad quinquaginta vivos cepit. perpauci effugerunt, in quibus Mictio parva oneraria nave exceptus. Ea res Quinctio Romanisque, sicut jactura militum molesta; ita ad jus inferendi Antiocho belli adjecisse aliquantum videbatur. Antiochus, admoto ad Aulidem exercitu, cum rursus oratores, partim ex suis, partim Aetolos, Chalcidem misisset, qui eadem illa, quae nuper, cum minis gravioribus agerent, nequidquam contra Mictione et Xenoclide tendentibus, facile tenuit, ut portae sibi aperirentur. Qui Romanae partis erant, sub adventum regis urbe excellerunt. Achaeorum et Eumenis milites Salganea tenebant. Et in Euripo castellum Romani milites pauci custodiae causa loci communiebant. Salganea Menippus, rex ipse castellum Euripi oppugnare est adortus. Priores Achaei et Eumenis milites pacti, ut sine fraude liceret abire, praesidio excellerunt. pertinacia

Roma.

Romani Euripum tuebantur. Hi quoque tamen, cum terra marique obsiderentur, et jam machinas tormenta- que comportari viderent, non tulere obsidionem. Cum id, quod caput erat Euboeae, teneret res, ne ceteras quidem ejus insulae urbes imperium abnuerunt. magnoque principio sibi orsus bellum videbatur, quod tanta insula et tot opportunae urbes in suam ditionem venissent.

EPITOME LIBRI XXXVI.

M. Acilius Glabrio consul Antiochum, apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, victum, Graeciam expulsum, idemque Aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica consul eadem matris Deam, quam ipse in Palatium insulerat, vir optimus a senatu judicatus, dedicavit; idemque Bojos Gallos victos in deditionem accepit, et de iis triumphavit. Praeterea navalia certamina prospera adversus profectos Antiochi regis referuntur.

LIBER XXXVI.

I. P. Cornelium Cn. filium Scipionem et M. Acilium Glabriorem consules, inito magistratu, Patres, priusquam de provinciis agerent, res divinas facere majoribus hostiis iusserunt in omnibus fanis, in quibus laetisternium majorem partem anni fieri solet; precarique, quod senatus de novo bello in animo haberet, ut ea res senatui populoque Romano bene ac feliciter eveniret. Ea omnia sacrificia laeta fuerunt, primisque hostiis perlaturatum est: et ita haruspices responderunt, eo bello terminos populi Romani propagari, victoriam ac triumphum ostendi. Haec cum renuntiata essent, solutis religionis animis, Patres rogationem ad populum ferri iusserunt: *Vellent juberenne, cum Antiocho rege, quique secum ejus secuti essent, bellum intri? si ea rogatio perlata esset,*

tum, si ita videretur consulibus, rem integram ad senatum referrent. P. Cornelius eam rogationem pertulit, tum senatus decrevit, ut consules Italiam et Graeciam provincias sortirentur; cui Graecia evenisset, ut praeter eum numerum militum, quem L. Quinctius in eam provinciam ex auctoritate senatus scripsisset imperassetve, ut eum exercitum acciperet, quem M. Baebius praetor anno priore ex senatusconsulto in Macedoniam trajecisset. Es extra Italiam permissum, ut, si res postulasset, auxilia ab sociis, ne supra quinque millium numerum, acciperet. L. Quinctium superioris anni consulem legari ad id bellum placuit. Alter consul, cui Italia provincia evenisset, cum Bojis iussus bellum gerere, utro exercitu mallet ex duobus, quos superiores consules habuissent; alterum ut mitteret Romam, atque urbanas legiones essent paratae, quo senatus consuisset.

II. His ita in senatu ad id, quae ejus provincia foret, decretis, tum deum sortiri consules placuit. Acilio Graecia, Cornelio Italia evenit. Certa deinde sorte senatusconsultum factum est: *quod populus Romanus eo tempore duellum jussisset esse cum rege Antiocho, quique sub imperio ejus essent, ut ejus rei causa supplicationem imperarent consules: utique M. Acilius consul ludos magnos Jovi voveret, et dona ad omnia pulvinaria. Id votum in haec verba, praesente P. Licinio pontifica maximo, consul nuncupavit: Si duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit, id ex sententia senatus populi que Romanus confectum erit; tum tibi, Jupiter, populus Romanus ludos magnos dies decem continuos facies; donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia, quantum senatus decreverit. Quisque magistratus eos ludos quando ubique faxit, hi ludi recte facti, donaque data recte sunt.* Supplicatio inde ab duobus consulibus edicta per biduum fuit. Consulibus sortitis provincias, extemplo et praetores sortiti sunt. M. Junio Bruto jurisdictione utraque evenit, A. Cornelio Mammulae Brutill. M. Aemilio Lepido Sicilia, L. Oppio Salinatori Sardinia, C. Livio Salinatori classis, L. Aemilio Paulo Hispania ulterior. His ita exercitus decreti, A. Cornelio

novi milites, conscripti priore anno ex senatusconsulto a L. Quinctio consule, dati sunt; iussusque tueri omnem oram circa Tarentum Brundisiumque. L. Aemilio Paulo in ulteriorem Hispaniam praeter eum exercitum, quem a M. Fulvio propraetore accepturus esset, decretum est, ut novorum militum tria millia duceret, et trecentos equites; ita aut in iis duae partes socium Latini nominis, tertia civium Romanorum esset. Idem supplementi ad C. Flaminium, cui imperium prorogabatur, in Hispaniam citeriorem est missum. M. Aemilius Lepidus a L. Valerio, cui successurus esset, simul provinciam exercitumque accipere iussus: L. Valerium, si ita videretur, pro praetore in provincia retinere, et provinciam ita dividere, ut una ab Agrigento ad Pachynum esset, altera a Pachyno Tyndarium. Eam maritimam oram L. Valerius viginti navibus longis custodiret. Fidem praetori mandatum, ut duas decumas frumenti exigeret: id ad mare comportandum devehendumque in Graeciam curaret. Idem L. Oppio de alteris decumis exigendis in Sardinia imperatum. Ceterum non in Graeciam, sed Romam, id frumentum portari placere. C. Livius praetor, cui classis evenerat, cum triginta navibus paratis trajiceret in Graeciam primo quoque tempore iussus, et ab Atilio naves accipere. veteres naves, quae in navalibus erant, ut reficeret et armaret, M. Junio praetori negotium datum est, et in eam classem socios navales libertinos legeret.

III. Legati terni in Africam ad Carthaginienses et in Numidiam ad frumentum rogandum, quod in Graeciam portaretur, missi; pro quo pretium solveret populus Romanus. Adeoque in apparatus curamque ejus belli civitas intenta fuit, ut P. Cornelius consul ediceret, *Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, quique minores magistratus essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quam unde eo die redire posset; neve uno tempore quinque senatores ab urbe Romana abessent.* In comparando impigre classem C. Livium praetorem contentio, orta cum colonis maritimiis, paulisper tenuit. Nam, cum cogarentur in classem,

tribu.

U. C. 561. a. C. N. 191.

tribunos plebei appellarunt: ab iis ad senatum rejecti sunt. Senatus ita, ut ad unum omnes consentirent, decrevit, vacationem rei navalis his colonis non esse. Ostia, et Fregenae, et Castrum novum, et Pyrgi, et Antium, et Tarracina, et Minturnae, et Sinuessae fuerunt, quae cum praetore de vacatione certaverunt. Consul deinde M'. Acilius ex senatusconsulto ad collegium fecialium retulit: *ipsine utique regi Antiocho indiceretur bellum, an ad praesidium nuntiaretur? et num Aetolis quoque separatim indici juberent bellum? et num prius societas eis et amicitia renuntianda esset, quam bellum indicendum?* Feciales responderunt: *Jam ante sese, cum de Philippo consulerentur, decrevisse, nihil referre, ipsi coram, an ad praesidium, nuntiaretur. Amicitiam renuntiatam videri, cum legatis, toties repetentibus res, nec reddi, nec satisfieri aequum censuisset. Aetolos ultro sibi bellum indixisse, cum Demetriadem, sociorum urbem, per vim occupassent; Chalcidem terra marique oppugnatam isse; regem Antiochum in Europam ad bellum populo Romano inferendum iraduxissent.* Omnibus jam factis comparatis, M'. Acilius consul edixit: *Ut, quos L. Quinctius milites conscripseret, et quos sociis nominique Latino imperasset, quos secum in provinciam ire oporteret, et tribuni militum legionis primae et tertiae, uti omnes Brundisium Idibus Majis convenirent, ipse ante diem quintum Nonas Majas paludatus urbe egressus est. Per eosdem dies et praetores in provincias profecti sunt.*

IV. Sub idem tempus legati ab duobus regibus, Philippo Macedoniae et Ptolemaeo Aegypti, Romam venerunt, pollicentes ad bellum auxilia, et pecuniam, et frumentum. ab Ptolemaeo etiam mille pondo auri, viginti millia pondo argenti allata. Nihil ejus acceptum. Gratiae regibus actae. et, cum uterque se cum omnibus copiis in Aetoliam venturum, belloque interfaturum pelliceretur, Ptolemaeo id remissum: Philippi legati responsum, gratum eum senatui populoque Romano facturum, si M. Acilio consuli non defuisset. Item ab Carthaginensibus et Masinissa rege legati venerunt. Carthaginenses tritici modium mille, hordei quingenta millia

millia ad exercitum, dimidium ejus Romam apportaturos, polliciti sunt: id ut ab se munus Romani acciperent, petere se, et classem suorum suo sumtu comparaturos: et stipendium, quod pluribus pensionibus in multos annos deberent, praesens omne daturos. Malinissae legati quingenta millia modium tritici, trecenta hordei ad exercitum in Graeciam; Romam trecenta millia modium tritici, ducenta quinquaginta hordei; equites quingentos, elephantos viginti regem ad M. Acilium consulem missurum. De frumento utrisque responsum, ita ulurum esse populum Romanum, si pretium acciperent. De classe Carthaginienensibus remissum; praeterquam si quid navium ex foedere deberent. de pecunia item responsum, nullam ante diem accepturos.

V. Cum haec Romae agebantur, Chalcide Antiochus, ne cessaret per hibernorum tempus, partim ipse sollicitabat civitatum animos mittendis legatis, partim ultro ad eum veniebant: sicut Epirotae communi gentis consensu, et Elei e Peloponneso venerunt. Elei auxilium adversus Achaeos petebant, quos, post bellum non ex sua sententia indictum Antiocho, primum civitati suae arma illaturos credebant. Mille iis pedites cum duce Cretenfi Euphane sunt missi. Epirotarum legatio erat minime in partem ullam liberi aut simplicis animi. Apud regem gratiam initam volebant cum eo, ut caverent, ne quid offenderent Romanos. petebant enim, *ne se temere in causam deduceret, expositos adversus Italiam pro omni Graecia, et primos impetus Romanorum excepturos. Sed, si ipse posset terrestribus navalibusque copiis praesidere Epiro, cupide eum omnes Epirotas et urbibus et portibus suis accepturos. si id non posset, deprecari, ne se nudos atque inermes Romano bello objiceret.* Hac legatione id agi apparebat, ut, sive (quod magis credebant) abstinuisset Epiro, integra sibi omnia apud exercitus Romanos essent, conciliata satis apud regem gratia, quod accepturi fuissent venientem; sive venisset, sic quoque spes veniae ab Romanis foret, quod, non expectato longinquo auxilio ab se, praesentis viribus succubuissent. *Huius tam perplexae legationi, quia non satis in promptu erat,*

erat, quid responderet, legatos se missurum ad eos dixit, qui de iis, quae ad illos seque communiter pertinerent, loquerentur.

VI. In Boeotiam ipse profectus est, causas in speciem irae adversus Romanos eas, quas ante dixi, habentem; Brachyllae necem, et bellum a Quinctio Coroneae, propter Romanorum militum caedes, illatum; re vera per multa jam secula publice privatimque labante egregia quondam disciplina gentis, et multorum eo statu, qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset. Obviam effulis undique Boeotiae principibus, Thebas venit. ibi in concilio gentis, quanquam et ad Delium, impetu in praesidium Romanum facto, et ad Chalcidem commiserat nec a parvis nec dubiis principiis bellum; tamen eandem orationem exorsus, qua in colloquio primo ad Chalcidem, quaque per legatos in concilio Achaeorum usus erat, ut amicitiam secum institui, non bellum indici Romanis postularet; neminem, quid ageretur, fallebat. decretum tamen sub levi verborum praetextu pro rege adversus Romanos factum est. Hac quoque gente adjuncta, Chalcidem regressus, praemissis inde literis, ut Demetriadem convenirent principes Aetolorum, cum quibus de summa rerum deliberaret, navibus eo ad diem indictam concilio venit. Et Amynander accitus ad consultandum ex Athamania: et Hannibal Poenus, jam diu non adhibitus, interfuit ei concilio. Consultatum de Thessalorum gente est, quorum omnibus, qui aderant, voluntas tentanda videbatur. in eo modo diversae sententiae erant; quod alii extemplo agendum; alii ex hieme, quae tum ferme media erat, differendum in veris principium; et alii legatos tantummodo mittendos: alii cum omnibus copiis eundem censebant, terrendosque motu, si cunctarentur.

VII. Cum circa hanc fere consultationem disceptatio omnis verteretur, Hannibal, nominatim interrogatus sententiam, in universi belli cogitationem regem atque eos, qui aderant, tali oratione avertit: *Si, ex quo trejecimus in Graeciam, adhibitis esset in concilio; cum*

de Euboea, de Achaia, de Boeotia agebatur; eandem sententiam dixissem, quam hodie, cum de Thessalia agitur, dicam. Ante omnia Philippum et Macedonas in societatem belli quacunque ratione censeo deducendos esse. nam quod ad Euboeam Boeotosque et Thessalos attinet, cui dubium est, quin, ut quibus nullae suae vires sint, praesentibus adiuvando semper, quem merum in consilio habeant, eodem ad impetrandam veniam utantur? simul ac Romanum exercitum in Graecia viderint, ad consuetum imperium se avertant? nec iis noxae futurum sit, quod, cum Romani procul abessent, vim tuam praesentis exercitusque tui exereri noverint? Quanto igitur prius potiusque est, Philippum nobis conjungere, quam hos? cui, si semel in causam descenderit, nihil integri futurum sit, quique eas vires afferat, quae non accessio tantum ad Romanum esse bellum, sed per se ipsae nuper sustinere potuerint Romanos. Hoc ego adjuncto (absit verbo invidia) qui dubitare de eventu possim? cum, quibus adversus Philippum vaiverint Romani, iis nunc fore videam ut ipsi oppugnentur. Aetoli, qui Philippum (quod inter omnes constat) vicerunt, cum Philippo adversus Romanos pugnabunt. Amynder atque Athamanum gens, quorum secundum Aetolos plurima fuit opera in eo bello, nobiscum stabunt. Philippus tum, te quieto, totam molem sustinebat belli: nunc duo maximi reges, Asiae Europaeque viribus, adversus unum populum, (ut meam utramque fortunam taceam) patrum certe aetate ne uni quidem Epirotarum regi parem, (quid tandem erit vobiscum comparatus?) generis bellum. Quae igitur res mihi fiduciam praebet, conjungi nobis Philippum posse? Una, communis utilitas, quae societatis maximum vinculum est: aliter, auctores vos Aetoli. Vester enim legatus hic Thoas inter cetera, quae ad exciendum in Graeciam Antiochum dicere est solitus, ante omnia hoc semper affirmavit; fremere Philippum, et aegre pati, sub specie pacis leges servitutis sibi impositas. Ille quidem fere bestiae vitrae aut clausae, et refringere claustra cupienti, regis iram verbis aequabat. cujus similis animus est, solvamus nos ejus vincula, et claustra refringamus, ut erumpere diu coercitam iram in hostes communes possit. Quod si nihil eum legatio nostra move-

ris: at nos, quoniam nobis eum adungere non possumus, ne hostibus nostris ille adjungi possit, caveamus. Seleucus filius tuus. Lyfimachiae est: qui si eo exercitu; quem secum habet, per Thraciam proxima Macedoniae coeperit depopulari; facile ab auxilio ferendo Romanis Philippum ad sua potissimum tuenda avertes. De Philippo meam sententiam habes. De ratione universi belli quid sentirem, jam ab initio non ignorasti. quod si tum audirus forem, non in Euboea Chalcidem captam, et castellum Eurivi expugnatum Romani, sed Etruriam Ligurumque et Gallias Cisalpinas oram bello ardere, et, qui maximus iis terror est, Hannibalem in Italia esse audirent. Nunc quoque arcessas censeo omnes navales et terrestresque copias. Sequantur classem onerariae cum comaeatibus. nam hic sicut ad belli munera pauci sumus, sic nimis multi pro inopia comaeatum. Cum omnes tuas contraxeris vires, divisam classem partim Corcyrae in statione habebis, ne transitus Romanis liber ac tutus pateat: partim ad litus Italiae, quod Sardiniam Africanque spectat, trajicies: ipse cum omnibus terrestribus copiis in Byllinum agrum procedes. Inde Graeciae praefidebis, et speciem Romanis trajecturum te praebens, et, si res poposcerit, trajecturus. Haec suadeo, qui, ut non omnis peritissimus sis belli, cum Romanis certe bellare bonis malisque meis didici. In qua consilium dedi, in eadem nec infidelem, nec segnem operam polliceor. Dii approbent eam sententiam, quae tibi optima visa fuerit.

VIII. Haec ferme Hannibalis oratio fuit; quam laudarunt magis in praesentia, qui aderant, quam rebus ipsis executi sunt. nihil enim eorum est factum, nisi quod ad classem copiasque arcessendas ex Asia Polyxenidam misit. Legati Larissam ad consilium Thessalorum sunt missi, et Aetolis Amyandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est dictus. eodem et rex cum suis copiis confectum venit. Ibi dum opperitur, Amyन्द्रum atque Aetolos, Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legenda ossa Macedonum circa Cynoscephalas, ubi debellatum erat cum Philippo misit; sive ab ipso, quaerente sibi commendationem ad

Macedonum gentem et invidiam regi, quod insepultos milites reliquisset, monitus; sive ab infita regibus vanitate ad consilium specie amplum, re inane, animo adjecto. Tumulus est, in unum ossibus, quae passim strata erant, coacervatis, factus; qui nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad Philippum movit. Itaque, qui ad id tempus fortunam esset in consilio habiturus, is extemplo ad M. Baebium propraetorem misit, *Antiochum in Thessaliam impetum fecisse. si videretur ei, moveret ex hibernis: se obviam processurum, ut, quid agendum esset, consultarent.*

IX. Antiocho, Pheras jam castra habenti, ubi conjunxerant ei se Aetoli et Amynder, legati ab Larissa venerunt, quaerentes, quod ob factum dictumve Thessalorum bello lacefferet eos? simul orantes, ut, remoto exercitu, per legatos, si quid ei videretur, secum disceptaret. Eodem tempore quingentos armatos, duce Hippoloch, Pheras in praesidium miserunt: hi, exclusi aditu, jam omnia itinera obsidentibus regiis, Scotusiam se receperunt. Legatis Larissaeorum rex clementer respondit, *Non belli faciendi, sed tuendae et stabiliendae libertatis Thessalorum causa, se Thessaliam intrasse.* Similia his qui cum Pheraeis ageret, missus, cui nullo dato responso, Pheraei ipsi legatum ad regem, principem civitatis Pausaniam, miserunt. Qui cum haud dissimilia his, ut in causa pari, quae pro Chalcidensibus in colloquio ad Euripi fretum dicta erant, quaedam etiam ferocius, egisset; rex etiam atque etiam deliberare eos iustos, ne id consilii caperent, cujus, dum in futurum nimis cauti et providi essent, extemplo poeniteret, dimisit. Haec renuntiata Pheras legatio cum esset, ne paulum quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos, quidquid fors belli tulisset, paterentur. Itaque et hi summa ope parabant se ad urbem defendendam: et rex ab omni parte simul oppugnare moenia est aggressus; et, ut qui satis intelligeret, (neque enim dubium erat) in eventu ejus urbis positum esse, quam primam aggressus esset, aut sperni deinde ab universa gente Thessalorum, aut *timeri se, omnem undique terrorem obsessis injecit.*

Primum

Primum impetum oppugnationis satis constanter sustinuerunt: dein, cum multi propugnantes caderent, aut vulnerarentur, labare animi coepere. Revocati deinde castigationibus principum ad perseverandum in proposito, relicto exteriori circulo muri, deficientibus jam copiis, in interiorem partem urbis concesserunt; cui brevior orbismunitionis circumjectus erat. postremo victi malis, cum timerent, ne vi captis nulla apud victorem venia esset, dederunt sese. Nihil inde moratus rex, quatuor millia armatorum, dum recens terror esset, Scotuffam misit. nec ibi mora deditiois est facta, cernentibus Pheraeorum recens exemplum: qui, quod pertinaciter primo abnuerant, malo domiti tandem fecissent. cum ipsa urbe Hippolochus Larissaeorumque deditum est praesidium. Dimissi ab rege inviolati omnes; quod eam rem magni momenti futuram rex ad conciliandos Larissaeorum animos credebat.

X. Intra decimum diem, quam Pheras venerat, his perfectis, Cranonem, profectus cum toto exercitu, primo adventu cepit. inde Cypaeram et Metropolim, et iis circumjecta castella recepit; omniaque jam regionis ejus, praeter Atracem et Gyrtionem, in potestate erant. Tum aggredi Larissam constituit: ratus vel terrore ceterarum expugnatarum, vel beneficio praesidii dimissi, vel exemplo tot civitatum dederunt sese, non ultra in pertinacia manuros. Elephantis agi ante signa terroris causa iussis, quadrato agmine ad urbem incessit: ut incerti fluctuarentur animi magnae partis Larissaeorum inter metum praesentem hostium et verecundiam absentium sociorum. Per eosdem dies Amynder cum Athamanum juventute occupat Pellinaeum: et Menippus, cum tribus millibus peditum Aetolorum et ducentis equitibus in Perrhaebiam profectus, Malloeam et Cyretias vi cepit, depopulatusque est agrum Tripolitanum. His raptim perfectis, Larissam ad regem redeunt: consulanti, quidnam agendum esset de Larissa, supervenerunt. Ibi in diversum sententiae tendebant: alii, vim adhibendam, et non differendum censentibus, quin operibus ac machinis simul undique moenia aggrederentur urbis sitae in

in urbem est inductus: et, aliis sua voluntate affluentibus, metu coacti etiam, qui dissentiebant, ad regem convenerunt, quos placida oratione territos cum permulisset, ad spem vulgatae clementiae aliquot populi Acarnaniae dafecerunt. Thyrium a Medione profectus est, Mnefiloeho eodem et legatis praemissis. Ceterum detecta Medione fraus cautiore, non timidiores, Thyrienses fecit, dato ei haud perplexo responso, nullam se novam societatem, nisi ex auctoritate Romanorum imperatorum, accepturos, portisque clausis, armatos in muris disposuerunt. Et peropportune ad confirmandos Acarnanum animos Cn. Octavius missus a Quinctio, cum praesidium et paucas naves ab A. Postumio, qui ab Atilio legato Cephaleniae praepositus fuerat, accepisset, Leucadem venit, implevitque spei socios: M. Acilium consullem jam cum legionibus mare trajecisse, et in Thessalia castra Romana esse. Hunc rumorem quia similem veri, tempus anni maturum jam ad navigandum faciebat; rex, praesidio Medione imposito, et in quibusdam aliis Acarnaniae oppidis, Thyrio abscessit, et per Aetoliae ac Phocidis urbes Chalcidem rediit.

XIII. Sub idem tempus M. Baebius et Philippus rex, jam ante per hiemen in Dassaretiis congressi, cum Ap. Claudium, ut obsidione Larissam eximeret, in Thessaliam misissent, quia id tempus rebus gerendis immaturum erat, in hiberna regressi, principio veris conjunctis copiis in Thessaliam descenderunt. In Acarnania tum Antiochus erat. Advenientes, Philippus Malloeam Perhaebiae, Baebius Phacium est aggressus, quo primo prope impetu capto, Phaestum eadem celeritate capit. inde Atracem cum se recepisset, Cyretias hinc et Eritium occupat: praesidiisque per recepta oppida dispositis, Philippo rursus obsidenti Malloeam se conjungit. Sub adventum Romani exercitus, seu ad metum virium, seu ad spem veniae, cum dedidissent sese; ad ea recipienda oppida, quae Athamanes occupaverant, uno agmine ierunt. Erant autem haec, Aeginium, Ercinium, Gomphi, Silana, Tricca, Meliboea, Phaloria. *Inde Pellinaeum, ubi Philippus Megalopolitanus cum*
quin.

quingentis peditibus et equitibus quadraginta in praesidio erat, et circumfidunt, et, priusquam oppugnarent, mittunt ad Philippum, qui moneret, ne vim ultimam experiri vellet. Quibus ille satis ferociter respondit, vel Romanis, vel Theffalis se crediturum fuisse: in Philippi se potestatem commissurum non esse. Postquam apparuit vi agendum, quia videbatur et Limnaeam eodem tempore oppugnari posse, regem ad Limnaeam ire placuit: Baebius restitit ad Pellinaeum oppugnandum.

XIV. Per eos forte dies M'. Acilius consul, cum decem millibus peditum, duobus millibus equitum, quindecim elephantis, mari trajecto, pedesres copias Larissam ducere delectos militum tribunos iussit. ipse cum equitatu Limnaeam ad Philippum venit. Adventu consulis deditio sine cunctatione est facta: traditumque praesidium regium, et cum iis Athamanes. Ab Limnaea Pellinaeum consul proficiscitur. Ibi primi Athamanes tradiderunt sese, deinde et Philippus Megalopolitanus: cui, decedenti de praesidio, cum obvius forte fuisset Philippus rex, ad ludibrium regem eum consalutari iussit; ipse congressus fratrem, haud sane decoro majestati suae joco, appellavit. Deductus inde ad consulem custodiri iussus, et haud ita multo post in vinculis Romanam missus. cetera multitudo Athamanum aut militum Antiochi regis, quae in praesidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat, Philippo tradita regi est. fuere autem ad tria millia hominum. Consul Larissam est profectus, ibi de summa belli consultaturus. in itinere ab Pieria et Metropoli legati tradentes urbes suas occurrunt. Philippus, Athamanum praecipue captivis indulgenter habitis, ut per eos conciliaret gentem, nactus spem Athamaniae potiundae, exercitum eo duxit, praemisit in civitates captivis. Et illi magnam auctoritatem apud populares habuerunt, clementiam erga se regis munificentiamque commemorantes: et Amynander, cujus praesentis majestas aliquos in fide continuisset, veritus ne traderetur Philippo jam pridem hosti, et Romanis merito tunc propter defectionem infensis, cum conjugae ac liberis regno excessit, Ambraciamque se contulit. ita Athamania

mania omnis in jus ditionemque Philippi concessit. Consul, ad reficienda maxime iumenta, quae et navigatione, et postea itineribus fatigata erant, paucos Larissae moratus dies, velut renovato modica quiete exercitu Cranonem est progressus. Venienti Pharfalus, Scotussa, et Pherae, quaeque in eis praesidia Antiochi erant, deduntur. ex iis interrogatis, qui manere secum vellent, mille volentes Philippo tradit: ceteros inermes Demetriadem remittit. Proërnā inde recepit, et quae circa eam castella erant. Ducere tum porro in sinum Maliaecum coepit. Appropinquante faucibus, super quas sita Thaumaci sunt, deserta urbe, iuventus omnis armata sylvas et itinera infedit, et in agmen Romanum ex superioribus locis incursum. Consul primo mittere, qui ex propinquo colloquentes deterrerent eos a tali furore: postquam perseverare incepto vidit, tribuno cum duorum signorum militibus circummisso, interclusit ad urbem iter armatis, vacuumque eam cepit. tum, clamore ab tergo captae urbis audito, refugientium undique ex sylvis infidiatorum caedes facta est. A Thaumacis altero die consul ad Sperchium amnem pervenit: inde Hypataeorum agros vastavit.

XV. Cum haec agebantur, Chalcide erat Antiochus: qui, jam tum cernens, nihil se ex Graecia, praeter amoena Chalcide hiberna et infames nuptias, petisse, Aetolorum vana promissa inculcare et Thoantem: Hannibalem vero, ut non prudentem tantum virum, sed prope vatem omnium; quae tum evenirent, admirari. ne tamen temere coepta, segnitia insuper everteret, nuntios in Aetoliam mittit; ut, omni contracta juventute, convenirent. Jam et ipse eo decem millia fere peditum ex iis, qui postea venerant ex Asia, expleta, et equites quingentos duxit. Quo cum aliquanto pauciores, quam unquam antea, convenissent, et principes tantummodum cum paucis clientibus essent, atque ii dicerent, omnia sedulo ab se facta, ut quam plurimos ex civitatibus suis evocarent, nec auctoritate, nec gratia, nec imperio adversus detrectantes militiam valuisse; desitutus undique et ab suis, qui morabantur in Asia, et ab sociis, qui ea,

in quorum spem vocaverant, non praestabant; intra saltum Thermopylarum sese recepit. Id jugum, sicut Apennini dorso Italia dividitur, ita mediam Graeciam dirimit. ante saltum Thermopylarum in septentrionem versa Epirus, et Perhaebia, et Magesia, et Thessalia est, et Phthiotae Achaë, et sinus Maliacus. intra fauces ad meridiem vergunt Aetoliae pars major, et Acarnania, et tum Euboeide Phocis, et Boeotia adjunctaque insula Euboea, et, excurrente in altum, velut promontorio, Attica terra, sita ab tergo et Peloponnesus. Hoc jugum, ab Leucade et mari ad occidentem verso per Aetoliam ad alterum mare orienti objectum tendens, ea aspreta rupesque interjectas habet, ut non modo exercitus, sed ne expediti quidem facile ullas ad transitum calles inveniant. Extremos ad orientem montes Oetam vocant, quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur; in cuius valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius, quam sexaginta passus. Haec una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possunt. ideo Pylae, et ab aliis, quia calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae focus appellatur, nobilis Lacedaemoniorum adversus Persas morte magis memorabili, quam pugna.

XVI. Haudquaquam pari tum animo Antiochus, intra portas loci ejus castris positus, munitionibus insuper saltum impediabat. et, cum duplici vallo fossaque, et muro etiam, qua res postulabat, ex multa copia passim jacentium lapidum, permunisset omnia, satis fidens, nunquam eam vim Romanum exercituum facturum, Aetolos ex quatuor millibus (tot enim convenerat) partim ad Heracleam praesidio obtinendam, quae ante ipsas fauces posita est, partim Hypatam mittit, et Heracleam haud dubius consulem oppugnaturum, et jam multis nuntiantibus, circa Hypatam omnia evasari. Consul, depopulatus Hypatensem primo, deinde Heracleensem agrum, inutili utrobique auxilio Aetolorum, in ipsis faucibus prope fontes calidarum aquarum adversus regem castra posuit. Aetolorum utraeque manus Heracleam sese moluerunt. Antiochum, cui, priusquam hostem

cerneret, satis omnia permunita et praelidiis obsepta videbantur, timor deinde incessit, ne quas per imminentiâ juga calles inveniret ad transitum Romanus. nam et Lacedaemonios quondam ita a Persis circumitos fama erat; et nuper Philippum ab iisdem Romanis. itaque nuntium Heracleam ad Aetolos mittit, ut hanc saltem sibi operam eo bello praestarent, ut vertices circa montium occuparent obsiderentque, ne qua transire Romanus posset. Hoc nuntio audito, dissensio inter Aetolos orta est. pars imperio parendum regis atque eundem censebant, pars subsistendum Heracleae ad utramque fortunam; ut, si victus à consule rex esset, in expedito haberent integras copias ad opem propinquis ferendam civitatibus suis; si vinceret, ut dissipatos in fugam Romanos persequerentur. Utraque pars non mansit modo in sententia sua, sed etiam executâ est consilium. duo millia Heracleae substituerunt: duo trifariam divisa Callidromum, et Rhodontiam, et Tichiuuta (haec nomina cacuminibus sunt) occupavere.

XVII. Consul postquam in seffa superiorâ loca ab Aetolis vidit, M. Porcium Catonem et L. Valerium Flaccum, consulares legatos, cum binis millibus delectorum peditum, ad castella Aetolorum, Flaccum in Rhodontiam et Tichiuuta, Catonem in Callidromum mittit. ipse, priusquam ad hostem copias admoveret, vocatos in concionem milites paucis est allocutus: *Plerosque omnium ordinum, milites, inter vos esse video, qui in hac eadem provincia T. Quinctii ductu auspicioque militaveritis. Macedonico bello inexsuperabilis magis saltus ad animum Aetum fuit, quam hic. Quippe portae sunt haec, et unus, inter duo maria clausis omnibus, velut naturalis transitus est. munitiones et locis opportunioribus tunc fuerunt, et validiores impositae: exercitus hostium ille et numero major, et militum genere aliquanto melior. Quippe illic Macedones Thracesque et Illyrii erant, ferocissimae omnes gentes: hic Syri et Asiatici Graeci sunt, levissima genera hominum et servituti nata. Rex ille bellicosissimus, exercitatus jam inde ab juventa fuit inis Thracum atque Illyriorum, et circa omnium accolarum bellis;*

bellis; hic, ut aliam omnem vitam omittam, is est, qui, cum ad inferendum populo Romano bellum ex Asia in Europam transisset, nihil memorabilius toto tempore hibernorum gesserit, quam quod amoris causa ex domo privata, et obscuri etiam inter populares generis, uxorem duxit: et novus maritus, velut saginatus nuptialibus coenis, ad pugnam processit. Summa virium speique ejus in Aetolis fuit; gente vanissima et ingratiſſima, ut vos prius experti estis, nunc Antiochus experitur. Nam nec convenerunt frequentes, nec contineri in castris potuerunt, et in seditione ipsi inter se sunt: et cum Hypatam ruendam Heracleamque depoposcissent, neutram tutati, refugerunt in jura montium, pars Heracleae incluserunt sese. Rex ipse confessus, nusquam aequo campo non modo congredi se ad pugnam audere, sed ne castra quidem in aperto ponere, relicta omni ante se regione ea, quam se nobis ac Philippo ademisse gloriabatur, condidit se intra rupes: ne ante fauces quidem saltus, ut quondam Lacedaemonios fama est, sed intra penitus retractis castris: quod quantum interest ad timorem ostendendum, an muris alicujus urbis obsidendum sese incluserit? Sed neque Antiochum tuebuntur angustiae, nec Aetolos vertices illi, quos ceperunt. Satis undique provisum atque praecautum est, ne quid adversus vos in pugna praeter hostes esset. Illud proponere animo vestro debetis, non vos pro Graeciae libertate tantum dimicare, (quanquam is quoque egregius titulus esset, liberatam a Philippo ante, nunc ab Aetolis et ab Antiocho liberare) neque ea tantum in praemium vestrum cessura, quae nunc in regis castris sunt: sed illum quoque omnem apparatus, qui in dies ab Epheso expectatur, praedae futurum: Asiam deinde Syriamque, et omnia usque ad ortus solis dirissima regna imperio Romano aperturos. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare rubrum Oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit, et omne humanum genus secundum Deos nomen Romanum veneretur? In haec tanta praemia dignos parate animos, ut crastino die, bene juvantibus Diis, acie decernamus.

XVIII. Ab hac concione dimissi milites, priusquam corpora curarent, arma telaque parant. Luce prima, signo

signo pugnae proposito, instruit aciem consul, arcta fronte, ad naturam et angustias loci. Rex, postquam signa hostium conspexit, et ipse copias eduxit. Levis armaturae partem ante vallum in primo locavit: tum Macedonum robur, quos Sarisphoros appellabant, velut firmamentum circa ipsas munitiones constituit. Ibis ab sinistro cornu jaculatorum sagittariorumque et funditorum manum sub ipsis radicibus montis posuit, ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent. ab dextro Macedonibus ad ipsum munimentorum sinem, qua loca usque ad mare invia palustri limo et voraginibus claudunt, elephantos cum assueto praesidio posuit; post eos, equites; tum, modico intervallo relicto, ceteras copias in secunda acie. Macedones, pro vallo locati, primo facile sustinebant Romanos, tentantes ab omni parte aditus: multum adjuvantibus, qui ex loco superiore fundis, velut nimbum, glandes et sagittas simul ac jacula ingerebant. deinde, ut major, nec jam toleranda vis hostium inferebat se, pulli loco intra munimenta, subductis ordinibus, concesserunt: inde ex vallo prope alterum vallum, hastis prae se objectis, fecerunt. et ita modica altitudo valli erat, ut et locum superiorem ad pugnandum suis praerberet, et propter longitudinem hastarum subjectum haberet hostem. Multi, temere subeuntes vallum, transfixi sunt: et aut incepto irrito recessissent, aut plures cecidissent, ni M. Porcius ab jugo Callidromi, dejectis inde Aetolis, et magna ex parte caelis, (incautos enim et plerosque sopitos oppresserat) super imminentem castris collem apparuisset.

XIX. Flacco non eadem fortuna ad Tichiunta et Rhoduntiam, nequidquam subire ad ea castra conato, fuerat. Macedones, quique alii in castris regis erant, primo, dum procul nihil aliud, quam turba et agmen, apparebat, Aetolos credere, visa procul pugna, subsidio venire. ceterum, ut primum signaque et arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus repente pavor omnes cepit, ut, abjectis armis, fugerent. et munimenta sequentes impedierunt, et angustiae vallis, per quam sequendi erant; et maxime omnium, quod elephantum

phansi novissimi agminis erant, quos pedes aegre praeterire, eques nullo poterat modo, timentibus equis, tumultumque inter se majorem, quam in proelio, edentibus. Aliquantum temporis et direptio castrorum tenuit. Scarpniam tamen eo die persecuti sunt hostem. Multis in ipso itinere caesis captisque, non equis, virisque tantum, sed etiam elephantis, quos capere non potuerant, interfectis, in castra reverterunt; quae tentata eo die inter ipsum pugnae tempus ab Aetolis, Heracleam obtinentibus praesidio, sine ullo haud parum audacis incepti effectu, fuerant. Consul, noctis insequentis tertia vigilia praemisso equitatu ad persequendum hostem, signa legionum prima luce movit. Aliquantum viae praeceperat rex; ut qui non ante, quam Elatiae, ab effulo confiterit cursu: ubi primum reliquis pugnaeque et fugae collectis, cum perexigua manu semiermum militum Chaloidem se recepit. Romanus equitatus ipsum quidem regem Elatiae affecutus non est, sed magnam partem agminis, aut lassitudine subsistentis, aut errore, ut qui sine ducibus per ignota itinera fugerent, dissipatos oppresserunt. nec praeter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quisquam effugit: etiam ex decem millibus militum, quos, Polybio auctore, trajecisse secum regem in Graeciam scripsimus, exiguus numerus. quid si Antiati Valerio credamus, sexaginta millia militum fuisse in regio exercitu scribenti, quadraginta inde millia cecidisse, supra quinque millia capta cum signis militaribus ducentis triginta? Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnae, ab incursu Aetolorum se tuentes non plus quinquaginta interfecti sunt.

XX. Consule per Phocidem et Boeotiam exercitum ducente, consciae defectionis civitates cum velamentis ante portas stabant, metu ne hostiliter diriperentur. ceterum per omnes dies haud secus, quam in pacato agro, sine violatione ullius rei agmen processit, donec in agrum Coronaeum ventum est. Ibi statua regis Antiochi, posita in templo Minervae Itoniae, iram accendit: permisumque militi est, ut circumjectum templo agrum popu-

laretur. deinde cogitatio animum subiit, cum communi decreto Boeotorum polita esset statua, indignum esse, in unum Coronensem agrum faevire. Revocato extemplo milite, finis populandi factus: castigati tantum verbis Boeoti ob ingratum in tantis tanque recentibus beneficiis animum erga Romanos. Inter ipsum pugnae tempus decem naves regiae cum praefecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant. eo gravis vulneribus Alexander Acarnian, nuntius adversae pugnae, cum perugisset, trepidae inde recenti terrore naves Cenaem Euboeae petierunt. ibi mortuus sepultusque Alexander. Tres, quae ex Asia profectae eundem portum tenuerant, naves, audita exercitus clade, Ephesum redierunt. Isidorus ab Cenaeo Demetriadem, si forte eo deferret fuga regem, trajecit. Per eosdem dies A. Atilius, praefectus Romanae classis, magnos regios commeatus, jam fretum, quod ad Andrum insulam est, praetervectos, excepit: alias misit, alias cepit naves. quae novissimae agminis erant, cursum in Asiam verterunt. Atilius Piraeum, unde profectus erat, cum agmine captivarum navium revectus, magnam vim frumenti et Atheniensibus et aliis ejusdem regionis sociis divisit.

XXI. Antiochus, sub adventum consulis a Chalcide profectus, Tenum primo tenuit: inde Ephesum transmisit. Consuli Chalcidem venienti portae patuerunt, cum, appropinquante eo, Aristoteles, praefectus regis, urbe excessisset. et ceterae urbes in Euboea sine certamine traditae, post paucosque dies, omnibus perpacatis, sine ullius noxa urbis exercitus Thermopylas reductus, multo modestia post victoriam, quam ipsa victoria, laudabilior. Inde consul M. Catonem, per quem, quae gesta essent, senatus populusque Romanus haud dubio auctore sciret, Romam misit. Is a Creusa (Thespiensium emporium est, in intimo sinu Corinthiaco retractum) Patras Achajae petit: a Patris Corcyram usque Aetoliae atque Acarnaniae litora legit, atque ita ad Hydruntum Italiae trajecit. quinto die inde pedestri itinere Romam ingenti cursu pervenit. ante lucem ingressus urbem, a porta ad praetorem M. Junium iter intendit. Is prima

luce senatum vocavit. quo L. Cornelius Scipio, aliquot diebus ante a consule dimissus, cum adveniens audisset, praegressum Catonem in senatu esse, supervenit exponenti, quae gesta essent. Duo inde legati jussu senatus in concionem sunt producti: atque ibi eadem, quae in senatu, de rebus in Aetolia gestis exposuerunt. Supplicatio in triduum decreta est; et ut quadraginta hostiis majoribus praetor, quibus Diis ei videretur, sacrificaret. Per eosdem dies et M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante praetor in Hispaniam erat profectus, ovans urbem est ingressus: argenti bigati prae se tulit centum triginta millia: et extra numeratum duodecim millia pondo argenti: auri pondo centum viginti septem.

XXII. Acilius consul ab Thermopylis Heracleam ad Aetolos praemisit, ut tunc saltem, experti regiam vanitatem, respicerent; traditaque Heraclea, cogitarent de petenda ab senatu seu furoris sui, seu erroris venia. et ceteras Graeciae civitates defecisse eo bello ab optime de se meritis Romanis: sed, quia post fugam regis, cujus fiducia officio receperant, non addidissent persinaciam culpae, in fidem receptas esse. Aetolos quoque, quanquam non secuti sint regem, sed arcessierint, et duces belli, non socii, fuerint, si poenitere possint, posse et incolumes esse. Ad ea cum pacati nihil responderetur, appareretque, armis rem gerendam, et, rege superato, bellum Aetolicum integrum restare; castra ab Thermopylis ad Heracleam movit: eoque ipso die, ut situm nosceret urbis, ab omni parte equo moenia est circumvectus. Sita est Heraclea in radicibus Oetae montis: ipsa in campo, arcem imminuentem loco alto et undique praecipiti habet. Contemplatus omnia, quae noscenda erant, quatuor simul locis aggredi urbem constituit. a flumine Alopo, qua et gymnasium est, L. Valerium operibus atque oppugnationi praeposuit: arcem extra muros, quae frequentius prope, quam urbs, habitabatur, Ti. Sempronio Longo oppugnandam dedit: a sinu Maliaco, quae aditum haud facilem pars habebat, M. Baebium; ab altero amniculo, quem Melana vocant, adversus Dianae templum, Ap. Claudium opposuit. Horum magno certamine intra

paucos dies turre, arietesque, et alius omnis apparatus oppugnandarum urbium perficitur. Et cum ager Heraeleensis, paluster omnis frequensque proceris arboribus, benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat: tum, quia refugerant intra moenia Aetoli, deserta, quae in vestibulo urbis erant, tecta in varios usus non tigna modo et tabulas, sed laterem quoque, et caementa, et laxa variae magnitudinis, praebant.

XXIII. Et Romani quidem operibus magis, quam armis, urbem oppugnabant: Aetoli contra armis se tuebantur. nam, cum ariete quaterentur muri, non laqueis, ut solet, exceptos declinabant ictus; sed armati frequentes, quidam ignes etiam, quos aggeribus injicerent, ferebant. fornices quoque in muro erant apti ad excurrendum: et ipsi, cum pro dirutis reficerent muros, crebriores eos, ut pluribus erumperetur in hostem locis, faciebant. Hoc primis diebus, dum integræ vines erant, et frequentes et impigre fecerunt: in dies deinde, pauciores et sepius. Etenim, cum multis urgerentur rebus, nulla eos res aequae, ac vigiliæ faciebant; Romanis in magna copia militum succedentibus aliis in stationem aliorum, Aetolos propter paucitatem eosdem dies noctesque assiduo labore urente. Per quatuor et viginti dies, ita ut nullum tempus vacuum dimissionem esset, adversus quatuor e partibus simul oppugnantem hostem nocturnus diurno continuatus labor est. Cum fatigatos jam Aetolos sciret consul et ex ratione temporis, et quod ita transfugae affirmabant, tale consilium iniit. media nocte receptui signum dedit, et ab oppugnatione simul omnes milites deductos usque ad tertiam diei horam quietos in castris tenuit. inde coepta oppugnatio ad mediam rursus noctem perducta est: intermissa deinde usque ad tertiam diei horam. Fatigationem rati causam esse Aetoli non continuandae oppugnationis, quae et ipsos affecerat, ubi Romanis datum receptui signum esset, velut ipsi quoque hoc revocati, pro se quisque ex stationibus decedebant: nec ante tertiam diei horam armati in muris apparebant.

XXIV. Consul, cum nocte media intermisisset oppugnationem, quarta vigilia rursus ab tribus partibus summa vi aggressus, ab una Ti. Sempronium tenere intentos milites signumque expectantes iussit, ad ea in nocturno tumultu, unde clamor exaudiretur, haud dubie ratus hostes concursuros. Aetoli pars sopiti affecta labore ac vigiliis corpora ex somno moliebantur: pars vigilantes adhuc ad strepitum pugnantium in tenebris currunt. Hostes partim per ruinas jacentis muri transcendere conantur: partim scalis ascensus tentant. adversus quos undique ad opem ferendam occurrunt Aetoli. Pars una, in qua aedificia extra urbem erant, neque defenditur, neque oppugnatur: sed, qui oppugnarent, intenti signum expectabant; defensor nemo aderat. Jam dilucebat, cum signum consul dedit: et sine ullo certamine partim per semiruta, partim scalis integros muros transcendere. Simul clamor, index capti oppidi, est exauditus, undique Aetoli, desertis stationibus, in arcem fugiunt. Oppidum victores permissu consulis diripiunt; non tam ab ira, nec ab odio, quam ut miles, coercitus in tot receptis ex potestate hostium urbibus, aliquo tandem loco fructum victoriae sentiret. Revocatos inde a medio ferme die milites cum in duas divisisset partes, unam radicibus montium circumduci ad rupem iussit, quae, fastigio altitudinis par, media valle velut abrupta ab arceerat; sed adeo prope geminata cacumina eorum montium sunt, ut ex vertice altero conjici tela in arcem possint: cum dimidia parte militum consul, ab urbe ascensus in arcem, signum ab iis, qui ab tergo in rupem evasuri erant, expectabat. Non tulere, qui in arce erant, Aetoli primum eorum, qui rupem ceperant, clamorem, deinde impetum ab urbe Romanorum, et fractis jam animis, et nulla ibi praeparata ad obliationem diutius tolerandam; utpote congregatis feminis, puerisque, et imbelli alia turba in arcem, quae vix capere, nedum tueri, multitudinem tantam posset. itaque, ad primum impetum abjectis armis, dederunt sese. Traditus inter ceteros princeps Aetolorum Damocritus est: qui principio belli decretum Aetolorum, quo arcessendum Antiochum censuerant, T. Quinctio poscenti responderat: *In Isalia de-*

surum, cum castra ibi Aetoli posuissent. ob eam ferociam majus victoribus gaudium traditus fuit.

XXV. Eodem tempore, quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex composito oppugnabat, circa Thermopylas cum consule, redeunte ex Boeotia, ut victoriam ipsi populoque Romano gratularetur, excusaretque, quod morbo impeditus bello non interfuisset, congressus. inde diversi ad duas simul oppugnandas urbes profecti. Interfuit septem millia ferme passuum. et quia Lamia cum posita est in tumulo, tum regionem ea maxime despectat oppidum, qua breve intervallum videtur, et omnia in conspectu sunt; cum enise, velut proposito certamine, Romani Macedonesque diem ac noctem aut in operibus, aut in proeliis essent, hoc major difficultas Macedonibus erat, quod Romani aggere et vineis, et omnibus supra terram operibus, subtus Macedones cuniculis oppugnabant: et in asperis locis silex saepe impenetrabilis ferro occurrebat. et, cum parum procederet inceptum, per colloquia principum oppidanos tentabat rex, ut urbem dederent; haud dubius, quin, si prius Heraclea capta foret, Romanis se potius, quam sibi, dedituri essent, suamque gratiam consul in obsidione liberanda facturum esset. Nec eum opinio est frustrata: confestim enim ab Heraclea capta nuntius venit, ut oppugnatione absteret: *aequius esse, Romanos milites, qui acie dimicassent cum Aetolis, praemia victoriae habere.* Ita recessum ab Lamia est, et propinqua clade urbis ipsi, nec quid simile paterentur, effugerunt.

XXVI. Faucis, priusquam Heraclea caperetur, diebus, Aetoli, concilio Hypatam coacto, legatos ad Antiochum miserunt: inter quos et Thoas idem, qui antea, missus est. mandata erant, ut ab rege peterent, primum, ut ipse, coactis rursus terrestribus navalibusque copiis, in Graeciam trajiceret: deinde, si qua ipsum teneret res, ut pecuniam et auxilia mitteret. *id cum ad dignitatem ejus fidemque pertinere, non prodi socios, tum etiam ad incolumitatem regni, non sinere, Romanos, omni cura vacuos, cum Aetolorum gentem sustulissent, omnibus copiis*

piis in Asiam trajicere. Vera erant, quae dicebantur: eo magis regem moverunt. Itaque in praesentia pecuniam, quae ad usus belli necessaria erat, legatis dedit: auxilia terrestria navalisque affirmavit missurum. Thoantem unum ex legatis retinuit, et ipsum haud invitum morantem, ut exactor praesens promissorum adesset.

XXVII. Ceterum Heraclaea capta fregit tandem animos Aetolorum: et post paucos dies, quam ad bellum renovandum acciendumque regem in Asiam miserant legatos, abjectis belli consiliis, pacis petendae oratores ad consulem miserunt. Quos dicere exorsus consul interfatus, cum alia sibi praevertenda esse dixisset, redire Hypatam eos, datis dierum decem induciis, et L. Valerio Flacco cum iis misso, iussit. ei, quae secum acturi fuissent, exponere, et si qua vellent alia. Hypatam ut est ventum, principes Aetolorum apud Flaccum concilium habuerunt; consultantes, quonam agendum modo apud consulem foret. His parantibus antiqua foederum ordiri, meritaque in populum Romanum, *Abstistere iis*, Flaccus iussit, *quae ipsi violassent ac rupissent. confessionem iis culpa magis profuturam, et rogam in preces orationem versam. nec enim in causa ipsorum, sed in populi Romani clementia spem salutis positam esse. et se suppliciter agentibus iis affuturum, et apud consulem, et Romae in senatu. eo quoque enim mittendos fore legatos.* Haec una via omnibus ad salutem visa est, *ut in fidem se permitterent Romanorum. Ita enim et illis violandi suppliciter verecundiam se imposuros: et ipsos nihilominus suae potestatis fore, si quid melius fortuna ostendisset.*

XXVIII. Postquam ad consulem ventum est, Phaenae legationis princeps longam orationem, et varie ad mitigandam iram victoris compositam, ita ad extremum finivit, ut diceret, *Aetolos se suaque omnia fidei populi Romani permittere.* Id consul ubi audivit: *Etiam atque etiam videte*, inquit, *Aetoli, ut ita permittatis.* Tum decretum Phaenae, in quo id diserte scriptum erat, ostendit. *Quando ergo*, inquit, *ita permittitis, postula, ut mihi Diccaearchum civem vestrum, et Meneftam Epiro-*

tam, (Naupactum is cum praesidio ingressus ad defectio-
nem compulerat) *et Amynandrum cum principibus Aitha-*
manum, quorum consilio ab nobis defecisset, sine mora de-
daris. Prope dicentem interfatus Romanum Phaeneas,
Non in servitutem, inquit, sed in fidem tuam nos tradi-
dimus. et certum habeo, te imprudens labi, qui nobis
imperes, quae moris Graecorum non sint. Ad haec con-
sul, *Nec, Hercle, inquit, magnopere nunc curo, quid*
Aetoli satis ex more Graecorum factum esse censent: dum
ego more Romano imperium inhibeam in deditor modo de-
creto suo, ante armis victos. Itaque, *ni propere fit, quod*
impero, vinciri vos jam jubeo: afferrique catenas, et
circumfistere lictores jussit. Tum fracta Phaeneae ferocia,
Aetolisque aliis est: et tandem, *cujus conditionis essent,*
senesque et, se quidem, Phaeneas, et qui adsint Aetolo-
rum, scire facienda esse, quae imperentur, dixit: sed ad
decernenda ea concilio Aetolorum opus esse. ad id petere,
ut decem dierum inducias daret. Petente Flacco pro
Aetolis, induciae datae; et Hypatam reditum est. Ubi
cum in consilio delectorum, quos Apocletos vocant;
Phaeneas, et quae imperarentur, et quae ipsis prope acci-
dissent, exposuisset; ingemuerunt quidem principes con-
ditioni suae, parendum tamen victori censebant, et ex
omnibus oppidis convocandos Aetolos ad concilium.

XXIX. Postquam vero omnis coacta multitudo ead-
em illa audit, adeo saevitia imperii atque indignitate
exasperati animi sunt, ut, si in pace fuissent, illo impetu
irae concitari potuerint ad bellum. Ad iram accedebat
et difficultas eorum, quae imperarentur: *quonam modo*
enim utique regem Amynandrum se tradere posse? Et
spes forte oblata, quod Nicander, eo ipso tempore ab
rege Antiocho veniens, implevit expectatione vana mul-
titudinem, terra marique ingens parari bellum. Is duo-
decimo die, quam conscenderat navem, in Aetoliam,
perfecta legatione, rediens Phalara in sinu Maliaco te-
nuit. inde Lamiam pecuniam cum devexisset, ipse cum
expeditis vespera prima inter Macedonum Romanaque
castra medio agro, dum Hypatam noctis callibus petit,
in stationem incidit Macedonum, deductusque ad regem
est.

est, nondum convivio dimisso. Quod ubi nuntiatum est, velut hospitis, non hostis, adventu motus Philippus, accumbere eum epularique iustum, atque inde, dimissis aliis, solum retentum, ipsum quidem de se timere quidquam vetuit. Aetolorum prava consilia, atque in ipsorum caput semper recidentia, accusavit: qui primum Romanos, deinde Antiochum in Graeciam adduxissent. *Sed praeteritorum, quae magis reprehendi, quam corrigi, possint, oblitum se, non facturum, ut insultet adversis rebus eorum. Aetolos quoque finire tandem adversus se odia debere; et Nicandrum privatim ejus diei, quo servatus a se foret, meminisse.* Ita datis, qui in tutum eum prosequerentur, Hypatam Nicander consultantibus de pace Romana supervenit.

XXX. M. Acilius, vendita, aut concessa militi circa Heracleam praeda, postquam nec Hypatae pacata esse consilia, et Naupactum concurrisse Aetolos, ut inde totum impetum belli sustinerent, audivit; praemisso Ap. Claudio cum quatuor millibus militum ad occupanda juga, qua difficiles transitus montium erant, ipse Oetam ascendit, Herculi que sacrificium fecit in eo loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei sit crematum, appellant. inde toto exercitu profectus reliquum iter satis expedito agmine fecit. Ut ad Coracem est ventum, (mons est altissimus inter Callipolim et Naupactum) ibi et jumenta multa ex agmine praecipitata cum ipsis oneribus sunt, et homines vexati. Et facile apparebat, quam cum inerti hoste res esset, qui tam impeditum saltum nullo praesidio, ut clauderet transitum, infedisset. Tum quoque vexato exercitu, ad Naupactum descendit: et, uno castello adversus arcem posito, ceteras partes urbis, divisis copiis pro situ moenium, circumfedit. nec minus operis laborisque ea oppugnatio, quam Heracleae, habuit.

XXXI. Eodem tempore et Messene in Peloponneso ab Achaëis, quod concilii eorum recularret esse, oppugnari coëpta est. Etenim duae civitates, Messene et Elis, extra concilium Achaicum erant: cum Aetolis sentiebant. Elei tamen, post fugatum ex Graecia Antiochum, legatis

Achaeorum lenius responderant, *dimisso praefidio regio, cogitaturus se, quid sibi faciendum esset.* Messenii, sine responso dimissis legatis, moverant bellum; trepidique rerum suarum, cum jam ager effuso exercitu passim uretur, castraque prope urbem poni viderent, legatos Chalcidem ad T. Quinctium, auctorem libertatis, miserunt, qui nuntiarent, Messenios Romanis, non Achaeis, et aperire portas, et dedere urbem paratos esse. Auditis legatis, extemplo profectus Quinctius, a Megalopoli ad Diophanem praetorem Achaeorum misit, qui extemplo reducere eum a Messenae exercitum, et venire ad se juberet. Dicto paruit Diophanes: et, soluta obsidione, expeditus ipse, praegressus agmen, circa Andaniam, parvum oppidum, inter Megalopolim Messenenque positum, Quinctio occurrit; et, cum causas oppugnationis exponeret, castigatum leniter, quod tantam rem sine auctoritate sua conatus esset, dimittere exercitum iussit, nec pacem omnium bono partam turbare. Messeniis imperavit, ut exules reducerent, et Achaeorum concilii essent. si qua haberent, de quibus aut recusare, aut in posterum cavere sibi vellent, Corinthum ad se venire. Diophanem concilium Achaeorum extemplo sibi praebere iussit. Ibi, de Zacyntho intercepta per fraudem insulae questus, postulavit, ut restitueretur Romanis. Philippi Macedonum regis Zacynthus fuerat: eam mercedem Amynandro dederat, ut per Athamaniam ducere exercitum in superiorem partem Aetoliae liceret, qua expeditione fractis animis, Aetolos compulit ad petendam pacem. Amynander Philippum Megalopolitanum insulae praefecit: postea per bellum, quo se Antiocho adversus Romanos conjunxit, Philippo ad munia belli revocato, Hieroclem Agrigentinum successorem misit.

XXXII. Is, post fugam ab Thermopylis Antiochi; Amynandrumque a Philippo Athamania pulsus, missis ultro ad Diophanem praetorem Achaeorum nuntiis, pecuniam pactus, insulam Achaeis tradidit. Id praemium belli suum esse, aequum censebant Romani. *non enim M. Acilium consulem legionesque Romanas Diophani et Achaeis ad Thermopylas pugnasse. Diophanes adversus*
haec

haec purgare interdum sese gentemque; interdum de jure facti disserere. Quidam Achaeorum et initio eam se rem aspernatos testabantur, et tunc pertinaciam increpabant praetoris: auctoribusque iis decretum est, ut T. Quinctio ea res permitteretur. Erat Quinctius, sicut adverbantibus asper, ita, si cederes, idem placabilis. Ommissa igitur contentione vocis vultusque, *Si utilem, inquit, possessionem ejus insulae censerem Achaeis esse, auctor essem senarum populoque Romano, ut eam vos habere sineant. ceterum sicut vestudinem, ubi collecta in suum regumen est, rutam ad omnes icrus video esse; ubi exjeris partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium atque infirmum habere; haud dissimiliter vos, Achaei, clausis undique mari, quae intra Peloponnesi sint terminos, ea et jungere vobis, et juncta tueri facile; simul aviditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia, quae extra sint, et exposita ad omnes icrus esse.* Assentiente omni concilio, nec Diophane ultra tendere auso, Zacynthus Romanis traditur.

XXXIII. Per idem tempus Philippus rex, proficiscentem consulem ad Naupactum percontatus, si se interim, quae defecissent ab societate Romana, urbes recipere vellet, permittente eo, ad Demetriadem copias admovit, haud ignarus, quanta ibi tum perturbatio esset. Destituti enim ab omni spe, cum desertos se ab Antiocho, spem nullam in Aetolis esse cernerent, dies noctesque aut Philippi hostis adventum, aut infestiorum etiam, quo justius irati erant, Romanorum expectabant. Turba erat ibi incondita regionum: qui, primo pauci in praesidio relicti, postea plures, plerique inermes, ex proelio adverso fuga delati, nec virium, nec animi satis ad obfidionem tolerandam habebant. itaque praemissis a Philippo, qui spem impetrabilis veniae ostendebant, responderunt, patere portas regi. Ad primum ejus ingressum principum quidam urbe exoesserunt: Eurylochus mortem sibi conscivit. Antiochi milites (sic enim pacti erant) per Macedoniam Thraciamque, prosequuntibus Macedonibus, ne quis eos violaret, Lyfimachiam deducti sunt. Erant et paucae naves Demetriade, quibus praerat Isidorus:

rus: eae quoque cum praefecto suo dimissae sunt. Inde Delopiam, et Aperantiam, et Perrhaebiae quasdam civitates recepit.

XXXIV. Dum haec a Philippo geruntur, T. Quinctius, recepta Zacyntho ab Achaico concilio, Naupactum traiecit; quae jam per duos menses (sed prope exordium erat) oppugnabatur, et, si capta vi foret, omne ibi nomen Aetolorum ad internecionem videbatur venturum. Ceterum, quanquam merito iratus erat Aetolis, quod solos obtrectasse gloriae suae, cum liberaret Graeciam, meminerat, et nihil auctoritate sua motos esse, cum, quae tum maxime acciderant, caesura praemonens, a furioso incepto eos deterreret; tamen, sui maxime operis esse credens, nullam gentem liberatae a se Graeciae funditus everti, obambulare muris, ut facile nosceretur ab Aetolis, coepit. Confestim a primis stationibus cognitus est, vulgatumque per omnes ordines, Quinctium esse. Itaque, concursu facto undique in muros, manus pro se quisque tendentes, consonante clamore nominatim Quinctium orare, ut opem ferret ac servaret. Et tum quidem, quanquam moveretur his vocibus, manu tamen abnuit, quidquam opis in se esse. Ceterum, postquam ad consulem venit: *Utrum fefellit, inquit, te, M. Atili, quid agatur? an, cum satis pervideas, nihil id magnopere ad summam rem pertinere censes?* Exererat expectatione consulem; et, *Quin expromis, inquit, quid rei sit?* Tum Quinctius: *Ecquid vides, te, devicto Aetiocho, in duabus urbibus oppugnandis tempus terere, cum jam prope annus circumactus sit imperii tui? Philippum autem, qui non aciem, non signa hostium vidis, non solum urbes, sed tot jam gentes, Arhamaniam, Perrhaebiam, Aperantiam, Dolopiam, sibi adjunxisse? Atqui non tantum interest nostra, Aetolorum opes ac vires minui, quantum, non supra modum Philippum crescere, et victoriae tuae praemium te militesque tuos nondum duas urbes, Philippum tot gentes Graeciae habere.*

XXXV. Assentiebatur his consul: sed pudor, si irrito incepto abscederet obsidione, occurrebat: tota inde

Quin.

U. C. 561. a. C. N. 191.

inctio res permilla est. Is rursus ad eam partem muri, a paulo ante vociferati Aetoli fuerant, rediit. ibi rimpensius orarent, ut misereretur gentis Aetolorum, re aliquos ad se iussit. Phaeneas ipse principesque iextemplo egressi sunt. quibus provolutis ad pedes, rtuna, inquit, vestra facis, ut et irae meae et orationi sperem. Evenerunt, quae praedixi eventura. et ne : quidem reliqui vobis est, ut indignis accidisse ea vintur. Ego tamen, forte quadam nutriendae Graeciae us, ne ingratum quidem benefacere abistam. Misiit uores ad consulem, qui inducias tantum temporis pet, ut mittere legatos Romam possitis, per quos senasui vobis permitatis. Ego apud consulem deprecator desorque vobis adero. Ita, ut censuerat Quinctius, ferunt: nec aspernatus est legationem consul. induciis e in diem certam datis, qua legatio renuntiari ab oma posset, soluta obsidio est, et exercitus in Phocim missus. Consul cum T. Quinctio ad Achaicum conlium Aegium trajecit. ibi de Eleis et de exfulibus La-daemoniorum restituendis actum. et neutra perfecta s, quia suas gratiae reservari eam Achaei, Elei per ipsi, quam per Romanos, maluerunt Achaico contri-concilio. Epirotarum legati ad consulem venerunt, eos non sincera fide in amicitia fuisse satis constabat: ilitem tamen nullum Antiocho dederant. pecunia iulle eum insimulabantur; legatos ad regem ne ipsi qui-misisse infitiabantur. Iis petentibus, ut in amicitia pristina esse liceret, respondit consul, iSe utrum hominum, an pacatorum, eos numero haberet, nondum scire. namque ejus rei iudicem fore. Integram se causam eom Romam rejicere. inducias ad id dierum nonaginta ire. Epirotas Romam missi senatum adierunt. iis, ma-s, quae non fecissent hostilia, referentibus, quam pur-ntibus ea, de quibus arguebantur, responsum datum t, quo veniam impetrasse, non causam probasse, videri ssent. Et Philippi regis legati sub idem tempus in se-utum introducti, gratulantes de victoria. iis petenti-us, ut sibi sacrificare in Capitolio, donumque ex au-liceret ponere in aede Jovis Optimi Maximi, permis-um ab senatu. centum pondo coronam auream polue-runt.

runt. Non responsum solum benigne legatis est; sed Philippi quoque filius Demetrius, qui obles Romae erat, ad patrem reducendus legatis datus est. Bellum, quod cum Antiocho rege in Graecia gestum est a M. Acilio consule, hunc finem habuit.

XXXVI. Alter consul P. Cornelius Scipio, Galliam provinciam sortitus, priusquam ad bellum, quod cum Bojis gerendum erat, proficisceretur, postulavit ab senatu, ut pecunia sibi decerneretur ad ludos, quos propraetor in Hispania inter ipsum discrimen pugnae vovisset. Novum atque iniquum postulare est visus. censuerunt ergo, *quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia vovisset, eos uti de manubiis, si quam pecuniam ad id reservasset, vel sua ipse impensa faceret.* eos ludos per dies decem P. Cornelius fecit. Per idem fere tempus aedes Matris Magnae Idaeae dedicata est: quam Deam is P. Cornelius, advectam ex Asia P. Cornelio Scipione, cui post Atricano fuit cognomen, P. Licinio consulibus, in Palatium a mari detulerat. Locaverant aedem faciendam ex senatusconsulto M. Livius, C. Claudius censores, M. Cornelio, P. Sempronio consulibus: tredecim annis post, quam locata erat, dedicavit eam M. Junius Brutus, ludique ob dedicationem ejus facti, quos primos scenicos fuisse, Antias Valerius est auctor, Megalasia appellatos. Item Juventatis aedem in circo maximo C. Licinius Lucullus duumvir dedicavit. Voverat eam, sexdecim annis ante M. Livius consul, quo die Hasdrubalem exercitumque ejus cecidit: idem censor eam faciendam locavit, M. Cornelio, P. Sempronio consulibus. Hujus quoque dedicandae causa ludi facti: et eo omnia cum majore religione facta, quod novum cum Antiocho instabat bellum.

XXXVII. Principio ejus anni, quo haec, jam profecto ad bellum M. Acilio, manente adhuc Romae P. Cornelio consule, agebantur, boves duos domitos in Carinis per scalas pervenisse in tegulas aedificii, proditum memoriae est. Eos vivos comburi, cinerumque eorum *dejiioi* in Tiberim, haruspices iusserunt. Tarracinae

et Amiterni nuntiatum est aliquoties lapidibus pluiffe; Minturnis aedem Jovis et tabernaculum circa forum de coelo tactas esse; Vulturini in ostio fluminis duas naves fulmine ictas conflagrasse. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex senatusconsulto decemviri cum adissent, renuntiarunt, *Jejunium instituumdum Cereri esse, et id quinto quoque anno servandum: et ut novendiale sacrum feret, et unum diem supplicatio esset. coronati supplicarent: et consul P. Cornelius, quibus Diis, quibusque hostiis edidissent decemviri, sacrificaret.* Placatis Diis, nunc votis rite solvendis, nunc prodigiis expiandis, in provinciam proficiscitur consul, atque inde Cn. Domitium proconsulem, dimisso exercitu, Romam decedere iussit: ipse in agrum Bojorum legiones induxit.

XXXVIII. Sub idem fere tempus Ligures, lege sacra coacto exercitu, nocte improvise castra Q. Minucii proconsulis aggressi sunt. Minucius usque ad lucem intra vallum militem instructum tenuit; intentus, ne qua transcenderet hostis munimenta. Prima luce duabus simul portis eruptionem fecit. nec primo impetu, quod speraverat; Ligures pulsi sunt: duas amplius horas dubium certamen sustinuerunt. Postremo, cum alia atque alia agmina erumperent, et integri fessis succederent ad pugnam, tandem Ligures, inter cetera etiam vigiliis confecti, terga dederunt. caesa supra quatuor millia hostium; ex Romanis sociisque minus trecenti perierunt. Duobus fere post mensibus P. Cornelius consul cum Bojorum exercitu signis collatis egregie pugnavit. Duodeviginti millia hostium caesa, Antias Valerius scribit; capta tria millia et quadringentos; signa militaria centum viginti quatuor; equos mille ducentos triginta; carpenta ducenta quadraginta septem: ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidisse. Ubi ut in numero scriptori parum fidei sit, (quia in augendo eo non alius intemperantior est) magnam victoriam fuisse apparet, quod et castra capta sunt, et Boji post eam pugnam extemplo dediderunt sese, et quod supplicatio ejus victoriae causa decreta ab senatu, victimaeque majores caesae.

XXXIX. Per eodem dies M. Fulvius Nobilior ex ulteriore Hispania ovans urbem est ingressus. argenti transtulit duodecim millia pondo: bigati argenti centum triginta: auri centum viginti septem pondo. P. Cornelius consul primo, obsidibus a Bojorum gente acceptis, agri parte fere dimidia eos mulcavit: quo, si vellet, populus Romanus colonias mittere posset. Inde, Romam, ut ad triumphum haud dubium, decedens, exercitum dimisit, et adesse Romae ad diem triumphi iussit. ipse, postero die, quam venit, senatu in aedem Bellonae vocato, cum de rebus ab se gestis disseruisset, postulavit, ut sibi triumphanti liceret in urbem invehiri. P. Sempronius Blaesus tribunus plebis, non negandum Scipioni, sed differendum honorem triumphi, censebat. *Bella Ligurum Gallicis semper juncta fuisse: eas inter se gentes mutua ex propinquo ferre auxilia. Si P. Scipio, devictis acie Bojis, aut ipse cum victore exercitu in agrum Ligurum, transisset, aut partem copiarum Q. Minucio misisset, qui jam certum ibi annum dubio decerneretur bello, debellari cum Liguribus potuisset. Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam navare operam republicae potuissent: possent etiam, si senatus, quod festinatione triumphi praetermissum esset, id restituere differendo triumpho vellet. Juberent, consulem cum legionibus redire in provinciam; dare operam, ut Ligures subigantur. Nisi illi cogantur in jus iudiciumque populi Romani, ne Bojos quidem quieturos: aut pacem, aut bellum utrobique habenda. Devictis Liguribus, paucos post menses proconsulem P. Cornelium multorum exemplo, qui in magistratu non triumphaverunt, triumphaturum esse.*

XL. Ad ea consul, Neque se Ligures provinciam sortitum esse, ait, neque cum Liguribus bellum gessisse, neque triumphum de iis postulare. Q. Minucium confidere brevi, subactis iis, meritum triumphum postularum atque impetraturum esse. se de Gallis Bojis postulare triumphum, quos acie vicerit, castris exuerit: quorum gentem, biduo post pugnam, totam acceperit in deditionem: a quibus obsides abduxerit, pacis futurae pignus. Verum enim.

enimvero illud multo majus esse, quod tantum numerum Gallorum occideris in acie, quod cum tot millibus certe Bojorum nemo ante se imperator pugnaverit: plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum caesam, multa millia capta: senes puerosque Bojis superesse. Itaque id quinquam mirari posse, cur victor exercitus, cum hostem in provincia neminem reliquisset, Romam venerit ad celebrandum consulis triumphum? Quorum militum si et in aliam provincia opera uti senatus velit, utro tandem modo promtiores ad aliud periculum novumque laborem ituros credat, si persoluta iis sine detractione prioris periculi laborisque merces sit, an si spem pro re ferentes demittans, jam semel in prima spe deceptos? Nam, quod ad se attineat, sibi gloriae in omnem vitam illo die satis quaesitum esse, quo se virum optimum judicatum ad accipiendam Matrem Idaeam misisset senatus. Hoc titulo, etsi nec consulatus nec triumphus adjicitur, satis honestam honoratamque P. Scipionis Naficae imaginem fore. Univerfus senatus non ipse modo ad decernendum triumphum consensit, sed etiam tribunum plebis auctoritate sua compulit ad remittendam intercessionem. P. Cornelius consul triumphavit de Bojis. in eo triumpho Gallicis carpentis arma signaque et spolia omnis generis transvexit, et vasa aenea Gallica: et cum captivis nobilibus eorum quoque captorum gregem traduxit. Aureos torques transtulit mille quadringentos septuaginta unum. ad hoc auri pondo ducenta quadraginta septem, argenti infecti factique in Gallicis vasis, non infabre suo more factis, duo millia trecenta quadraginta pondo, bigatorum nummorum ducenta triginta quatuor. militibus, qui currum secuti sunt, trece nos vicens quinos asses divisit; duplex centurioni; triplex equiti. Postero die, concione advocata, de rebus ab se gestis, et de injuria tribuni bello alieno se illigantis, ut suae victoriae fructu se defraudaret, non disseruisset, milites exaucto-
ratos dimisit.

XLI. Dum haec in Italia geruntur, Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano erat, tanquam non transitaris in Asiam Romanis. quam securitatem et

magna pars amicorum aut per errorem, aut assentando faciebat. Hannibal unus, cujus eo tempore vel maxima apud regem auctoritas erat, *Magis mirari se, aiebat, quod non jam in Asia essent Romani, quam venturos dubitare. Propius esse, in Asiam ex Graecia, quam ex Italia in Graeciam trajicere: et multo majorem causam Antiochum, quam Aezolos, esse. neque enim mari minus, quam terra, pollere Romana arma. jampridem classem circa Maleam esse. Audire sese, uuper novas naves novumque imperatorem rei gerendae causa ex Italia venisse. Itaque desineret Antiochus pacem sibi ipse spe vana facere. In Asia, et de ipsa Asia, brevi terra marique dimicandum ei cum Romanis esse: et aut imperium adimendum orbem terrarum affectantibus, aut ipsi regnum amittendum. Unus vera et providere, et fideliter praedicere visus. itaque ipse rex navibus, quae paratae instructaeque erant, Chersonesum petit; ut ea loca, si forte terra venirent Romani, praefidiis firmaret. ceteram classem Polyxenidam parare et deducere jussit; speculatorias naves ad omnia exploranda circa insulas dimisit.*

XLII. C. Livius praefectus Romanae classis, cum quinquaginta navibus teotis profectus, ab Roma Neapolim, quo ab lociis ejus orae convenire jusserat apertas naves, quae ex foedere debebantur, Siciliam inde petit: fretoque Messanam praetervectus, cum sex Punicas naves ad auxilium missas accepisset, ab Rheginis Locrisque et ejusdem juris lociis debitas exegisset naves, lustrata classe ad Lacinium, altum petit. Corcyram, quam primam Graeciae civitatum adiit, cum venisset, percontatus de statu belli, (necdum enim omnia in Graecia perpacata erant) et ubi classis Romana esset, postquam audivit, circa Thermopylarum saltum in statione consulem ac regem esse; classem Piraei stare, maturandum ratus omnium rerum causa, pergit protinus navigare Peloponnesum. Samum Zacynthumque, quia partis Aetolorum maluerant esse, protinus depopulatus, Maleam petit: et, prospera navigatione usus, paucis diebus Piraeum ad veterem classem pervenit. Ad Scyllaeum Eumenes rex *cum tribus navibus occurrit; cum Aeginae diu incertus.*

consilii fuisset, utrum ad tuendum rediret regnum, (audiebat enim Antiochum Ephesi navales terrestresque parare copias) an nusquam abscederet ab Romanis, ex quorum fortuna sua penderet. A Piraeo A. Atilius, traditis successori quinque et viginti navibus tectis, Romam est profectus. Livius una et octoginta rostratis navibus, multis praeterea minoribus, quae aut apertae rostratae, aut sine rostris speculatoriae erant, Delum trajecit.

XLIII. Eo fere tempore consul Acilius Naupactum oppugnabat. Livium Deli per aliquot dies (et est ventosissima regio inter Cycladas, fretis alias majoribus, alias minoribus divisas) adversi venti tenuerunt. Polyxenidas, certior per dispositas speculatorias naves factus, Deli stare Romanam classem, nuntios ad regem misit, qui, ommissis quae in Hellesponto agebat, cum rostratis navibus, quantum accelerare potuit, Ephesum rediit: et consilium ex templo habuit, faciendumne periculum navalis certaminis foret. Polyxenidas negabat cessandum: *et atque prius conflegendum, quam classis Eumenis et Rhodiae naves jungerentur Romanis. ita numero non ferme immineres futuros se, ceteris omnibus superiores, et celeritate motum, et varietate auxiliorum. Nam Romanas naves, tum ipsas inscite factas immobiles esse, tum etiam, ut quae in terram hostium veniant, oneratas comitatu venire: suas autem, ut pacata omnia circa se relinquentes, nihil praeter militem atque arma habituras. multum etiam adjuram notitiam maris terrarumque et ventorum: quae omnia ignaros turbatura hostes essent.* Movit omnes auctor consilii, qui et re consilium exsecutus erat. Bidentum in apparatu morati: tertio die centum navibus, quarum septuaginta tectae, ceterae apertae, minoris omnes formae, erant, profecti Phocaeam petierunt. inde, cum audisset, appropinquare jam Romanam classem, rex, quia non interfuturus navali certamini erat, Magnesium, quae ad Sipyllum est, concessit, ad terrestres copias comparandas. classis ad Cyfluntem portum Erythraeorum, tanquam ibi aptius expectatura hostem, contendit. Romani, ubi primum aquilones (ii namque per aliquot dies tenuerant) cecidere, ab Delo Phaeas, portum Chio-

rum in Aegaeum mare versum, petunt: inde ad urbem circumegere naves, commeatuque sumto, Phocaeam trajiciunt. Eumenes, Elaeam ad suam classem profectus, paucis post inde diebus, cum quatuor et viginti navibus tectis, apertis pluribus, paulo a Phocaea ad Romanos, parantes instruentesque se ad navale certamen, rediit. Inde centum quinquaginta tectis navibus, apertis ferme quinquaginta, profecti, primo, aquilonibus transversis cum urgerentur in terram, cogebantur tenui agmine prope in ordinem singulae naves ire; deinde, ut lenita paulum vis venti est, ad Corycum portum, qui super Cyllantem est, conati sunt trajicere.

XLIV. Polyxenidas, ut appropinquare hostes altum est, occasione pugnandi laetus, sinistrum ipse cornu in altum extendit, dextrum cornu praefectos navium ad terram explicare jubet, et aequa fronte ad pugnam procedebat. Quod ubi vidit Romanus, vela contrahit, malosque inclinat, et, simul armamenta componens, operitur insequentes naves. Jam ferme triginta in fronte erant, quibus ut aequaret laevum cornu, dolonibus erectis altum petere intendit: jussis, qui sequebantur, adversus dextrum cornu prope terram proras dirigere. Eumenes agmen cogebat. ceterum, ut demendis armamentis tumultuari primum coeptum est, et ipse, quanta maxima celeritate potest, concitat naves. Jam omnibus in conspectu erant: duae Punicae naves antecedeabant Romanam classem, quibus obviae tres fuerunt regiae naves. et ut in numero impari, duae regiae unam circumstant: et primum ab utroque latere remos detergunt: deinde transsolvunt armati, et, dejectis caesisque propugnatoribus, navem capiunt. Una, quae compari Marte concurrerat, postquam captam alteram navem vidit, priusquam a tribus simul circumveniretur, retro ad classem refugit. Livius, indignatione accensus, praetoria nave in hostes tendit. adversus quam eadem spe duae, quae Punicam navam circumvenerant, cum inferrentur, demittere in aquam remos ab utroque latere remiges stabiliendae navis causa jussit, et in advenientes hostium naves ferreas manus injicere, et, ubi pugnam pedestri similem fecisset,

meci.

meminisse Romanae virtutis, nec pro viris ducere regia mancipia. Haud paulo facilius, quam ante duae unam, tunc una duas naves expugnavit, cepitque. Et jam classes quoque undique concurrerant, et passim permixtis navibus pugnabatur. Eumenes, qui extremum commisso certamine advenerat, ut animadvertit laevum cornu hostium ab Livio turbatum, dextrum ipse, ubi aequa pugna erat, invadit.

XLV. Nec ita multo post primum ab laevo cornu fuga coepit. Polyxenidas enim, ut virtute militum haud dubie superari se vidit, sublatis dolonibus effulse fugere intendit: mox idem et, qui prope terram cum Eumene contraxerant certamen, fecerunt. Romani et Eumenes, quoad sufficere remiges potuerunt, et in spe erant extremi agminis vexandi, satis pertinaciter secuti sunt. postquam celeritate navium, utpote levium, suas commeatu onustas eludi frustra tendentes viderunt, tandem abstiterunt; tredecim captis navibus cum milite ac remige, decem demeris. Romanae classis una Punica navis, in primo certamine ab duabus circumventa, periit. Polyxenidas non prius, quam in portu Ephesi, fugae finem fecit. Romani eo die, unde egressa regia classis erat, manserunt: postero die hostem persequi intenderunt. medio fere in cursu obviam fuere iis quinque et viginti tectae Rhodiae naves, cum Pausistrato praefecto classis. iis adjunctis, Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt. Postquam confessionem victis satis expresserunt, Rhodii et Eumenes domos dimissi: Romani, Chium petentes, Phoenicumtem primum portum Erythraeae terrae praetervecti, nocte anchoris jactis, postero die in insulam ad ipsam urbem trajecerunt. ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati, Phocaeam transmittunt. Ibi relictis ad praesidium urbis quatuor quinquereuibibus, ad Canas classis venit: et, cum jam hiems appeteret, fossa valloque circumdatas naves subductae. Exitu anni comitia Romanae habita, quibus creati sunt consules L. Cornelius Scipio et C. Laelius, intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum.

Postero die praetores creati, M. Tuccius, L. Aurunculejus, Cn. Fufius, L. Aemilius, P. Junius, C. Atinius Labeo.

EPITOME LIBRI XXXVII

L. Cornelius Scipio consul, legato **P. Scipione Africano** (qui se legatum fratris futuram dixerat, si ei Graecia provincia diceretur, cum **C. Laelio**, qui multum in senatu poterat, ea provincia dari videretur) profectus ad bellum adversus Antiochum gerendum, in Asiam primus omnium Romanorum ducum traiecit. **Aemilius Regillus** adversus regiam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonnesum, Rhodis adiuvantibus. **Filius Africani**, ab Antiocho captus, patri remissus est. **M. Acilius Glabrio** de Antiocho, quem Graecia expulerat, et de Aetolis triumphavit. **Victis** deinde Antiocho a **L. Cornelio Scipione**, adjuvante **Eumene** rege Pergami, **Attali** filio, pax data est ea conditione, ut omnibus provinciis cirra **Taurum** montem cederet. **Eumeni**, quo iuvante Antiochus victus erat, regnum amissum. **Rhodis** quoque, qui et ipsi juverant, quaedam civitates concessae. **Colonia** deducta est **Bononia**. **Aemilius Regillus**, qui praefectus Antiochi navalium certamine vicerat, navalem triumphum duxit. **L. Cornelius Scipio**, qui cum Antiocho debellaverat, cognomine fratri exaequatus, **Asiaticus** appellatus est.

LIBER XXXVII.

I. L. Cornelio Scipione, **C. Laelio** consulibus nulla prius secundum religiones acta in senatu res est, quam de Aetolis. Et legati eorum insistere, quia brevem induciarum diem habebant; et ab **T. Quinctio**, qui tum Romam ex Graecia redierat, adjuti sunt. Aetoli, ut quibus plus in misericordia senatus, quam in causa, spei esset, suppliciter egerunt, veteribus benefactis nova pen-

lantes maleficia. Ceterum et praeferentes interrogationibus undique senatorum, confessionem magis noxae, quam responsa, exprimentium, fatigati sunt, et, excedere curia iussi, magnum certamen praebuere. Plus ira, quam misericordia, in causa eorum valebat; quia non ut hostibus modo, sed tanquam indomitae et insociabili genti, succensebant. Per aliquot dies cum certatum esset, postremo neque dari, neque negari pacem placuit. duae conditiones eis latae sunt: vel senatui liberum arbitrium de se permitterent; vel mille talentum darent, eosdemque amicos atque inimicos haberent. Exprimere cupientibus, quarum rerum in se arbitrium senatui permitterent, nihil certi responsum est. ita infecta pace dimissi, urbe eodem die, Italia intra quindecim dies excedere iussi. Tum de consulum provinciarum coeptum est agi. Ambo Graeciam cupiebant. Multum Laelius in senatu poterat. is, cum senatus aut fortiri, aut comparare inter se provincias consules iussisset, elegantius facturos dixit, si iudicio Patrum, quam si forti, eam rem permitterent. Scipio, responso ad hoc dato, *cogitaturum, quid sibi faciendum esset, cum fratre uno locutus, iustusque ab eo permittere audacter senatui, renuntiat collegae, facturum se, quod is censeret.* Cum res, aut nova, aut vetustate exemplorum memoria jam exoletae, relata expectatione certaminis senatum erexisset, P. Scipio Africanus dixit, *Si L. Scipioni fratri suo provinciam Graeciam decrevissent, se legatum iturum.* Haec vox, magno assensu audita, sustulit certamen. Experiri libebat, utrum plus regi Antiocho in Hannibale victo, an in victore Africano consuli legionibusque Romanis, auxilium foret: ac prope omnes Scipioni Graeciam, Laelio Italiam decreverunt.

II. Praetores inde provincias sortiti, L. Aurunculejus urbanam, Cn. Fulvius peregrinam, L. Aemilius Regillus classem, P. Junius Brutus Tuscos, M. Tuccius Apuliam et Bruttios, C. Atinius Siciliam. Consuli deinde, cui Graecia provincia decreta erat, ad eum exercitum, quem a M. Acilio (duae autem legiones erant) accepturus esset, in supplementum addita pedum quatuordecim milium.

victos Boeotumque praeterea equos centum, et socium Latini nominis quosque milia. equites decendi: et adjectum, ut, cum in provinciam venisset, si e republica videretur esse, exercitum in Asiam traiceret. Alteri consili totius novae exercitus decretis; duae legiones Romanae, et socium Latini nominis quindecim millia peditum, equites sexcenti. Exercitum et Liguribus Q. Minucius (qui enim confectam provinciam scripserat, et Ligurum omne nomen in deditionem venisset) traducere in Bojos, et P. Cornelio proconsuli tradere, iussus. Ex agro, quo victos bello multaverat Bojos, deductae urbanae legiones, quae priore anno conscriptae erant, M. Tuccio praetori datae, et socium ac Latini nominis peditum quindecim milia, equites sexcenti, ad Apuliam Bruttiosque obtinendos. A. Cornelio superioris anni praetori, qui Bruttios cum exercitu obtinuerat, imperatum, si ita consuli videretur, ut legiones in Aetoliam trajectas M. Acilio traderet, si is manere ibi vellet. si Acilius redire Romam vellet, ut A. Cornelius cum eo exercitu in Aetolia remaneret. C. Atinium Laeonem provinciam Siciliam exercitumque a M. Aemilio accipere placuit, et in supplementum scribere ex ipsa provincia, si vellet, peditum duo millia, et centum equites. P. Junius Brutus in Tuscos exercitum novum, legionem unam Romanam, et decem milia socium ac Latini nominis scribere, et quadringentos equites; L. Aemilius, cui provincia maritima erat, viginti naves longas, et socios navales a M. Junio praetore superioris anni accipere iussus, et scribere ipse mille navales socios, duo millia peditum: cum iis navibus militibusque in Asiam proficisci, et classem a C. Livio accipere. Duas Hispanias Sardiniamque obtinentibus prorogatum in annum imperium est, et iidem exercitus decreti. Siciliae Sardiniaeque binae eo anno decumae frumenti imperatae: Sicutum omne frumentum in Aetoliam ad exercitum portari iussum: ex Sardinia pars Romam, pars in Aetoliam, eodem quo Siculum.

III. Priusquam consules in provincias proficiscerentur, prodigia per pontifices procurari placuit. Romae
Junio.

Junonis Lucinae templum de coelo tactum erat, ita ut fastigium valvaeque deformarentur. Puteolis pluribus locis murus et porta fulmine icta, et duo homines exanimati. Nursiae sereno latissimum constabat nimbium ortum: ibi quoque duos liberos homines exanimatos. Terra apud se pluisse Tusculani nuntiabant, et Reatini mulam in agro suo peperisse. Ea procurata, Latinaeque instauratae; quod Laurentibus carnis, quae dari debet, data non fuerat: Supplicatio quoque earum religionum causa fuit, quibus Diis decemviri ex libris ut fieret, ediderunt. Decem ingenui; decem virgines, patrimi omnes matrumque, ad id sacrificium adhibiti: et decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt. P. Cornelius Scipio Africanus, priusquam proficisceretur, fornicem in Capitolio adversus viam, qua in Capitolium ascenditur, cum signis septem auratis, et duobus equis, et marmorea duobus labra ante fornicem posuit. Per eodem dies principes Aetolorum tres et quadraginta, inter quos Damocritus et frater ejus erant, ab duobus cohortibus, missis a M'. Acilio, Romam deducti, et in Lautumias coniecti sunt, cohortes inde ad exercitum redire, L. Cornelius consul iussit. Legati a Ptolemaeo et Cleopatra, regibus Aegypti, gratulantes, quod M'. Acilius consul Antiochum regem Graeciae expulisset, venerunt; adhortantesque, ut in Asiam exercitum trajicerent, *omnia perculsa metu non in Asia modo, sed etiam in Syria, esse; reges Aegypti ad ea, quae censuisset senatus, paratos fore.* Gratiae regibus actae: legatis munera dari iussa, in singulos quaternum millium aeris.

IV. L. Cornelius consul, peractis, quae Romae agenda erant, pro concione edixit, ut milites, quos ipse in supplementum scripserat, quique in Brutiis cum A. Cornelio propraetore essent, ut hi omnes Idibus Quintilibus Brundisium convenirent. Item tres legatos nominavit, Sex. Digitium, L. Apulium, C. Fabricium Luscinum, qui ex ora maritima undique naves Brundisium contraherent: et, omnibus jam paratis, paludatus ab urbe est profectus. Ad quinque millia voluntariorum ex Romanis sociisque, qui emerita stipendia sub impera-

tore P. Africano habebant, praesto fuere exeunti consuli, et nomina dederunt. Per eos dies, quibus est profectus ad bellum consul, ludis Apollinaribus, ante diem quintum Idus Quinctiles, coelo sereno interdiu obscurata lux est, cum luna sub orbem solis subisset. Et L. Aemilius Regillus, cui navalis provincia evenerat, eodem tempore profectus est. L. Auruntulejo negotium ab senatu datum est, ut triginta quinqueremes, viginti triremes faceret; quia fama erat, Antiochum post proelium navale majorem classem aliquanto reparare Aetoli, postquam legati ab Roma retulerunt, nullam spem pacis esse, quamquam omnis ora maritima eorum, quae in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achaeis erat, periculi magis, quam damni, memores, ut Romanis intercluderent iter, Coracem montem occupaverunt. neque enim dubitabant, ad oppugnationem Naupacti eos principio veris redituros esse. Acilio, qui id exspectari sciebat, satius visum est, inopinatam aggredi rem, et Lamiam oppugnare. Nam et a Philippo prope ad excidium adductos esse; et tunc eo ipso, quod nihil tale timerent, opprimi incautos posse. Profectus ab Elatia primum in hostium terra circa Sperchium amnem posuit castra: inde nocte motis signis, prima luce corona moenia est aggressus.

V. Magnus pavor ac tumultus, ut in re improvisa, fuit. constantius tamen, quam quis facturos crederet, in tam subito periculo, cum viri propugnarent, feminae tela omnis generis saxaque in muros gererent, jam multifariam scalis appositis, urbem eo die defenderunt. Acilius, signo receptui dato, suos in castra medio ferme die reduxit; et tunc cibo et quiete refectis corporibus, priusquam praetorium dimitteret, denuntiavit, *ut ante lucem armati paratique essent. nisi expugnata urbe, se eos in castra non reducturum.* Eodem tempore, quo pridie, pluribus locis aggressus, cum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret, intra paucas horas urbem cepit. Ibi, partim divendita, partim divisa praeda, consilium habitum, quid deinde faceret. *Ne mini ad Naupactum iri placuit, occupato ad Coracem ab Aetolis saltu. ne tamen sequia aestiva essent, et Aetoli*

non impetratam pacem ab senatu nihilominus per suam cunctationem haberent, oppugnare Acilius Amphissam statuit. ab Heraclea per Oetam exercitus eo ductus. Cum ad moenia castra posuisset, non corona, sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est adortus. Pluribus simul locis aries admovebatur; et cum quaterentur muri, nihil adversus tale machinationis genus parare, aut comminisci oppidani conabantur. omnis spes in armis et audacia erat. eruptionibus crebris et stationes hostium, et eos ipsos, qui circa opera et machinas erant, turbabant.

VI. Multis tamen locis murus decussus erat, cum allatum est, successorem, Apolloniae exposito exercitu, per Epirum ac Thessaliam venire. Cum tredecim millibus peditum et quingentis equitibus, consul veniebat. Jam in sinum Maliacum venerat: et praemissis Hypatam, qui tradere urbem juberent, postquam responsum est, nihil, nisi ex communi Aetolorum decreto, facturos; ne teneret se oppugnatio Hypatae, nondum Amphissa recepta, praemisso fratre Africano, Amphissam ducit. Sub adventum eorum oppidani, relicta urbe, (jam enim magna ex parte nudata moenibus erat) in arcem, quam inexpugnabilem habent, omnes armati atque inermes concessere. Consul sex millia ferme passuum inde posuit castra. eo legati Athenienses primum ad P. Scipionem, praegressum agmen, (sicut ante dictum est) deinde ad consulem venerunt, deprecantes pro Aetolis. Clementius responsum ab Africano tulerunt: qui, causam relinquendi honeste Aetolici belli quaerens, Asiam et regem Antiochum spectabat, jusseratque Athenienses, non Romanis solum, ut pacem bello praeferrerent, sed etiam Aetolis persuadere. Celeriter, auctoribus Atheniensibus, frequens ab Hypata legatio Aetolorum venit: et spem pacis eis sermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit, commemorantis, *multas gentes populosque in Hispania prius, deinde in Africa, in fidem suam venisse. in omnibus se majora clementiae benignitatisque, quam virtutis bellicae, monumenta reliquisse.* Perfecta videbatur res, cum aditus consul idem illud responsum retulit, quo fugati ab senatu fuerant.

fuerant. Eo tanquam novo cum icti Aetoli essent, (nihil enim nec legatione Atheniensium, nec placido Africani responso profectum videbant) referre ad suos dixerunt velle.

VII. Reditum inde Hypatam est, nec consilium expeditabatur. nam neque, unde mille talentum daretur, erat; et, permisso libero arbitrio, ne in corpora sua saeviret, metuebant. Redire itaque eosdem legatos ad consulem et Africanum iusserunt, et petere, ut, si dare vere pacem, non tantum ostendere, frustrantes spem miserorum, vellent, aut ex summa pecuniae demerent, aut permissionem extra civium corpora fieri juberent. Nihil impetratum, ut mutaret consul: et ea quoque irrita legatio dimissa est. Secuti et Athenienses sunt: et princeps legationis eorum Echedemus fatigatos tot repulsi Aetolos, et complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, ad spem revocavit, auctor inducias sex mensium petendi, ut legatos Romam mittere possent. *Dilationem nihil ad praesentia mala, quippe quae ultima essent, adjeceram. levari per multos casus, tempore interposito, praesentes clades posse. Auctore Echedemo iidem missi, prius P. Scipione convento. per eum inducias temporis ejus, quod petebant, a consule impetraverunt: et, soluta obsidione Amphissae, M'. Acilius, tradito consuli exercitu, provincia decessit: et consul ab Amphissa Thessaliam repetit, ut per Macedoniam Thraciamque duceret in Asiam. Tum Africanus fratri, Iter, quod insistis, L. Scipio, ego quoque approbo: sed totum id versitur in voluntate Philippi. Qui, si imperio nostro fidus est, et iter, et comaeatus, et omnia, quae in longo itinere exercitus alunt juvantque, nobis suppeditabit. si is destituit, nihil per Thraciam sasis iterum habebis. Itaque prius regis animum explorari placet. optime explorabisur, si nihil ex praeparato agentem opprimeret, qui mitteretur.* Ti. Sempronius Gracchus, longo tum acerrimus juvenum ad id delectus, per dispositos equos prope incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est dimissus) die tertio Pellam pervenit. In convivio rex erat, et in multum vini proccellerat: ea ipsa remissio animi solvicionem demisit, novare

eum quidquam velle. Et tunc quidem comiter acceptus hospes. postero die commeatus exercitus paratos benigne, pontes in fluminibus factos, vias, ubi transitus difficiles erant, munitiones vidit. Haec referens eadem, qua ierat, celeritate Thaumacis occurrit consuli. Inde certiore et majore spe laetus exercitus ad praeparata omnia in Macedoniam pervenit. Venientes regio apparatu et accepit, et prosecutus est rex. Multa in eo et dexteritas, et humanitas visa, quae commendabilia apud Africanum erant, virum sicut ad cetera egregium, ita a comitate, quae sine luxuria esset, non aversum. Inde non per Macedoniam modo, sed etiam Thraciam, prosequente et praeparante omnia Philippo, ad Hellespontum perventum est.

VIII. Antiochus post navalem ad Corycum pugnam, quam totam hiemem liberam in apparatus terrestres maritimosque habuisset, classi maxime reparandae, ne tota maris possessione pelleretur, intentus fuerat. Succurrebat, *Superatum se, cum classis abfuisset Rhodiorum. quod si ea quoque (nec commissuros Rhodios, ut iterum morarentur) certamini adesset, magno sibi navium numero opus fore, ut viribus et magnitudine classem hostium aequaret.* Itaque et Hannibalem in Syriam miserat ad Phoenicum arcessendas naves, et Polyxenidam, quo minus prospere gesta res erat, eo enisius et eas, quae erant, reficere, et alias parare naves iussit. Ipse in Phrygia hibernavit, undique auxilia arcessens, etiam in Gallograeciam miserat. Bellicosiores ea tempestate erant, Gallicos adhuc, nondum exfoleta stirpe gentis, servantes animos. Filium Seleucum in Aeolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes: quas illinc a Pergamo Eumenes, hinc a Phocaea Erythrisque Romani sollicitabant. Classis Romana, sicut ante dictum est, ad Canas hibernabat. Eo media ferme hieme rex Eumenes cum duobus millibus peditum, equitibus centum, venit. Is, cum magnam praedam agi posse dixisset ex hostium agro, qui circa Thyatira esset, hortando perpulit Livium, ut quinque millia militum secum mitteret. missi ingentem praedam intra paucos dies averterunt.

IX. Inter haec Phocaeae seditio orta, quibusdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. Gravia hiberna navium erant; grave tributum, quod togae quingentae imperatae erant, cum quingentis tunicis; gravis etiam inopia frumenti, propter quam naves quoque et praesidium Romanum excessit. tum vero liberata metu factio erat, quae plebem in concionibus ad Antiochum trahebat. Senatus et optimates in Romana societate perstandum censebant. defectionis auctores plus apud multitudinem valuerunt. Rhodii, quo magis cessatum priorae aetate erat, eo maturius aequinoctio verno eundem Paulistratum classis praefectum cum sex et triginta navibus miserunt. Jam Livius a Canis cum triginta navibus et septem quadremibus, quas secum Eumenes rex adduxerat, Hellespontum petebat; ut ad transitum exercitus, quem terra venturum opinabatur, praepararet, quae opus essent. In portum, quem vocant Achaeorum, classis primum advertit: inde illum ascendit, sacrificioque Minervae facto, legationes finitimas ab Elaeunte, et Dardano, et Rhoeteo, tradentes in fidem civitates suas, benigne audivit. Inde ad Hellesponti fauces navigat; et, decem navibus in statione contra Abydum relicto, cetera classe in Europam ad Sestum oppugnandam trajecit. Jam subeuntibus armatis muros fanatici Galli primum cum sollemoni habitu ante portam occurrunt. Iussa se matris Deum famulos Deae venire memorant, ad precandum Romanum, ut parceret moenibus urbi. Nemo eorum violatus est: mox universus senatus cum magistratibus ad dedendam urbem processit. Inde Abydum trajecta classis. ubi cum, tentatis per colloquia animis, nihil pacati responderetur, ad oppugnationem sese expediebant.

X. Dum haec in Hellesponto geruntur, Polyxenidas regius praefectus, (erat autem exsul Rhodius) cum audissent, profectam ab domo popularium suorum classis, et Paulistratum praefectum superbe quaedam et contentum in se concionantem dixisse, praecipuo certamine animi adversus eum sumto, nihil aliud dies noctesque agitabat animo, quam ut verba magna ejus rebus confutaret. *Mittit ad eum hominem et illi notum, qui diceret, Es*

se Pausistrato Patriaeque suae magno usui, si liceat, fore; et a Pausistrato se restitui in patriam posse. Cum, quoniam modo ea fieri possent, mirabundus Pausistratus percontaretur, fidem petenti dedit agenda communiter rei, aut silentio tegenda. Tum internuntius, regiam classem aut totam, aut majorem ejus partem, Polyxenidam traditurum ei. pretium tanti meriti nullum aliud pacisci, quam reditum in patriam. Magnitudo rei, nec ut crederet, nec ut aspernaretur dicta, effecit. Panormum Samiae terrae petit: ibique ad explorandam rem, quae oblata erat, substitit. Ulro citroque nuntii cursare; nec fides ante Pausistrato facta est, quam coram nuntio ejus Polyxenidas sua manu scripsit, se ea, quae pollicitus esset, facturum, signoque suo impressas tabellas misit. Eo vero pignore velut auctoratum sibi proditorem ratus est. Neque enim eum, qui sub rege viveret, committurum fuisse, ut adversus semet ipsum indicia manu sua testata daret. inde ratio simulatae proditionis composita, Omnium se rerum apparatus omisurum, Polyxenidas dicere; non remigem, non socios navales ad classem frequentes habiturum: subducurum per simulationem reficiendi quasdam naves, alias in propinquos portus dimissurum: paucas ante portum Ephesi in salo habiturum; quas, si exire res cogeret, objecturus certamini foret. Quam negligentiam Polyxenidam in classe sua habiturum Pausistratus audivit, eam ipse extemplo habuit. partem navium ad comaeatus arcessendos Halicarnassum, partem Samum ad urbem misit: ut paratus esset, cum signum aggrediendi a proditore accepisset. Polyxenidas augere simulando errorem: subducit quasdam naves, alias velut subducurus esset, navali reficit: remiges ex hibernis non Ephesum arcessit, sed Magnesium occulte cogit.

XI. Forte quidam Antiochi miles, cum Samum rei privatae causa venisset, pro speculatore deprehensus deducitur Panormum ad praefectum. is percontanti, quid Ephesi ageretur, incertum metu, an erga suos haud sincera fide, omnia aperit: classem instructam paratamque in portu stare: remigium omne Magnesium ad Sipyllum missum: per paucas naves subducias esse, et navalia tegi.

num.

nunquam intentius rem navalem administratam esse. Haec ne pro veris audirentur, animus errore et spe vana praecipue occupatus fecit. Polyxenidas, satis omnibus comparatis, nocte remige a Magnesia arcessito, deductisque raptim, quae subductae erant, navibus, cum diem non tam in apparatu absumisset, quam quod conspici proficiscentem classem volebat; post solis occasum profectus septuaginta navibus tectis, vento adverso, ante lucem Pygela portum tenuit. ubi cum interdiu ob eandem causam quiesceret, nocte in proxima Samiae terrae trajecit. Hinc Nicandro quodam archipirata quinque navibus tectis Palinurum jussu petere, atque inde armatos, qua proximum per agros iter esset, Panormum ad tergum hostium ducere, ipse interim, classe divisa, ut ex utraque parte fauces portus teneret, Panormum petit. Pausistratus primo, ut in re necopinata, turbatus parumper, deinde vetus miles, celeriter collecto animo, terra melius arceri, quam mari, hostes posse ratus, armatos duobus agminibus ad promontoria, quae cornibus objectis ab alto portum faciunt, ducit: inde facile telis ancipitibus hostem submoturus. id inceptum ejus Nioander a terra visus cum turbasset, repente mutato consilio, naves conscendere omnes jubet. Tum vero ingens pariter militum nautarumque trepidatio orta, et velut fuga in naves fieri, cum se mari terraque simul cernerent circumventos. Pausistratus, unam viam salutis esse ratus, si vim facere per fauces portus, atque erumpere in mare apertum posset, postquam conscendisse suos vidit, sequi ceteris jussis, ipse princeps concitata nave remis ad ostium portus tendit. Superantem jam fauces navem ejus Polyxenidas tribus quinquereimis circumstuit. Navis rostris icta supprimitur: telis obruuntur propugnatores: inter quos et Pausistratus impigre pugnans interficitur. Navium reliquarum ante portum aliae, aliae in portu deprehensae, quaedam a Nicandro, dum moliuntur a terra, captae, quinque tantum Rhodiae naves cum duabus Cois effugerunt, terrore flammae micantis via sibi inter confertas naves facta. contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem prae se portabant. *Erythraeae* triremes, cum haud procul a Samo Rhodiis navi-

navibus, quibus ut essent praesidio, veniebant, obviam fugientibus fuissent, in Hellespontum ad Romanos cursum averterunt. Sub idem tempus Seleucus proditam Phocaeam, porta una per custodes aperta, recepit; et Cyme aliaeque ejusdem orae urbes ad eum metu defecerunt.

XII. Dum haec in Aeolide geruntur, Abydus cum per aliquot dies obsidionem tolerasset, praesidio regio tante moenia, jam omnibus fessis, Philota quoque praefecto praesidii permittente, magistratus eorum cum Livio de conditionibus tradendae urbis agebant. rem distinebat, quod, utrum armati, an inermes, emitterentur regii, parum conveniebat. Haec agentibus cum intervenisset nuntius Rhodiorum cladis, emissa de manibus res est. metuens enim Livius, ne successu tantae rei elatus Polyxenidas classem, quae ad Canas erat, opprimeret, Abydi obsidione custodiaque Hellesponti extemplo relicta, naves, quae subductae Canas erant, deduxit. Et Eumenes Elaeam venit. Livius omni classe, cui adjunxerat triremes duas Mitylenaeas, Phocaeam petit. quam cum teneri valido regio praesidio audisset, nec procul Seleuci castra esse; depopulatus maritimam oram, et praeda maxime hominum raptim in naves imposita, tantum moratus, dum Eumenes cum classe assequeretur, Samum petere intendit. Rhodiis primo audita clades simul pavorem, simul luctum ingentem fecit. nam, praeter navium militumque jacturam, quod floribus, quod roboris in juventute fuerat, amiserant; multis nobilibus secutis inter cetera auctoritatem Pausistrati, quae inter suos merito maxima erat. deinde, quod fraude capti, quod a cive potissimum suo forent, in iram luctus vertit. Decem extemplo naves, et diebus post paucis decem alias, praefecto omnium Eudamo, miserunt: quem, aliis virtutibus bellicis haudquaquam Pausistrato parem, cautio-rem, quo minus animi erat, ducem futurum credebant. Romani et Eumenes rex in Erythraeam primum classem applicuerunt. ibi noctem unam morati, postero die Corycum Tejorum promontorium tenuerunt. inde cum in proxima Samiae vellent transire, non expectato solis

T. Livii Tom. III. S ortu.

ortu, ex quo statum coeli notare gubernatores possent, in incertam tempestatem miserunt. Medio in cursu, aequilone in septentrionem verso, exasperato fluctibus mari jactari coeperunt.

XIII. Polyxenidas, Samum petituros ratus hostes, ut se Rhodiae classis conjungerent, ab Epheso profectus, primo ad Myonnesum stetit: inde ad Macrin (quam vocant) insulam trajecit, ut praetervehentis classis si quas aberrantes ex agmine naves posset, aut postremum agmen opportune adoriretur. Postquam sparsam tempestate classem vidit, occasionem primo aggrediendi ratus, paulo post increbrescente vento, et majores jam volvente fluxus, quia pervenire se ad eos videbat non posse, ad Aethaliam insulam trajecit, ut inde postero die Samum ex alto petentes naves aggredereur. Romani, pars exigua, primis tenebris portum Samiae desertum tenuerunt: classis cetera, noctem totam in alto jactata, in eundem portum decurrit. Ibi ex agrestibus cognito, hostium naves ad Aethaliam stare, consilium habitum, utrum extemplo decernerent, an Rhodiam expectarent classem. dilatare, (ita enim placuit) Corycum, unde venerant, trajecerunt. Polyxenidas quoque, cum frustra stetisset, Ephesum rediit. Tum Romanae naves vacuo ab hostibus mari Samum trajecerunt. Eodem et Rhodia classis post dies paucos venit, quam ut expectatam esse appareret, profecti extemplo sunt Ephesum, ut aut decernerent navali certamine, aut, si detrectaret hostis pugnam, (quod plurimum intererat ad animos civitatum) timoris confessionem exprimerent. Contra fauces portus instructa in frontem navium acie steterunt. postquam nemo adversus ibat, classe divisa, pars in salo ad ostium portus in ancoris stetit; pars in terram milites exposuit. In eos, jam ingentem praedam late depopulato agro agentes, Andronicus Macedo, qui in praesidio Ephesi erat, jam moenibus appropinquantes eruptionem fecit, exutosque magna parte praedae ad mare ac naves redegit. Postero die, insidiis medio ferme viae positis, ad eliciendum extra moenia Macedonem, Romani ad urbem agmine iere: inde, cum ea ipsa suspicio, ne quis exiret, deterruisset,

redia-

redierunt ad naves: et, terra marique fugientibus certamen hostibus, Samum, unde venerat, classis repetit. inde duas sociorum ex Italia, duas Rhodias triremes cum praefecto Epicrate Rhodiorum ad fretum Cephalleniae tuendum praetor misit. Infestum id Iatrocinio Lacedaemonius Hybristas cum juventute Cephallenum faciebat: clausumque jam mare comineatibus Italicis erat.

XIV. Piraei L. Aemilio Regillo, succedenti ad navale imperium, Epicrates occurrit. qui, audita clade Rhodiorum, cum ipse duas tantum quinqueremes haberet, Epicratem cum quatuor navibus in Aliam secum reduxit. profectae etiam apertae Athenienium naves sunt. Aegeo mari trajecit. Eodem Timasirates Rhodius cum duabus quadriremibus ab Samo nocte intempesta venit: deductusque ad Aemilium, praelidii causa se missum, ait, quod eam oram maris infestam onerariis regiae naves excursionibus crebris ab Hellesponto atque Abydo facerent. Trajicienti Aemilio a Chio Samum duae Rhodiae quadriremes missae obviam ab Livio, et rex Eumenes cum duabus quinqueremibus occurrit. Samum postquam ventum est, accepta a Livio classe, et sacrificio, ut assolet, rite facta, Aemilius consilium advocavit. Ibi C. Livius, (is enim est primus rogatus sententiam) *Neminem fidelius dare posse consilium, dixit, quam eum, qui id alicui suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, facturum fuerit. Se in animo habuisse, tota classe Ephesum petere, et onerarias ducere multa saburra gravatas, atque eas in faucibus portus suppressere. et eo minoris malimenti ea claustra esse, quod, in fluminis modum, longum, et angustum, et vadusum ostium portus sit. Ita ademerum se maris usum hostibus fuisse, inutilisque classem facturum.*

XV. Nulli ea placere sententia. Eumenes rex quaesivit, *Quid tandem? ubi demersis navibus frenassent claustra maris, utrum libera sua classe abscessuri inde forens ad opem ferendam sociis, terroremque hostibus praebendum? an nihilominus tota classe portum obsessuri? Sive enim abscedans, cui dubium esse, quin hostes extracturi*

demersas moles sint, et minore molimento aperiri portum, quam obstruatur? Sin autem manendum ibi nihilominus sit, quid attinere, claudi portum? Quia contra, illos, rursissimo portu, opulentissima urbe fruentes, omnia Asia praebente, quiesca aestiva accuros: Romanos, aperto in mari fluctibus tempestatibusque objectos, omnium inopes, in assidua statione fururos: ipsos magis alligatos impeditosque, ne quid eorum, quae agenda sint, possint agere, quam ut hostes clausos habeant. Eudamus, praefectus Rhodiae classis, magis eam sibi displicere sententiam ostendit, quam ipse, quid censeret faciendum, dixit. Epicrates Rhodius, Omissa in praesentia Epheso, mittendam navium partem in Lyciam, censuit, et Patara, caput gentis, in societatem adjungenda. in duas res magnas id usui fore: et Rhodios, pacatis contra insulam suam terris, totis viribus incumbere in unius belli, quod adversus Antiochum sit, curam posse: et eam classem, quae in Lycia compararetur, intercludi, ne Polyxenidae conjungatur. Haec maxime movit sententia. placuit tamen, Regillum tota classe evehi ad portum Ephesi, ad inferendum hostibus terrorem.

XVI. C. Livius cum duabus quinqueremibus Romanis, et quatuor quadriremibus Rhodiis, et duabus apertis Smyrnaeis, in Lyciam est missus, Rhodum prius jussum adire, et omnia cum iis communicare consilia. Civitates, quas praetervectus est, Miletus, Myndus, Halicarnallus, Cnidus, Cous, imperata enise fecerunt. Rhodum ut est ventum, simul et, ad quam rem missus esset, iis exposuit, et consuluit eos. Approbantibus cunctis, et ad eam, quam habebat, classem assumtis tribus quadriremibus, navigat Patara. Primo secundus ventus ad ipsam urbem ferebat eos: sperabantque, subito terrore aliquid moturos. postquam, circumagente se vento, fluctibus dubiis volvi coeptum est mare, pervicerunt quidem remis, ut tenerent terram: sed neque circa urbem tuta statio erat, nec ante hostium portus in salvo stare poterant, aspero mari, et nocte imminente. Praetervecti moenia, portum Phoenicuntam, minus duum millium spatium inde distantem, petiere, navibus ab maritima vi tu-

tum: sed altae rupes insuper imminebant, quas celeriter oppidani, assumtis regis militibus, quos in praesidio habebant, ceperunt. adversus quos Livius, quanquam erant iniqua ac difficilia ad exitus loca, Issaeos auxiliares et Smyrnaeorum expeditos juvenes misit. Ii, dum missilibus primo et adversus paucos levibus excursionibus laceffebatur magis, quam conferebatur, pugna, sustinuerunt certamen: postquam plures ab urbe affluebant, et jam omnis multitudo effundebatur, timor incessit Livium, ne et auxiliares circumvenirentur, et navibus etiam ab terra periculum esset: ita non milites solum, sed etiam navales socios, remigum turbam, quibus quisque poterat telis, armatos in proellum eduxit. Tum quoque anceps pugna fuit; neque milites solum aliquot, sed L. Apulsius tumultuario proelio cecidit. postremo tamen fusi fugatique sunt Lycii, atque in urbem compulsi: et Romani cum haud incruenta victoria ad naves redierunt. Inde in Telmissicum profecti sinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit, ommissa Patara amplius tentandi spe, Rhodii domum dimissi sunt. Livius, praetervectus Asiam, in Graeciam transmisit, ut, conventis Scipionibus, qui tum circa Thessaliam erant, in Italiam trajiceret.

XVII. Aemilius, postquam ommissas in Lycia res, et Livium profectum in Italiam cognovit, cum ipse ab Epheso, repulsus tempestate, irrito incepto Samum revertisset, turpe ratus, tentata frustra Patara esse, proficisci eo tota classe, et summa vi aggredi urbem statuit. Miletum et ceteram oram sociorum praetervecti, in Bargylitico sinu excensionem ad Jassum fecerunt. Urbem regium tenebat praesidium: agrum circa Romani hostiliter depopulati sunt. Missis deinde, qui per colloquia principum et magistratuum tentarent animos, postquam nihil in potestate sua responderunt esse, ad urbem oppugnandam ducit. Erant Jassensium exsules cum Romanis: ii frequentes Rhodios orare institerunt, *Ne urbem, et vicinam sibi, et cognatam, innoxiam perire sinerent. Sibi exsilio nullam aliam causam esse, quam fidem erga Romanos. Eadem vi regionum, qua ipsi pulsati sunt, teneri eos,*

qui in urbe manent. omnium Jassensium unam mentem esse. ut servitutem regiam effugerent. Rhodii, moti precibus, Eumene etiam rege assumpto, simul suas necessitudines commemorando, simul obseſſae regio praesidio urbis casum miserando, pervicerunt, ut oppugnatione abluſteretur. Profecti inde, pacatis ceteris, cum oram Asiae legerent, Loryma (portus adversus Rhodum est) pervenerunt. Ibi in principiis sermo primo inter tribunos militum secretus oritur, deinde ad aures ipsius Aemilii pervenit, abduci classem ab Epheso, ab suo bello: ut ab tergo liber relictus hostis in tot propinquas sociorum urbes omnia impune conari posset. Movere ea Aemilium: vocatosque Rhodios cum percontatus esset, utrumnam Pataris universa classis in portu stare posset, cum respondiſſent, non posse; causam nactus omittendae rei, Samum reduxit naves.

XVIII. Per idem tempus Seleucus, Antiochi filius, cum per omne hibernorum tempus exercitum in Aeolide continuisset, partim sociis ferendo opem, partim, quos in societatem perlicere non poterat, depopulandis, transire in fines regni Eumenis, dum is procul ab domo cum Romanis et Rhodiis Lyciae maritima oppugnarēt, statuit. Ad Elaeam primo infestis signis accessit: deinde, omiſſa oppugnatione urbis, agros hostiliter depopulatus, ad caput arcemque regni Pergamum ducit oppugnandum. Attalus primo, stationibus ante urbem positis, et excursionibus equitum levisque armaturae, magis laceſſebat, quam sustinebat, hostem. postremo, cum, per levia certamina expertus, nulla parte virium se parem esse, intra moenia se recepisset, obſideri urbs coepta est. Eodem ferme tempore et Antiochus, ab Apamea profectus, Sardibus primum, deinde haud procul Seleuci castris, ad caput Caici maris stativa habuit, cum magno exercitu mixto variis ex gentibus. Plurimum terroris in Gallorum mercede conductis quatuor millibus erat. hos, paucis admixtis, ad pervastandum passim Pergamenum agrum misit. Quae postquam Samum sunt nuntiata, primo Eumenes, avocatus domestico bello, cum classe Elaeam petit: inde, cum praesto fuissent equites peditumque expedi-

diti, praesidio eorum tutus, priusquam hostes sentirent, aut moverentur, Pergamum contendit. ibi rursus levia per excursiones proelia fieri coepta, Eumene summae rei discrimen haud dubie detrectante. Paucos post dies Romana Rhodiaque classis, ut regi opem ferrent, Elaeam ab Samo venerunt. Quos ubi exposuisse copias Elaeae, et tot classes in unum convenisse portum, Antiocho allatum est; et sub idem tempus audivit, consulem cum exercitu jam in Macedonia esse, pararique, quae ad transitum Hellespontii opus essent; tempus venisse ratus, prius, quam terra marique simul urgeretur, agendi de pace, tumultum quendam adversus Elaeam castris cepit. ibi peditum omnibus copiis relictis, cum equitatu (erant autem sex millia equitum) in campos sub ipsa Elaeae moenia descendit, misso caduceatore ad Aemilium, velle se de pace agere.

XIX. Aemilius, Eumene a Pergamo accito, adhibitis et Rhodiis, consilium habuit. Rhodii haud aspernari pacem: Eumenes, *Nec honestum esse, dicere, eo tempore de pace agi; nec exitum rei imponi posse. Qui enim, inquit, aut honeste, inclusi moenibus et obsessi velut, leges pacis accipiemus? aut cui rata ista pax erit, quam sine consule, non ex auctoritate senatus, non jussu populi Romani pepigerimus? Quaero enim, pace per te facta, rediturusne exempto in Italiam sis, classem exercitumque deduciturus? an expectaturus, quid de ea re consuli placeat, quid senatus censeat, aut populus jubeat? Restat ergo, ut maneat in Asia, et rursus in hiberna copiae reducae, omisso bello, exhaurians commeatibus praebendis socios: deinde (si ita visum sit iis, penes quos potestas fuerit) instauremus novum de integro bellum: quod possumus, si ex hoc impetu rerum nihil prolatando remittitur, ante hiemem, Diis volentibus, perfecisse.* Haec sententia vicit, responsumque Antiocho est, ante consulis adventum de pace agi non posse. Antiochus, pace nequidquam tentata, evastatis Elaeensium primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramytteum hostiliter itinere facto, petit agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum. neque alio ullo

loco Asiae major regis militibus parta est praeda. Eodem Adramytteum, ut urbi praefidio essent, navibus circumvecti, Aemilius et Eumenes venerunt.

XX. Per eosdem forte dies Elaëam ex Achaja mille pedites cum centum equitibus, Diophane omnibus his copiis praeposito, accesserunt. quos egressos navibus obviam missi ab Attalo nocte Pergamum deduxerunt. Veterani omnes et periti belli erant, et ipse dux Philopomenis, summi tum omnium Graecorum imperatoris, discipulus. qui biduum simul ad quietem hominum equorumque, et ad visendas hostium stationes, quibus locis temporibusque accederent reciperentque sese, sumserunt. Ad radices fere collis, in quo posita est urbs, regii succedebant. ita libera ab tergo populatio erat, nullo ab urbe, ne in stationes quidem qui procul jacularetur, excurrente. Postquam semel compulsi metu se moenibus incluserunt, contemptus eorum, et inde negligentia, apud regios oritur; non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos. paucis ad arma et ordines relictis, dilapsi ceteri sparserant se toto passim campo, pars in juvenales lusus lasciviamque versi, pars velcentes sub umbra, quidam somno etiam strati. Haec Diophanes ex alta urbe Pergamo contemplatus, arma suos capere, et ad iussa praesto esse jubet: ipse Attalum adiit, et in animo sibi esse dixit, hostium stationem tentare. Aegre id permittente Attalo, quippe qui centum equitibus adversus trecentos, mille peditibus cum quatuor millibus pugnatorum cerneret, porta egressus, haud procul statione hostium, occasionem opperiens, confedit. Et qui Pergami erant, amentiam magis, quam audaciam, credere esse: et hostes, paulisper in eos versi, ut nihil moveri viderunt, nec ipsi quidquam ex solita negligentia, insuper etiam eludentes paucitatem, mutarunt. Diophanes quietos aliquandiu suos, velut ad spectaculum modo eductos, continuit: postquam dilapsos ab ordinibus hostes vidit, peditibus, quantum accelerare possent, se qui iussis, ipse princeps inter equites cum turma sua, quam posset effusissimis habenis, clamore ab omni simul *pedite atque equite sublato, stationem hostium impro-*
-vilo

vīso invadit. Non homines solum, sed equi etiam ter-
riti, cum vincula abrumpissent, trepidationem et tumul-
tum inter suos fecerunt; pauci stabant impavidi equi:
eos ipsos non sternere, non infrenare, aut ascendere fa-
cile poterant, multo majorem, quam pro numero equi-
tum, terrorem Achaeis inferentibus. Pedites vero ordi-
nati et praeparati sparsos per negligentiam, et semiformi-
nos prope adorti sunt: caedes passim fugaque per campos
facta est. Diophanes, secutus effusus, quoad tutum
fuit, magno Achaeorum genti decore parto, (spectave-
rant enim e moenibus Pergami non viri modo, sed fe-
minae etiam) in praesidium urbis rediit.

XXI. Postero die regiae, magis compositae et ordina-
tae, stationes quingentis passibus longius ab urbe posue-
runt castra: et Achaei eodem ferme tempore, atque in
eundem locum procellerunt. Per multas horas intenti
utrinque velut jam futurum impetum expectavere: post-
quam haud procul occasu solis redeundi in castra tem-
pus erat, regii signis collatis abire agmine, ad iter mag-
is, quam ad pugnam, composito, coepere. Quievit
Diophanes, dum in conspectu erant. deinde eodem, quo
pridie, impetu in postremum agmen incurrit; tantum-
que rursus pavoris ac tumultus incussit, ut, cum terga
caederentur, nemo pugnandi causa restiterit. trepidan-
tesque, et vix ordinem agminis servantes, in castra com-
pulli sunt. Haec Achaeorum audacia Seleucum ex agro
Pergameno movere castra coegit. Antiochus, postquam
Romanos et Eumeneum ad tuendum Adramytteum venisse
audivit, ea quidem urbe abstinuit, depopulatus agros.
Peracem inde, coloniam Mitylensaeorum expugnavit. Cot-
ton, et Corylenus, et Aphrodisias, et Grene, primo
impetu captae sunt. inde per Thyatira Sardes rediit.
Selenus, in maritima ora permanens, aliis terrori, aliis
praesidio erat. Classis Romana cum Eumene Rhodiisque
Mitylenen primo, inde retro, unde profecta erat, Elaeam
rediit. Inde Phocaeam petentes ad insulam, quam Ba-
chium vocant, (imminet urbi Phocaeensium) appulerunt,
et, quibus ante abstinerant templis signisque, (egregia
autem exornata insula erat) cum hostiliter diripissent

stantem, urgebat: et circumvenisset, ni, signo sublato ex praetoria nave, (quo dispersam classem in unum colligi mos erat) omnes, quae in dextro cornu vicerant, naves ad opem ferendam suis concurrissent. tum et Hannibal, quaeque circa eum erant naves, capessunt fugam: nec insequi Rhodii, ex magna parte aegris, et ob id celerius fessis remigibus, potuerunt. Cum in alto, ubi subsisterant, cibo reficerent vires, contemplatus Eudamus hostes, claudas mutilatasque naves apertis navibus remulco trahentes, viginti paulo amplius integras abscedentes, e turri praetoriae navis silentio facto, *Exsurgite*, inquit, *et egregium spectaculum capeffite oculis!* Consurrexere omnes, contemplatique trepidationem fugamque hostium, prope una voce exclamavere omnes, ut sequerentur. Iplius Eudami multis ictibus vulnerata navis erat. Pamphilidam et Chariclitum insequi, quoad putarent tutum, iussit. Aliquamdiu secuti sunt: postquam terrae appropinquabat Hannibal, veriti ne includerentur vento in hostium ora, ad Eudamum reverti, hepteream captam, quae primo concursu icta erat, aegre Phaselidem pertraxerunt. inde Rhodum, non tam victoria laeti, quam alius alium accusantes, quod, cum potuisset, non omnis submersa aut capta classis hostium foret, redierunt. Hannibal, ictus uno proelio adverso, ne tum quidem praetervehi Lyciam audebat, cum conjungi veteri regiae classi quamprimum cuperet. Et, id ne ei facere liberum esset, Rhodii Chariclitum cum viginti navibus rostratis ad Patara et Megisten portum miserunt. Eudamum cum septem navibus maximis ex ea classe, cui praefuerat, Samum redire ad Romanos iusserunt; ut, quantum consilio, quantum auctoritate valeret, compelleret Romanos ad Patara oppugnanda.

XXV. Magnam laetitiam Romanis jam prius nuntius victoriae, deinde adventus attulit Rhodiorum. et apparebat, si ea cura Rhodiis demta esset, vacuos eos tuta ejus regionis maria praestatueros. sed perfectio Antiochi ab Sardinibus, ne opprimerentur urbes maritimae, abscedere custodiae Ioniae atque Aeolidis prohibuit. Pamphilidam cum quatuor navibus tectis ad eam classem, quae
circa

circa Patara erat, miserunt. Antiochus non civitatum modo, quae circa se erant, contrahebat praesidia; sed ad Prusiam, Bithyniae regem, miserat legatos literasque, quibus transitum in Aliam Romanorum increpabat: *Venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullum usquam orbis terrarum, nisi Romanum, imperium esset. Philippum et Nabin expugnatos; se tertium peti. ut quisque proximus ab oppresso sit, per omnes velut continens incendium pervasurum. Ab se gradum in Bithyniam fore, quando Eumenes in voluntariam servitutem concessisset.* His motum Prusiam literae Scipionis consulis, sed magis ejus fratris Africani, ab suspitione tali averterunt: qui, praeter consuetudinem perpetuam populi Romani augendi omni honore regum sciorum majestatem, domesticis ipse exemplis Prusiam ad promerendam amicitiam suam compulit. *Regulos se acceptos in fidem in Hispania reges reliquisse. Masinissam non in patria modo locasse regno, sed in Syphacis, a quo ante expulsus fuisset, regnum imposuisse. et esse eum non Africae modo regum longe opulentissimum, sed toto in orbe terrarum cuius regum vel majestate, vel viribus parem. Philippum et Nabin, hostes bello superatos ab T. Quinctio, tamen in regno relictos. Philippo quidem anno priorie etiam stipendium remissum, et filium obsidem reddidit: et quasdam civitates extra Macedoniam, patientibus Romanis imperatoribus, recepisse eum. In eadem dignitate et Nabin futurum fuisse, nisi eum suus primo furor, deinde fraus Aetolorum absumpisset.* Maxime confirmatus est animus regis, postquam ad eum C. Livius, qui praetor ante classis praefuerat, legatus ab Roma venit, et edocuit, quanto et spes victoriae certior Romanis, quam Antiocho, et amicitia sanctior firmiorque apud Romanos futura esset.

XXVI. Antiochus, postquam a spe societatis Prusiae decidit, Ephesum ab Sardibus est profectus ad classem, quae per aliquot menses instructa ac parata fuerat, visendam; magis quia terrestribus copiis exercitum Romanum et duos Scipiones imperatores videbat sustineri non posse, quam quod res navalis ipsa per se aut tentata sibi unquam feliciter, aut tunc magnae et certae fiduciae

esset.

esset. Erat tamen momentum in praesentia Ipei, quod et magnam partem Rhodiae classis circa Patara esse, et Eumenem regem cum omnibus navibus suis consuli obviam in Hellespontum profectum audierat. aliquid etiam inflabat animos classis Rhodiae, ad Samum per occasionem fraude praeparatam absumta. His fretus, Polyxenida cum classe ad tentandam omni modo certaminis fortunam misso, ipse copias ad Notium ducit: in oppidum Colophonium, mari imminens, abest a vetere Colophone duo ferme millia passuum: et ipsam urbem suae esse potestatis volebat, adeo propinquam Epheso, ut nihil terra marive ageret, quod non subjectum oculis Colophoniorum, ac per eos notum extemplo Romanis esset: quos, audita oblidione, non dubitabat ad opem ferendam sociae urbi classem a Samo moturos. eam occasionem Polyxenidae ad rem gerendam fore. Igitur, operibus oppugnare urbem aggressus, et ad mare partibus duabus pariter munitionibus deductis, utrinque vineas et aggerem muro injunxit, et testudinibus arietes admovit. Quibus territi malis Colophonii oratores Samum ad L. Aemilium, fidem praetoris populi que Romani implorantes, miserunt. Aemilium et Sami legnis diu mora offendebat, nihil minus opinantem, quam Polyxenidam, his nequidquam ab se provocatum, potestatem pugnae facturum esse: et turpe existimabat, Eumenis classem adjuvare consulem ad trajiciendas in Asiam legiones; se Colophonis obsessae auxilio, incertam finem habituro, alligari. Eudamus Rhodius, qui et tenuerat eum Sami, cupientem proficisci in Hellespontum, cunctique instare et dicere, *Quanto fasius esse, vel socios oblidione eximere, vel victam jam semel classem iterum vincere, totamque maris possessionem hosti eripere, quam, desertis sociis, tradita Antiocho Asia terra marique, in Hellespontum, ubi satis esset Eumenis classis, ab sua parte belli discedere?*

XXVII. Profecti ab Samo ad petendos conmeatus, consumentis jam omnibus, Chium parabant trajicere. id erat horreum Romanis; eoque omnes ex Italia missae praerariae dirigebant cursum. Circumvecti ab urbe ad

averfa

aversa insulae (objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt) cum pararent trajicere, literis certior fit praetor, frumentij vini magnam Chium ex Italia venisse, vinum portantes naves tempestatibus retentas esse. Simul allatum est, Tejos regiae classi benigne commeatus praebuisse; quinque millia vasorum vini esse pollicitos. Teum ex medio cursu classem repente avertit, aut volentibus iis usurus commeatu parato hostibus, aut ipsos pro hostibus habiturus. Cum direxissent ad terram proras, quindecim ferme eis naves circa Myonnesum apparuerunt: quas primo ex classe regia praetor esse ratus, institit sequi. apparuit inde, piraticas celoces et lembos esse. Chiorum maritimam oram depopulati, cum omnis generis praeda revertentes, postquam videre ex alto classem, in fugam verterunt. et celeritate superabant, levioribus et ad id fabrefactis navigiis, et propiores terrae erant. Itaque, priusquam appropinquaret classis, Myonnesum perfugerunt. unde se a portu ratus abstracturum naves, ignarus loci sequebatur praetor. Myonnesus promontorium inter Teum Samuramque est. ipse collis est in modum metae in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus: a continenti arctae semitae aditum habet: a mari exesae fluctibus rupes claudunt; ita ut quibusdam locis superpendentia laxa plus in altum, quam, quae in statione sunt, naves, promineant. Circa ea appropinquare non aulae naves, ne sub ictu superstantium rupibus piratarum essent, diem trivere. tandem, sub noctem vano incepto cum abstissent, Teum postero die accessere: et, in portu, qui ab tergo urbis est, (Geraesticum ipsi appellant) navibus constitutis, praetor ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit.

XXVIII. Teji, cum in oculis populatio esset, oratores cum insulis et velamentis ad Romanum miserunt. quibus purgantibus civitatem omnis facti dictique hostilis adversus Romanos, et juvisse eos commeatu classem hostium arguit, et quantum vini Polyxenidae promississent, quae si eadem classi Romanae darent, revocaturum se a populacione militem; sin minus, pro hostibus eos habiturum. Hoc tam triste responsum cum retulissent legati,

vocatur in concionem a magistratibus populus, ut, quid agerent, consultarent. Eo forte Polyxenidas eum regii classe a Colophone profectus, postquam movisse a Samo Romanos audivit, et, ad Myonnesum piratas persecutos, Tejorum agrum depopulari, naves in Geraelicti portu stare, ipse adversus Myonnesum in insula (Macrin nautici vocant) ancoras portu occulto jecit. inde ex propinquo explorans, quid hostes agerent, primo in magna spe fuit, quemadmodum Rhodiam classem ad Samum circumfessis ad exitum faucibus portus, expugnasset; sed et Romanam expugnaturum. nec est dissimilis natura loci. Promontoriis cœuntibus inter se ita clauditur portus, ut vix duae simul inde naves possint exire. Noctis occupare fauces Polyxenidas in animo habebat, et, denis navibus ad promontoria stantibus, quae ab utroque cornu in latera exeuntium navium pugnarent, ex cetera classe, sicut ad Panormum fecerat, armatis in litora expositis, terra marique simul hostes opprimere. quod non vanum ei consilium fuisset, ni, cum Teji facturos se imperata promississent, ad accipiendos commeatus aptius visum esset Romanis, in eum portum, qui ante urbem est, classem transire. Dicitur et Eudamus Rhodius vitium alterius portus ostendisse, cum forte duae naves in arcto ostio implicitos remos fregissent. et inter alia id quoque movit praetorem, ut traduceret classem, quod ab terra periculum erat, haud procul inde Antiocho stativa habente.

XXIX. Tradata classe ad urbem, ignavis omnibus, egressi milites nautaeque sunt ad commeatus et vinum maxime dividendum in naves; cum medio forte diei agrestis quidam, ad praetorem adductus, nuntiat, *aliter jam diem classem stare ad insulam Macrin, et paulo ante visas quasdam moveri, tanquam ad profectionem, naves.* Re subita percussus praetor tubicines canere jubet, ut, si qui per agros palati essent, redirent: tribunos in urbem mittit ad cogendos milites nautasque in naves. Haud secus, quam in repentino incendio aut capta urbe, trepidatur, aliis in urbem currentibus ad suos revocandos, aliis ex urbe naves cursu repentibus: incertisque

clamoribus (quibus ipsis tubae obstreperent) turbatis imperiis, tandem concursum ad naves est. Vix suam quisque noscere aut adire prae tumultu poterat: trepidatumque cum periculo et in mari et in terra foret, ni, partibus divisus, Aemilius, cum praetoria nave primus in portu in altum erectus, excipiens insequentes, suo quamque ordine in frontem instruxisset; Eudamus Rhodiaeque classis substitissent ad terram, ut et sine trepidatione conscenderent, et, ut quaeque parata esset, exiret navis. Ita et explicuere ordinem primae in conspectu praetoris, et coactum agmen ab Rhodiis est: instructaque acies, velut cerneret regios, in altum processit. inter Myonnesum et Corycum promontorium erant, cum hostem conspexere. Et regia classis, binis in ordinem navibus longo agmine veniens, et ipsa aciem adversam explicuit; tantum laevo erecta cornu, ut amplecti et circumire dexterum cornu Romanorum posset. quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non posse aequare ordinem Romanos, et tantum non jam circumiri a dextro cornu, concitat naves; (et erant Rhodiae longe omnium celerissimae tota classe) aequatoque cornu, praetoriae navi, in qua Polyxenidas erat, suam objecit.

XXX. Jam totis classibus simul ab omni parte pugnae conferta erat. Ab Romanis octoginta naves pugnabant, ex quibus Rhodiae duae et viginti erant. Hostium classis undenonaginta navium fuit, et maximae forinae naves tres hexeres habebat, duas hepteres. Robore navium et virtute militum Romani longe regios praestabant: Rhodiae naves agilitate, et arte gubernatorum, et scientia remigum. Maximo tamen hostibus terrori fuisse, quae ignes prae se portabant: et, quod unum iis ad Panormum circumventis saluti fuerat, id tum maximum momentum ad victoriam fuit. nam metu ignis adversi regiae naves, ne proa concurrerent, cum declinassent, neque ipsae ferrere rostro hostem poterant, et obliquas se ipsae ad ictus praebant. et, si qua concurreret, obruebatur infuso igni; magisque ad incendium, quam ad proelium, trepidabant. Plurimum tamen, quae solet, militum virtus in bello valuit. mediam namque aciem hostium Romani

cum rupissent, circumvecti ab tergo pugnantibus adversus Rhodios regis sese obicere: mementoque temporis et media acies Antiochii, et laevo in cornu circumventae naves mergebantur. Dextra pars integra, sociorum magis clade, quam suo periculo, terrebatur. ceterum, postquam alias circumventas, praetoriam navem Polyxenidae, relictis sociis, vela dantem videre, sublatis raptim dolonibus (et erat secundus petentibus Ephesum ventus) capessunt fugam, quadraginta duabus navibus in ea pugna amissis; quarum decem et tres captae in potestatem hostium venerunt, ceterae incenditae aut demersae. Romanorum duae naves fractae sunt, vulneratae aliquot. Rhodia una capta memorabilis casu. nam, cum rostris percussisset Sidoniam navem, ancora, ictu ipso excussa e nave sua, unco dente, velut manu ferrea injecta, alligavit alterius proram: inde tumultu injecto, cum, divellere se ab hoste cupientes, inhiberent Rhodii, tractum anchorale et impitricum remis, latus alterum deterisit: et debilitatam ea ipsa, quae icta cohaeserat, navem cepit. Hoc maxime modo ad Myonnesum navali proelio pugnatum est.

XXXI. Quo territus Antiochus, quia, possessione maris pulsus, longinqua tueri distidebat se posse, praesidium ab Lyfimachia, ne opprimeretur ibi ab Romanis, deduci pravo, ut res ipsa postea docuit, consilio iussit. non enim tueri solum Lyfimachiam a primo impetu Romanorum facile erat: sed obsidionein etiam per totam hiemem tolerare, et obsidentes quoque ad ultimam inopiam adducere extrahendo tempus, et interim spem pacis per occasiones tentare. Nec Lyfimachiam tantum hostibus tradidit post adversam navalem pugnam, sed etiam Colophonis oblidione abscessit, et Sardes recepit se: atque inde in Cappadociam ad Ariarathen, qui auxilia arcefferent, et quocumque alio poterat ad copias contrahendas, in unum jam consilium, ut acie dimicaret, intentus, misit. Regillus Aemilius, post victoriam navalem profectus Ephesum; directis ante portum navibus, cum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset, Chium, quo ante navale proelium cursum a Samo inten-

intenderat, navigat. ibi naues in proelio quassatas cum recessisset, L. Aemilium Scaurum cum triginta navibus Helleſpontum ad exercitum trajiciendum miſit: Rhodias, parte praedae et ſpoliis navalibus decoratas, domum redire jubet. Rhodii impigre praevertere, ad trajiciendasque copias conſulis iere: atque, eo quoque functi officio, tum demum Rhodum rediere. Clafſis Romana ab Chio Phocaeam trajecit. in ſinu maris intimo poſita haec urbs eſt, oblonga forma. duum miſium et quingentorum paſſuum ſpatium murus amplectitur: coit deinde ex utraque parte in arcioſiorem velut cuneum, Lamptera ipſi appellant. mille et ducentos paſſus ibi latitudo patet: inde in altum lingua mille paſſuum excurrens medium ferroſinum velut nota diſtinguit; ubi cohaeret faucibus anguſtis, duos in utramque regionem verſos portus tutiſſimos habet. qui in meridiem vergit, ab re appellant Nauſitathon, quia ingentem vim navium capit: alter prope ipſum Lamptera eſt.

XXXII. Hos portus tutiſſimos cum occupafſet Romana clafſis; priuſquam aut ſcalis, aut operibus, moenia aggredieretur, mittendos cenſuit praetor, qui principum magiſtratuumque animos tentarent. poſtquam obſtinatos vidit, duobus ſimul locis oppugnare eſt adortus. Altera pars infrequens aedificiis erat; templa Deum aliquantum tenebant loci: ea priuſ ariete admoto, quaterne muros turresque coepit. deinde, cum eo multitudo occureret ad defendendum, altera quoque parte admotus aries. et jam utrinque ſternebantur muri. ad quorum caſum cum impetum Romani milites per ipſam ſtragem ruinerum facerent, alii ſcalis etiam aſcentum in muros tentarent; adeo obſtinate reſtiterunt oppidani, ut facile appareret; plus in armis et virtute, quam in moenibus auxilii eſſe. coactus ergo periculo militum praetor receptiſſi canijuffit, ne obijceret incautos furentibus deſperatione ac rabie. Diremto proelio, ne tam quidem ad quietem verſi; ſed undique omnes ad munienda et obſtolienda, quae ruinis ſtrata erant, concurrerunt. Huſe operi intentis ſuperuenit Q. Antonius, a praetore miſſus: qui, caſtigata pertinacia eorum, ~~Majorem curam Roma-~~

nis, quam illis, ostenderet, esse, ne in perniciem urbis pugnaretur. si abstinere furore vellent, potestatem eis dare eadem conditione, qua prius C. Livii in fidem venissent, se tradendi. Haec cum audissent, quinque dierum spatio ad deliberandum sumto, tentata interim spe auxilii ab Antiocho, postquam legati missi ad regem, nihil in eo esse praesidii, retulerant; tum portas aperuerunt, pacti ne quid hostile paterentur. Cuius signa in urbem inferrentur, et pronuntiaisset praetor, parci se deditis velle, clamor undique est sublatus, *indignum facinus esse, Phocaeenses, nunquam fidos socios, semper infestos hostes, impune eludere.* Ab hac voce, velut signo a praetore dato, ad diripiendam urbem passim concurrerunt. Aemilius primo resistere et revocare, dicendo, *captas, non deditas, diripi urbes: et in his solum arbitrium esse imperatoris, non militum.* Postquam ira et avaritia imperio potentiora erant, praeconibus per urbem missis, liberos omnes in forum ad se convenire iubet, ne violarentur: et in omnibus, quae ipsius potestatis fuerunt, fides constitit praetoris. Urbem, agrosque, et suas leges eis restituit: et, quia iam hiems appetebat, Phocaeae portus ad hibernandum classi delegit.

XXXIII. Per idem fere tempus consuli, transgresso Aeniorum Maronitarumque fines, nuntiatum, victam regiam classem ad Myonnesum, relictamque a praesidio Lyfimachiam esse. Id multo, quam de navali victoria, laetius fuit: utique postquam eo venerunt, refertaque urbs omnium rerum commeatibus, velut in adventum exercitus praeparatis, eos excepit; ubi inopiam ultimam laboremque in obsidenda urbe sibi proposuerant. Ibi paucos dies stativa habuere, ut impedimenta aegrique consequerentur, qui passim per omnia Thraciae castella, fessis morbis ac longitudine viae, relictis erant. Receptis omnibus, ingressi rursus iter per Chersonesum, Hellespontum perveniunt. ubi, omnibus cura regis Eumenis ad trajiciendum praeparatis, velut in pacata litora, nullo prohibente, aliis alio delatis navibus, sine tumultu trajecere. Ea vero res Romanis auxit animos, concessum sibi transire cernentibus in Asiam; quam rem magni certami

taminis futuram crediderant. Stativa deinde ad Hellespontum aliquamdiu habuerunt, quia dies forte, quibus ancilia moventur, religiosi ad iter inciderant. iidem dies P. Scipionem propiore etiam religione, quia Salius erat, disjunxerant ab exercitu: causaque et is ipse morae erat, dum consequeretur.

XXXIV. Per eos forte dies legatus ab Antiocho in castra venerat Byzantius Heraclides, de pace afferens mandata: quam impetrabilem fore, magnam ei spem attulit mora et cunctatio Romanorum; quos, simul Asiam attingissent, effuso agmine ad castra regia ituros crediderat. Statuit tamen non prius adire consulera, quam P. Scipionem: et ita mandatum ab rege erat. in eo maximam spem habebat, praeterquam quod et magnitudo animi et satietas gloriae placabilem eum maxime faciebat; notumque erat gentibus, qui victor ille in Hispania, qui deinde in Africa fuisset: etiam quod filius ejus captus in potestate regis erat. Is ubi, et quando, et quo casu captus sit, sicut pleraque alia, parum inter auctores constat. alii principio belli, a Chalcide Oreum petentem, circumventum ab regis navibus tradunt: alii, postquam transitum in Asiam est, cum turma Fregellana missum exploratum ad regia castra, effuso obviam equitatu, cum reciperet sese, in eo delapsum tumultu ex equo, cum duobus equitibus oppressum, ita ad regem deductum esse. Illud satis constat, si pax cum populo Romano maneret, hospitiumque privatim regi cum Scipionibus esset, neque liberalius, neque benignius haberi calique adolescentem, quam cultus est, potuisse. Ob haec cum adventum P. Scipionis legatus expectasset, ubi is venit, consulera adit, petitque, ut mandata audiret.

XXXV. Advocato frequenti consilio, legati verba sunt audita. Is, multis ante legationibus nequidquam ultero citroque de pace missis, eam ipsam fiduciam impetrandi sibi esse, dixit, quod priores legari nihil impetrassent. Smyrnem enim, et Lampfacum, et Alexandriam Troadem, et Eufimachiam in Europa, jactatas in illis disceptationibus esse. quarum Eufimachia jam cessasse re-

gem, ne quid in Europa habere eum dicerent: eas, quae in Asia sint, civitates tradere, paratum esse, et si quas alias Romani, quod sacrum partium fuerint, vindicare ab imperio regio velint. Impensae quoque, in bellum factae; partem dimidiam regem praestaturum populo Romano. Hae conditiones erant pacis. Reliqua oratio fuit, Ut memores rerum humanarum, et suae fortunae moderarentur, et alienam ne urgerent. Finirent Europa imperium, id quoque immensum esse. Et parari singula acquirendo facilius potuisse, quam universa teneri posse. quod si Asiae quoque partem aliquam abstrahere velint, dummodo non dubiis regionibus finiant, vinci suam temperantiam Romana cupiditate, pacis et concordiae causa, regem passurum. Ha, quae legato magna ad pacem impetrandam videbantur, parva Romanis visa. Nam, et impensam, quae in bellum facta esset, omnem praestare regem, aequum consulebant, cuius culpa bellum excitatum esset; et, non Ionia modo atque Aeolide deduci debere praesidia regia; sed, sicut Graecia omnis liberata esset, ita, quae in Asia sint, omnes liberari urbes. Id aliter fieri non posse, quam ut cis Taurum montem possessione Asiae Antiochus cedat.

XXXVI. Legatus, postquam nihil aequi in consilio impetrare se consulebat, privatim (sic enim imperatum erat) P. Scipionis tentare animum est conatus. Omnium primum, filium ei sine pretio redditurum regem, dixit: deinde, ignarus et animi Scipionis, et moris Romani, auri pondus ingens est pollicitus, et, nomine tantum regio excepto, societatem omnis regni, si per eum pacem impetrasset. Ad ea Scipio: Quod Romanos omnes, quod mo, ad quem missus es, ignoras, minus miror, cum te fortunam ejus, a quo venis, ignorare cernam. Lysimachia tenenda erat, ne Chersonesum intraremus; aut ad Hellespontum obsistendum, ne in Asiam trajiceremus: si pacem tanquam ab sollicitis de belli eventu perituri eratis. Concesso vero in Asiam transitu, et non solum frenis, sed etiam iugo accepto, quae disceptatio ex aequo, cum imperium patiendum sit, relicta est? Ego ex munificendia regia maximum donum filium habeo: aliis, Deos precor,

ne unquam fortuna egeat mea; animus cerne non egebit. Pro tanto in me munere gratum me esse in se senties, si privatam gratiam pro privato beneficio desiderabis. publice nec habeo quidquam ab illo, nec dabo. Quod in praesentia dare possim, fidele consilium est. Abi, nuntia meis verbis, bello abstat, pacis conditionem nullam recuset. Nihil ea moverunt regem, tutam fore belli aleam ratum, quando perinde ac victo jam sibi leges dicerentur. omissa igitur in praesentia mentione pacis, totam curam in belli apparatus intendit.

XXXVII. Consul, omnibus praeparatis ad proposita exsequenda, cum ex stativis movisset, Dardanum primum, deinde Rhoeteum, utraque civitate obviam essis, venit. inde Ilium processit, castrisque in campo, qui est subiectus moenibus, positus, in urbem arcemque cum ascendisset, sacrificavit Minervae praesidi arcis; et Ilienibus in omni rerum verborumque honore ab se orientes Romanos praesertentibus, et Romanis laetis origine sua. inde profecti sextis castris ad caput Caiici amnis pervenerunt. Eo et Eumenes rex, conatus primo ab Hellesponto reducere classem in hiberna Elaeam, adversis deinde ventis cum aliquot diebus superare Lecton promontorium non potuisset, in terram egressus, ne deesset principiis rerum, qua proximum fuit, in castra Romana cum parva manu contendit. Ex castris Pergamum remissus ad comneatus expediendos, tradito frumento, quibus iusserat consul, in eadem stativa rediit. inde, plurium dierum praeparatis cibariis, consilium erat ire ad hostem, priusquam hiems opprimeret. Regia castra circa Thyatira erant: ibi cum audisset Antiochus, P. Scipionem aegrum Elaeam delatum, legatos, qui filium ad eum reducerent, misit. Non solum animo patrio gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuit: letitatusque tandem complexu filii, *Renuntiate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quam ut suadem, ne ante in aciem descendat: quam ut in castra me redisse audierit.* Quanquam sexaginta duo millia petunt, plus duodecim millia equitum animos interdum ad spem certaminis faciebant, motus tamen Antiochus tantu auctoritate

etoritate viri, in quo ad incertos belli eventus omnis fortunae posuerat subsidia, recepit se, transgressus Phrygium amnem, circaque Magnesium, quae ad Sipylum est, posuit castra: et ne, si extrahere tempus vellet, munimenta Romani tentarent, fossam sex cubita altam, duodecim latam cum duxisset, extra duplex vallum fossae circumdedit: interiore labro murum cum turribus crebris objecit; unde facile arceri transitu fossae hostis posset.

XXXVIII. Consul, circa Thyatira regem esse ratus, continuis itineribus quinto die ad Hyrcanum campum descendit. inde cum profectum audisset, secutus vestigia circa Phrygium amnem, quatuor millia ab hoste, posuit castra. Eo mille ferme equites, (maxima pars Gallograeci erant, et Dahae quidam aliarumque gentium sagittarii equites intermixti) tumultuose amne trajecto, in stationes impetum fecerunt. Primo turbaverunt incompósitos. deinde, cum longius certamen fieret, Romanorum, ex propinquis castris facili subsidio, cresceret numerus, regii, fessi jam et plures non sustinentes, recipere se conati, circa ripam amnis, priusquam flumen ingrederentur, ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt. Biduum deinde silentium fuit, neutris transgredientibus amnem. tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt, et duo millia fere et quingentos passus ab hoste posuerunt castra. Metantibus et muniendo occupatis, tria millia delecta equitum peditumque regionum magno terrore ac tumultu advenerunt. aliquanto pauciores, qui in statione erant, duo tamen millia, per se, nullo a munimento castrorum milite avocato, et primo aequum proelium sustinuerunt, et, crescente certamine, pepulerunt hostes, centum ex his occisis, centum ferme captis. Per quatrimum insequens instructae utrinque acies pro vallo steterunt. quinto die Romani procellere in medium campum. Antiochus nihil promovit signa, ita ut extremi minus mille pedes a vallo abessent.

XXXIX. Consul, postquam detrectari certamen vidit, postero die in consilium advocavit, *Quid sibi faciendum esset, si Antiochus pugnandi copiam non faceret?*
Inferre

U. C. 562. a. C. N. 190.

In stare hiemem. aut sub pellibus habendos milites fore, aut, si concedere in hiberna vellet, differendum esse in aestatem bellum. Nullum unquam hostem Romani aequae contemserunt. conclamatum undique est, *duceres ex-emplo, et uteretur ardore militum:* qui, tanquam non pugnandum cum tot millibus hostium, sed per numerus pecorum trucidandus esset, per fossas, per vallum castra invadere parati erant, si in proelium hostis non exiret. Cn. Domitius, ad explorandum iter, et qua parte adiri vallum hostium posset, missus, postquam omnia certa retulit, postero die propius castra admoveri placuit. tertio signa in medium campi prolata, et instrui acies coepta est. Nec Antiochus ultra tergiverlandum ratus, ne et suorum animos minueret detrectando certamen, et hostium spem augeret, et ipse copias eduxit; tantum progressus a castris, ut dimicaturum appareret, Romana acies unius prope formae fuit, et hominum et armorum genere. duae legiones Romanae, duae socium et Latini nominis erant: quina millia et quadringenos singulae habebant. Romani median aciem, cornua Latini tenuerunt: hastatorum prima signa, deinde principum erant: triarii postremos claudebant. Extra hanc veluti justam aciem, a parte dextra consul Achaeorum cetratis immixtos auxiliares Eumenis, tria millia ferme peditum, aequata fronte instruxit: ultra eos equitum minus tria millia opposuit; ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis equitatus Romanus erat: extremos Tralles et Cretenses (quingentorum utrique numerum explebant) statuit. Laevum cornu non videbatur egere talibus auxiliis, quia flumen ab ea parte ripaeque disruptae claudebant. quatuor tamen inde turmae equitum oppositae. Haec summa copiarum erat Romanis, et duo millia mixtorum Macedonum Thracumque, qui voluntate secuti erant. Hi praesidio relictis sunt castris. Sexdecim elephantos post triarios in subsidio locaverunt. nam, praeterquam quod multitudinem regiorum elephantorum (erant autem quatuor et quinquaginta) sustinere non videbantur posse, ne pari quidem numero Indici Africi resistunt; sive quia magnitudine, (longe enim illi praestant) sive robore animorum vincuntur.

XL. Regia acies varia magis multis gentibus, dissimilitudine armorum auxiliorumque erat. decem et sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitae appellabantur. haec media acies fuit in fronte, in decem partes divisa. Partes eas interpositis binis elephantis distinguebat: a fronte introrsus in duos et triginta ordines armatorum acies patebat. hoc et roboris in regis copiis erat, et, perinde cum alia specie, tum eminentibus tantum inter armatos elephantis, magnum terrorem praebat. Ingentes ipsi erant. addebant speciem frontalia, et cristae, et tergo impositae turres, turribusque superstantes, praeter rectorem, quaterni armati. Ad latus dexterum phalangitarum mille et quingentos equites Gallograecorum opposuit. his tria millia equitum loricatorum (cataphractus ipsi appellant) adjunxit. addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant. Medij erant lecti viri, et ejusdem regionis mixti multarum gentium equites. continens his grex sedecim elephantorum est oppositus in subsidiis: ab eadem parte, paululum producto cornu, regia cohors erat: Argyraspides a genere armorum appellabantur. Dahae deinde, equites sagittarii, mille et ducenti. tum levis armatura trium millium, pari ferme numero pars Cretenses, pars Fraltes. duo millia et quingenti Myssi sagittariis adjuncti erant. Extremum cornu claudebant quatuor millia mixti Cyrtaei funditores, et Elymaei sagittarii. Ab laevo cornu phalangitis adjuncti erant Gallograeci equites mille et quingenti: et similiter his armati duo millia Cappadocum: (ab Ariarathe missi erant regi). Inde auxiliares mixti omnium generum duo millia et septingenti, et tria millia captaphractorum equitum, et mille alii equites, regia ala levioribus tegumentis suis equorumque, alia haud dissimili habitu: Syri plerique erant Phrygibus et Lydis immixti. Ante hunc equitatum falcatae quadrigae et camelii, quos appellant dromadas. his infidebant Arabes sagittarii, gladios habentes tenues, longos quaterna cubita, ut ex tanta altitudine contingere hostem possent. Inde alia multitudo, par ei, quae in dextro cornu erat: primi Tarentini, deinde Gallograecorum equitum duo millia et quingenti, inde Neocretes mille, et eodem armati

armatu Cares et Cilices mille et quingenti, et totidem Tralles, et tria milia cetratorum; (Pitidae hi erant, et Pamphylii, et Lyci) tum Cyrtaeorum et Elymaeorum paria in dextro cornu locatis auxilia, et sexdecim elephantum modico intervallo distantes.

XLI. Rex ipse in dextero cornu erat: Seleucum filium et Antipatrum fratris filium in laevo praeposuit: media acies trius permixta, Minioni, et Zeuxidi, et Philippo inagistro elephantorum. Nebula matutina, crescente die levata in nubes, caliginem cecidit. humor inde, ab austro velut, perfudit omnia. Quae nihil admodum Romanis, eadem perincommoda Regiis erant. nam et obscuritas lucis in acie medica Romanis non edimebat in omnes partes conspectum; et humor, toto fere gravi armatu, nihil gladios aut tela hebetabat. Regii, tam lata acie, ne ex medio quidem cornua sua circumspicere poterant, nedum extremi inter se conspicerentur: et humor arcus fundasque et jaculorum amenta emollierat. Falcatae quoque quadrigae, quibus se perturbaturum hostium aciem Antiochus crediderat, in suos terrorem vertuerunt. armatae autem in hunc maxime modum erant: cuspides circa remorem ab jugo decem cubita exfrantes, velut cornua, habebant; quibus, quidquid obvium daretur, transigerent. et in extremis jugis binae circa eminebant falces; altera aequata jugo, altera inferior in terram devexa: illa, ut, quidquid ab latere objiceretur, absunderet: haec, ut prolapsos subeuntesque contingeret. item ab axibus rotarum utrinque binae eodem modo diversae deligabantur falces. Sic armatas quadrigas, quia, si in extremo, aut in medio locatae forent, per suos agendae erant, in prima acie, ut ante dictum est, locaverat rex. Quod ubi Eumenes vidit, haud ignarus pugnae, et quam anceps esset auxilii genus, si quis pavorem magis equis injiceret, quam justa adoriretur pugna, Creteneses sagittarios, funditoresque, et jaculatores equitum, non confertos, sed, quam maxime possent, dispersos, excurrere jubet; simul omnibus partibus tela ingerere. Haec velut procella, partim vulneribus missilium undique conjectorum, partim clamoribus dis-

sonis,

lonis, ita consternavit equos, ut repente, velut effrenati, passim incerto cursu ferrentur: quorum impetus et levis arinatura, et expediti funditores, et velox Cretensis momento declinabant: et eques insequendo tumultum ac pavorem equis camelisque, et ipsis simul consternatis, augebat, clamore et ab alia circumstantium turba multiplici adjecto. Ita medio inter duas acies campo exiguntur quadrigae: amotoque inani ludibrio, tum demum ad iustum proelium, signo utrinque dato, concursum est.

XLII. Ceterum vana illa res verae mox cladis causa fuit. auxilia enim subsidiaria, quae proxima locata erant, pavore et consternatione quadrigarum territa, et ipsa in fugam versa, nudarunt omnia usque ad cataphractos equites. ad quos cum, dissipatis subsidiis, pervenisset equitatus Romanus, ne primum quidem impetum pars eorum sustinuerunt. alii fusi sunt; alii propter gravitatem tegumentorum armorumque oppressi sunt. Totum deinde laevum cornu inclinavit; et, turbatis auxiliariis, qui inter equites, et quos appellant phalangitas, erant, usque ad mediam aciem terror pervenit. Ibi simul perturbati ordines, et impeditus intercursum suorum usus praelongarum hastarum, (sarissas Macedones vocant) intulere signa Romanae legionis, et pila in perturbatos coniecerunt. ne interpositi quidem elephantum militem Romanum deterrebant, assuetum jam ab Africis bellis et vitare impetum belluae, et ex transverso aut pili incescere, aut, si propius subire posset, gladio nervos incidere. Jam media acies fere omnis a fronte prostrata erat, et subsidia circumita a tergo caedebantur: cum in parte alia fugam suorum, et prope jam ad ipsa castra clamorem paventium acceperunt. Namque Antiochus a dextro cornu, cum ibi fiducia fluminis nulla subsidia cerneret, praeter quatuor turmas equitum, et eas, dum applicant se suis, ripam nudantes, impetum in eam partem cum auxiliis et cataphracto equitatu fecit. nec a fronte tantum instabat, sed, circumito a flumine cornu, jam ab latere urgebat: donec fugati equites primam, deinde proximi pedinum effuso cursu ad castra compulsi sunt.

XLIII. Praerat castris M. Aemilius tribunus militum, M. Lepidi filius, qui post paucos annos pontifex maximus factus est. Is, qua fugam cernebat suorum, cum praesidio omni occurrit; et stare primo, deinde redire in pugnam, jubebat, pavorem et turpem fugam increpans. Minae exinde erant, in perniciem suam caecos ruere, ni dicto parerent. postremo dat signum suis, ut primos fugientium caedant, turbam insequentium ferro et vulneribus in hostes redigant. Hic major timor minorem vicit. ancipiti coacti metu primo confiterunt; deinde et ipsi redierunt in pugnam, et Aemilius cum suo praesidio (erant autem duo millia virorum fortium) effule sequenti regi acriter resistit. Et Attalus, Eumenis frater, a dextro cornu, a quo laevum hostium primo impetu fugatum fuerat, ut ab sinistro fugam suorum et tumultum circa castra vidit, in tempore cum ducentis equitibus advenit. Antiochus, postquam et eos, quorum terga modo viderat, repetentes pugnam, et aliam et a castris et ex acie affluentem turbam conspexit, in fugam vertit equum. Ita utroque cornu victores Romani per acervos corporum (quos in media maxime acie cummlaverant, ubi et robur fortissimorum virorum, et arma gravitate fugam impedierant) pergunt ad castra diripienda. equites primi omnium Eumenis, deinde et alius equitatus toto passim campo sequuntur hostem, et postremos, ut quosque adepti sunt, caedunt. Ceterum fugientibus major pestis, intermixtis quadrigis, elephantisque, et camelis erat, et suo ipsorum turba: cum, solutis ordinibus, velut caeci super alios alii ruentes, incurfu bel-luarum obtererentur. In castris quoque ingens, et major prope quam in acie, caedes est edita. nam et primorum fuga in castra maxime inclinavit; et hujus fiducia multitudinis, qui in praesidio erant, pertinacius pro vallo pugnarunt. retenti in portis valloque, quae se impetu ipse capturos crediderant, Romani, postquam tandem per-ruperunt, ab ira graviorem ediderunt caedem.

XLIV. Ad quinquaginta millia peditum caesa eo die dicuntur, equitum tria millia; mille et quadringenti capti, et quindecim cum rectoribus elephantum. Roma-
norum

norum aliquot vulnerati sunt; ceciderunt non plus trecenti pedites, quatuor et viginti equites; et de Eumenis exercitu quinque et viginti. Et illo quidem die victores, direptis hostium castris, cum magna praeda in sua reverterunt; postero die spoliabant caelorum corpora, et captivos contrahebant. Legati ab Thyatira et a Magnesia ad Sipylum ad dedendas urbes venerunt. Antiochus, cum paucis fugiens, in ipso itinere pluribus congregantibus se, modica manu armatorum media ferme nocte Sardes contendit. inde, cum audisset, Seleucum filium et quosdam amicorum Apameam praegressos, et ipse quarta vigilia cum conjuge ac filia petit Apameam, Zenoni tradita custodia urbis, Timone Lydiae praeposito: quibus speretis, consensu oppidanorum et militum, qui in arce erant, legati ad consulam missi sunt.

XLV. Sub idem fere tempus et ab Trallibus, et a Magnesia, quae super Maeandrum est, et ab Epheso legati ad dedendas urbes venerunt. Reliquerat Ephesum Polyxenidas, audita pugna, et, classe usque ad Patarae Lyciae pervectus, metu stationis Rhodiarum navium, quae ad Megilsum erat, in terram egressus, cum paucis itinere pedestri Syriam petiit. Asiae civitates in fidem consulis ditionemque populi Romani sese tradebant. Sardibus jam consul erat. eo et P. Scipio ab Elaea, cum primum pati laborem viae potuit, venit. Sub idem fere tempus caduceator ab Antiocho per Scipionem a consule petiit, impetravitque, ut oratores mittere liceret regi. Paucos post dies Zeuxis, qui praefectus Lydiae fuerat, et Antipater fratris filius venerunt. hi, prius Eumene convento, quem propter vetera certamina aversum maxime a pace credebant esse, et placatiore eo et sua et regis spe invento, tum P. Scipionem, et per eum consulem, adierunt: praebitoque iis petentibus frequenti consilio ad mandata edenda, *Non tam, quid ipsi dicamus, habemus, inquit Zeuxis, quam ut a vobis quaeramus, Romani, quo piaculo expiare errorem regis, pacem veniamque impetrare a viccoribus possimus. Maximo semper animo victis regibus populisque ignovistis. quanto in majore et placatiore animo decet vos facere in hac victoria,*

U. C. 562. a. C. N. 190.

ctoria, quae vos dominos orbis terrarum fecit? P'olitis jam adversus omnes mortales certaminibus, haud secus quam Deos, consulere et parcere vos generi humano oportet. Jam ante, quam legati venirent, decretum erat, quid responderetur. respondere Africanum placuit. Is in hunc inodum locutus fertur: Romani ex iis, quae in Deum immortalium potestate erant, ea habemus, quae Dii dederunt. Animos, qui nostrae mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque: neque eos secundae res exulterunt, nec adversae minuerunt. ejus rei, ut alios omittam, Hannibalem vestrum vobis darem testem, nisi vos ipsas dare possem. Postquam Hellespontum trajecimus, priusquam castra regia, priusquam aciem videremus, cum communis Mars et incertus belli eventus esset, de pace vobis agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones, sardem nunc victores victis ferimus. Europa abstinete, Asiaque omni, quae cis Taurum montem est, decedite. Pro impensis deinde in bellum factis quindecim millia talentum Euboicorum dabitur: quingenta praesentia; duo millia et quingenta, cum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint; millia deinde talentum per duodecim annos. Eumeni quoque reddi quadraginta talenta, et quod frumenti reliquum ex eo, quod patri debitum est, placet. Haec cum pepigerimus, facturos vos ut pro certo habeamus, erit quidem aliquod pignus, si obsides viginti nostro arbitratu dabitur: sed nunquam satis, liquebit nobis, ibi pacem esse populo Romano, ubi Hannibal erit. eum ante omnia deposcimus. Thoantem quoque Aetolum, concitorem Aetolici belli, qui et illorum fiducia vos, et vestra illos in nos armavit, dedetis, et cum eo Mnasmachum Acarnana, et Chalcidenses Philonem et Ebulidam. In deteriore sua fortuna pacem faciet rex, quia serius facit, quam facere potuit. Si nunc moratus fuerit, sciat, regum majestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi, quam a mediis ad ima praecipitari. Cum his mandatis ab rege missi erant legati, ut omnem pacis conditionem acciperent. itaque Romam mitti legatos placuit. Consul in hiberna exercitum Magnesium ad Maeandrum et Tralles Ephesumque divisit: Ephesum ad consulem paucos post dies obsidem ab rege adducit

adducti sunt: et legati, qui Romam irent, venerunt. Eumenes quoque eodem tempore profectus est Romam, quo legati regis. secutae eos sunt legationes omnium Asiae populorum.

XLVI. Dum haec in Asia geruntur, duo sere sub idem tempus cum triumphi spe proconsoles de provinciis Romam redierunt; Q. Minucius ex Liguribus, M. Acilius ex Aetolia. Auditis utriusque rebus gestis, Minucio negatus triumphus, Acilio magno consensu decretus: isque triumphans de rege Antiocho et Aetolis urbem est invectus. Praelata sunt in eo triumpho signa militaria ducenta triginta: et argenti infecti tria millia pondo; signati tetradrachmum Atticum cantum tredecim millia, cistophorum ducenta quadraginta octo: vasa argentea caelata multa, magnique ponderis. Tulit et suppellectilem regiam argenteam, ac vestem magnificam; coronas aureas, dona sociarum civitatum, quadraginta quinque, spolia omnis generis: captivos nobiles, Aetolos et regios duces, sex et triginta duxit. Damocritus Aetolorum dux paucos ante dies, cum e carcere nocte effugisset, in ripa Tiberis consecutus custodibus, priusquam comprehenderetur, gladio se transfixit. Milites tantum, qui sequerentur currum, defuerunt: alioqui magnificus et spectaculo et fama rerum triumphus fuit. Hujus triumphi minuit laetitiam nuntius ex Hispania tristis, adversa pugna in Vastetanis, ductu L. Aemilii proconsulis, apud oppidum Lyconem cum Lusitanis sex millia de exercitu Romano cecidisse. Ceteros, paventes intra vallum compulsos, aegre castra defendisse, et in modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum reductos. Haec ex Hispania nuntiata. Ex Gallia legatos Placentinorum et Cremonensium L. Aurunculejus praetor in senatum introduxit. iis querentibus inopiam colonorum, aliis belli casibus, aliis morbo absuntis, quosdam taedio accolarum Gallorum reliquisse colonias, decrevit senatus, *Usi C. Laelius consul, si ei videretur, sex millia familiarum conscriberet, quae in eas colonias dividerentur: et ut L. Aurunculejus praetor triumviros crearet ad eos colonos deducendos.* Creati M. Atilius Serranus, L. Valerius P. F. Flaccus, L. Valerius C. F. Tappo.

XLVII. Haud ita multo post, cum jam consularium comitorum appeteret tempus, C. Laelius consul ex Gallia Romam rediit. is non solum, ex facto absente se senatusconsulto, in supplementum Cremonae et Placentiae colonos scripsit; sed, ut novae coloniae duae in agrum, qui Bojorum fuisset, deducerentur, et retulit, et auctore eo Patres censuerunt. Eodem tempore L. Aemilii praetoris literae allatae de navali pugna ad Myonnesum facta, et L. Scipionem consulem exercitum in Asiam trajecisse. Victoriae navalis ergo in unum diem supplicatio decretâ est: in alterum diem, quod exercitus Romanus tum primum in Asia posuisset castra, ut ea res prospera et laeta eveniret. vicenis majoribus hostiis in singulas supplicationes sacrificare consul est iustus. Inde consularia comitia magna contentione habita. M. Aemilius Lepidus petebat adversa fama hominum, quod provinciam Siciliam petendi causa, non consulto senatu, ut sibi id facere liceret, reliquisset. petebant cum eo M. Fulvius Nobilior, Cn. Manlius Vulso, M. Valerius Messalla. Fulvius consul unus creatur, cum ceteri centurias non expleissent: isque postero die Cn. Manlium, Lepido dejecto, (nam Messalla tacuit) collegam dixit. Praetores exinde facti, duo Q. Fabii, Labeo et Pictor, (flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat) M. Sempronius Tuditanus, Sp. Postumius Albinus, L. Plautius Hypsaëus, L. Baebius Dives.

XLVIII. M. Fulvio Nobiliore et Cn. Manlio Vulso consulis, Valerius Antias auctor est, rumorem celebrem Romae fuisse, et paene pro certo habitum, recipiendi Scipionis adolescentis causa, consulem L. Scipionem, et cum eo P. Africanum, in colloquium evocatos regis, et ipsos comprehensos esse; et, ducibus captis, confestim ad castra Romana exercitum ductum, eaque expugnata, et deletas omnes copias Romanorum esse. Ob haec Aetolos sustulisse animos, et abuisse inperatâ facere, principesque eorum in Macedoniam; et in Dardanum, et in Thraciam, ad conducenda mercede auxilia profectos. Haec qui nuntiarent Romam, A. Terentium Varronem et M. Claudium Lepidum ab A. Cornelio praef-

praetore ex Aetolia missos esse. Subtextit deinde fabulae huic, legatos Aetolos in senatu inter cetera hoc quoque interrogatos esse: unde audissent, imperatores Romanos in Asia captos ab Antiocho rege, et exercitum deletum esse: Aetolos respondisse, ab suis legatis se, qui cum consule fuerint, certiores factos. Rumoris hujus quia neminem alium auctorem habeo, neque affirmata res mea opinione sit, nec pro vana praetermissa.

XLIX. Aetoli legati in senatum introducti, cum et causa eos sua et fortuna hortaretur, ut confitendo seu suae culpae seu errori veniam peterent supplices; orsi a beneficiis in populum Romanum, et prope exprobrantes virtutem suam in Philippi bello, et offenderunt aures insolentia sermonis, et eo, vetera et obliterateda repetendo, rem adduxerunt, ut haud paulo plurimum maleficiorum gentis, quam beneficiorum, memoria subiret animos Patrum, et, quibus misericordia opus erat, iram et odium irritarent. Interrogati ab uno senatore, *permitterentne arbitrium de se populo Romano?* deinde ab altero, *habiturine eosdem, quos populus Romanus, socios et hostes effens?* nihil ad ea respondentes, egredi tempore iussi sunt. Conclamatum deinde prope ab universo senatu est, *Totos adhuc Antiochi Aetolos esse, et ex unica esse spe pendere animos eorum. Itaque bellum cum haud dubiis hostibus gerendum, perdomandosque feroces animos esse.* Etiam illa res accendit, quod eo ipso tempore, quo pacem ab Romanis petebant, Dolopiae atque Athamaniae bellum inferebant. Senatusconsultum in M. Acilii sententiam, qui Antiochum Aetolosque devicerat, factum est, *Ut Aetoli eo die juberentur proficisci ab urbe, et intra quintumdecimum diem Italia excedere.* A Terentius Varro ad custodiendum iter eorum missus, denuntiatumque, *Si qua deinde legatio ex Aetolis, nisi permissu imperatoris, qui eam provinciam obtineret, et cum legato Romano, venisset Romam, pro hostibus omnes futuros.* Ita dimissi Aetoli.

L. De provinciis deinde consules retulerunt: sortiri eos Aetoliam et Asiam placuit. qui Asiam sortitus esset,

effet, exercitus ei, quem L. Scipio haberet, est decretus, et in eum supplementum quatuor millia peditum Romanorum, ducenti equites, et sociorum ac Latini nominis octo millia peditum, et quadringenti equites: his copiis ut bellum cum Antiocho gereret. Alteri consuli exercitus, qui erat in Aetolia, est decretus; et, ut supplementum scriberet, permissum, civium sociorumque eundem numerum, quem collega. naves quoque idem consul, quae priore anno paratae erant, ornare iussus, ac ducere secum: nec cum Aetolis solum bellum gerere, sed etiam in Cephalleniam insulam trajicere. Mandatum eidem, ut, si per commodum reipublicae facere posset, ut ad comitia Romam rediret. nam, praeterquam quod magistratus anrui surrogandi essent, censores quoque placere creari. si qua res eum teneret, senatum quatiorem faceret, se ad comitiorum tempus occurrere non posse. Aetolia M. Fulvio, Asia Cn. Manlio forte evenit. Praetores deinde sortiti sunt, Sp. Postumius Albinus urbanam et inter peregrinos, M. Sempronius Tuditanus Siciliam, Q. Fabius Pictor flamen Quirinalis Sardiniam, Q. Fabius Labeo classem, L. Plautius Hypsaeus Hispaniam citeriorem, L. Baebius Dives Hispaniam ulteriorem. Siciliae legio una et classis, quae in ea provincia erat, decreta; et ut duas decumas frumenti novus praetor imperaret Siculis, earum alteram in Asiam, alteram in Aetoliam mitteret. Idem ab Sardis exigi, atque ad eodem exercitus id frumentum, ad quos Siculum, deportari iussum. L. Baebio supplementum in Hispaniam datum mille Romani pedites, equites quinquaginta, et sex millia peditum Latini nominis, ducenti equites. Plautio Hypsaeo in Hispaniam citeriorem mille Romani dati sunt pedites, duo millia socium Latini nominis, et ducenti equites. cum his supplementis ut singulas legiones duae Hispaniae haberent. Prioris anni magistratibus, C. Laelio cum suo exercitu prorogatum in annum imperium est. prorogatum et P. Junio propraetori in Etruria cum eo exercitu, qui in provincia esset, et M. Tuccio propraetori in Bruttis et Apulia.

LI, Priusquam in provincias praetores irent, certamen inter P. Licinium pontificem maximum fuit et Q. Fabium Pictorem flaminem Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum et Postunium Albinum fuerat. Considem illum, cum C. Lutatio collega in Siciliam ad classem proficiscentem, ad sacra retinuerat Metellus pontifex maximus; praetorem hunc, ne in Sardiniam proficisceretur, P. Licinius tenuit. Et in senatu, et ad populum magnis contentionibus certatum est; et imperia inhibita ultro citroque, et pignora capta, et mulctae dictae, et tribuni appellati, et provocatum ad populum est. Religio ad postremum vicit, ut dicto audiens esset flamen pontifici; et multae ex iussu populi remissae. Ira provinciae ereptae praetorem magistratu abdicare se conantem Patres auctoritate sua deterruerunt: et, ut jus inter peregrinos diceret, decreverunt. Deditibus deinde intra paucos dies (neque enim multi milites legendi erant) perfectis, consules praetoresque in provincias proficiscuntur. Fama deinde de rebus in Asia gestis temere vulgata sine auctore: et post dies paucos nuntii certi literaeque imperatoris Romam allatae; quae non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt, (desiderant enim victum in Aetolia metuere) quam averterunt famam: quod ineuntibus id bellum gravis hostis et suis viribus, et quod Hannibalem rectorem militiae haberet, visus fuerat. nihil tamen aut de consule mittendo in Asiam mutandum, aut minuendas ejus copias, censuerunt; metu, ne cum Gallis foret bellandum.

LII. Haud multo post M. Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis, cum Antiochi regis legatis, et Eumenés rex Rhodique Romam venerunt. Cotta in senatu primum, deinde in concione iussu Patrum, quae acta in Asia essent, exposuit. Supplicatio inde in triduum decreta est, et quadraginta majores hostiae immolari iussae. Tum omnium primum Eumeni senatus datus est. Is cum breviter et egisset gratias Patribus, *quod obsidione se ac fratrem exemissent, regnumque ab injuriis Antiochi vindicassent: et gratulatus esset, quod mari terraque prospere res gessissent; quodque regem Antiochum, fufum*

fugatumque et exutum castris, prius Europa, post et Asia, quae cis Taurum montem est, expulissent: sua deinde merita molle eos ex imperatoribus suis legatisque, quam se commemorante, cognoscere, dixit. Haec approbantibus cunctis, jubentibusque dicere ipsum, omissa in id verecundia, quid sibi a senatu populoque Romano eribui aequum censeret: propensius cumulatusque, si quo possit, prout ejus merita sint, senatum facturum; ad ea rex: Si ab aliis sibi praemiorum optio deferretur, libenter, data modo facultate consulendi senatum Romanum, consilio amplissimi ordinis usuram fuisse, ne quid aut immoderate cupisse, aut petisse parum modeste videri possit: verum enimvero, cum ipsi daturi sint, multo magis munificentiam eorum in se fratresque suos ipsorum arbitrii debere esse. Nihil hac oratione ejus Patres conscripti deterriti sunt, quo minus dicere ipsum juberent. et cum aliquamdiu, hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes invicem, non magis mutua, quam inexplicabili facilitate, certatum esset, Eumenes templo excessit. Senatus in eadem perstare sententia, ut absurdum esse diceret, ignorare regem, quid sperans, aut petens venerit. quae accomodata regno suo sint, ipsum optime scire: Asiam longe melius, quam senatum, nosse. revocandum igitur et cogendum, quae velles, quaeque sentires, expromere.

LIII. Reductus a praetore in templum rex, et dicere iussus: *Perseverassem, inquit, tacere, Patres conscripti, nisi Rhodiorum legationem mox vocaturos vos scirem: et, illis auditis, mihi necessitatem fore dicendi. Quae quidem eo difficilior oratio erit, quod ea postulata eorum futura sint, ut non solum nihil, quod contra me sit, sed ne quod ad ipsos quidem proprie pertineat, petere videantur. Agent enim causam civitatum Graecarum, et liberari eas dicent debere. quo impetrato, cui dubium est, quin et a nobis averfuri sint non eas modo civitates, quae liberabuntur, sed etiam veteres stipendiarias nostras; ipsi autem tanto obligatos beneficio verbo socios, re vera subjectos imperio et obnoxios habituri sint? Et, (si Diis placet) cum has sanctas opes affectabunt, disfundabunt.*

ulla parte id ad se pertinere: vos modo id decere, et conveniens esse antefactis, dicent. Haec vos ne decipiat oratio, providendum vobis erit; nevé non solum inaequaliter alios nimium deprimatis ex sociis vestris, alios praeter modum extollatis; sed etiám, ne, qui adversus vos arma rulerint, in meliorem statu sint, quam socii et amici vestri. Quod ad me attinet, in aliis rebus cessisse intra finem juris mei cuilibet videri malim, quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse; in certamine autem amicitiae nostrae, benevolentiae erga vos, honoris, qui a vobis habebitur, minime aequo animo vinci possum. Hanc ego maximam haereditatem a patre accepi, qui primus omnium Asiam Graeciamque incolentium in amicitiam vestram venit, eamque perpetua et constanti fide ad extremum finem vitae perduxit: nec dumtaxat animum vobis bonum ac fidelem praestitit, sed omnibus interfuit bellis, quae in Graecia gestis, terrestribus, navalibus; omni genere commearum ita, ut nemo sociorum vestrorum aequari ulla parte posset, vos adjuvit. Postremo cum Boeotos ad societatem vestram hortarerer, in ipsa concione intermortuus, haud vultu post exspiravit. Hujus ego vestigia ingressus, voluntati quidem et studio in colendis vobis adjicere (etenim inexsuperabilia haec erant) nihil potui: rebus ipsis meritisque et impensis officiorum ut superare possem, fortuna, tempora, Antiochus, et bellum in Asia gestum praebuerunt materiam. Rex Asiae et partis Europae Antiochus filiam suam in matrimonium mihi dabat; restituebat extemplo civitates, quae defecerant a nobis; spem magnam in posterum amplificandi regni faciebat, si secum adversus vos bellum gessissem. Non gloriabor eo, quod nihil in vos deliquerim. illa potius, quae vetustissima domus nostrae vobiscum amicitia digna sunt, referam. Pedestribus navalibusque copiis, ut nemo vestrorum sociorum me aequiparare posset, imperatores vestros adjuvi; commearum terra marique suppeditavi; navalibus proeliis, quae multis locis facta sunt, omnibus affui; nec labori meo, nec periculo usquam peperci. Quod miserrimum est in bello, obsidionem passus sum, Pergami inclusus cum discrimine ultimo simul vitae regnique. Liberatus deinde obsidione, cum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem regni

mei

mei castra habent, relictis rebus, tota classe ad Hellespontum E. Scipioni consuli vestro occurri, ut eum in irasciendo exercitu adjuvarem. postquam in Asiam exercitus vester est transgressus, nunquam a consule abcessi: nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresque mei. nulla expeditio, nullum equestre proelium sine me factum est. In acie ibi steti, eam partem sum tutatus, in qua me consul esse voluit. Non sum hoc dicturus, Patres conscripti, Quis hoc bello meritis erga vos mecum comparari potest? Ego nulli omnium neque populorum, neque regum, quos in magno honore habetis, non ausim me comparare. Hostis Masinissa ante vobis, quam socius, fuit: nec incolumi regno cum auxiliis suis, sed extorris, expulsus, amissis omnibus copiis, cum turma equitum in castra confugit vestra. tamen eum, quia in Africa adversus Syphacem et Carthaginienses fideliter atque impigre vobiscum stetit, non in patrium solum regnum restituitis, sed, adjecta opulentissima parte Syphacis regni, praepotentem inter Africae reges fecistis. Quo tandem igitur nos praemio atque honore digni apud vos sumus, qui nunquam hostes, semper socii fuimus? Pater, ego, fratresque mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo in Peloponneso, in Boeotia, in Aetolia, Philippi, Antiochi, Aetolico bello, terra marique pro vobis arma tulimus. Quid ergo postulas? dicat aliquis. Ego, Patres conscripti, quoniam dicere utique volentibus vobis parendum est, si vos ea mente ultra Tauri juga ematis Antiochum, ut ipsi teneretis eas terras, nullos accolas, nec finitimos habere, quam vos, malo; nec ulla alia re turpius stabiliusque regnum meum futurum spero. Sed si vobis decedere inde, atque exercitus deducere in animo est; neminem digniorem esse ex sociis vestris, qui bello a vobis parva possideat, quam me, dicere ausim. At enim magnificum est liberare civitates servas. Ita opinor, si nihil hostile adversus vos fecerunt: sin autem Antiochi partis fuerunt; quanto est vestra prudentia et aequitate dignus, sociis bene meritis, quam hostibus, vos consulere?

LIV. Grata oratio regis Patribus fuit: et facile apparebat, munifice omnia et propenso animo facturos.

Interposita Smyrnaeorum brevis legatio est, quia non ad-
 erant quidam Rhodiorum. Collaudatis egregie Smyr-
 naeis, quod omnia ultima pati, quam se regi tradere,
 maluissent, introducti Rhodii sunt. quorum principes
 legationis, expositis initiis amicitiae cum populo Roma-
 no, meritisque Rhodiorum Philippi prius, deinde An-
 tiochi bellorum Nihil, inquit, nobis tota nostra actione,
Patres conscripti, neque difficilius, neque molestius est,
quam quod cum Eumene nobis disceptatio est; cum quo
uno maxime regum et privatum singulis, et, quod magis
nos moveret, publicum civitati nostrae hospitium est. Ceterum
non animi nostri, Patres conscripti, nos, sed rerum
natura, quae potentissima est, diiungit; ut nos liberi
etiam aliorum libertatis causam agamus: reges serva omnia
et subjecta imperio suo esse velint. Utrumque tamen
res se habet, magis verecundia nostra adversus regem no-
bis obstat, quam ipsa disceptatio aut nobis impedita est,
aut vobis perplexam deliberationem praebitura viderur.
 Nam, si aliter socio atque amico regi, et bene merito hoc
 ipso in bello, de cuius praemiis agitur, honos haberi nul-
 lus posset, nisi liberas civitates ei in servitutem traderetis,
 esset deliberatio anceps; ne aut regem amicum inho-
 noratum demitteretis, aut decederetis instituto vestro, et
 gloriam, Philippi bello partam, nunc servitute tot civi-
 tatum deformaretis. Sed ab hac necessitate, aut gratiae
 in amicum minuendae, aut gloriae vestrae, egregie vos for-
 tuna vindicat. Est enim Deum benignitate non gloriosa
 magis, quam dives, victoria vestra: quae vos facile isto
 velut aere alieno exsolvat. nam et Lycaonia, et Phrygia
 utraque, et Pisidia omnis, et Chersonesus, quaeque cir-
 cumjacent Europae, in vestra sunt potestate. quarum una
 quaelibet regi adjecta multiplicare regnum Eumeneis potest:
 omnes vero datae maximis eum regibus aequare. Licet ergo
 vobis, et praemiis belli ditare socios, et non decedere
 instituto vestro, et meminisse, quem titulum praetenderitis
 prius adversus Philippum, nunc adversus Antiochum,
 belli: quid feceritis, Philippo victo; quid nunc a vobis,
 non magis quia fecistis, quam quia id vos facere decet, de-
 sideretur atque expectetur. Alia enim aliis et honesta est
 et probabilis causa armorum. Illi agrum, hi vicus, hi
 oppi-

oppida, hi portus, oraque aliquam maris ut possideant. Vos nec cupistis haec, antequam haberetis: nec nunc, cum orbis terrarum in ditione vestra sit, cupere potestis. Pro dignitate et gloria apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jam pridem intuetur, pugnavistis. quae parare et quaerere arduum fuit, nescio an tueri difficilius sit. Gentis vetustissimae nobilissimaeque, vel fama rerum gestarum, vel omni commendatione humanitatis doctrinarumque, tuendam ab servitio regio libertatem suscepistis. hoc patrociniū receptae in fidem et in clientelam vestram universae gentis perpetuum vos praestare decet. Non, quae in solo modo antiquo sunt, Graeciae magis urbes sunt, quum coloniae earum, illinc quondam profectae in Asiam. Nec terra mutata mutavit genus aut mores, certare pro certamine cujuslibet bonae artis ac virtutis ausi sumus cum parentibus quaeque civitas et conditoribus suis. Adistis Graeciae, adistis Asiae urbes plerique. nisi quod longius a vobis absimus, nulla vincimur alia re. Massilienses, quos, si natura insita velut ingenio terrae vinci profect, jam pridem efferassent. tot indomitae circumfusae gentis, in eo honore, in ea merito dignitate audimus apud vos esse, ac si medium umbilicum Graeciae incolerent. non enim sonum modo linguae vestitumque et habitum, sed ante omnia mores, et leges, et ingenium sincerum integrumque a congrege accolarum, servarunt. Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus. quidquid intra eum cardinem est, nihil longinquum vobis videri debet. quo arma vestra pervenerunt, eodem jus hinc profectum perveniat. Barbari, quibus pro legibus semper dominorum imperia fuerunt, quo gaudent, reges habeant: Graeci suam fortunam, vestros animos gerunt. Domesticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur; nunc, imperium ubi est, ibi ut sit perpetuum, optant. libertatem vestris tueri armis satis habent, quoniam suis non possunt. At enim quaedam civitates cum Antiocho seferunt. Et aliae prius cum Philippo, et cum Pyrrho Tarentini. Ne alios populos enumerem, Carthago libera cum suis legibus est. Huic vestro exemplo quantum debeatis, videte, Patres conscripti. Induceatis in animum negare Eumenis cupiditati.

sati, quod iustissimae irae vestrae negastis. Rhodii et in hoc, et in omnibus bellis, quae in illa ora gessistis, quam foris fidelique opera vos adjuverimus, vestro iudicio relinquimus. nunc in pace id consilium afferimus; quod si comprobaveritis, magnificentius vos victoris usus esse, quam vicisse, omnes existimaturi sint. Apta magnitudini Romanae oratio visa est.

LV. Post Rhodios Antiochi legati vocati sunt. Ii, vulgato petentium veniam more, errorem facti regis, obtestati sunt Patres conscriptos, *Ut suae potius clementiae, quam regis culpa, qui factis superque poenarum dedidisset, memores consularent. postremo pacem datam a L. Scipione imperatore, quibus legibus dedidisset, confirmarent auctoritate sua.* Et senatus eam pacem servandam censuit. et paucos post dies populus iussit. Foedus in Capitolio cum Antipatro principe legationis, et eodem fratris filio regis Antiochi, est ictum. Auditae deinde et aliae legationes ex Asia sunt. Quibus omnibus datum est responsum, *Decem legatos more majorum senatus missurum ad res Asiae disceptandas componendasque. Summam tamen hanc fore: ut cis Taurum montem, quae intra regni Antiochi fines fuissent, Eumeni attribuerentur, praeter Lyciam Cariamque usque ad Macandrum amnem. ea civitatis Rhodiorum essent. Ceterae civitates Asiae, quae Attali stipendiariae fuissent, eadem Eumeni vectigal penderent: quae vectigales Antiochi fuissent, eae liberae atque immunes essent.* Decem legatos hos decreverunt, Q. Minucium Rufum, L. Furium Purpureonem, Q. Minucium Thermum, Ap. Claudium Neronem, Cn. Cornelium Merulam, M. Junium Brutum, L. Aurunculejum, L. Aemilium Paullum, P. Cornelium Lentulum, P. Aelium Tuberonem.

LVI. His, quae praesentis disceptationis essent, libera mandata. de summa rerum senatus constituit: *Lycaniam omnem, et Phrygiam utramque, et Mysiam, regias sylvas, et Lydiae Ioniaeque, extra ea oppida, quae libera fuissent, quo die cum rege Antiocho pugnatum est, et nominatim Magnesium ad Sipylum, et Cariam, quae*
Hydre.

Hydrela appellatur, agrumque Hydrelatanum ad Phrygiam vergentem; et castella vicisque ad Maeandrum amnem, et oppida, nisi quae libera ante bellum fuissent; Telmissum item nominatum, et castra Telmissum, praeter agrum, qui Ptolemaei Telmissii fuisset: haec omnia, quae supra scripta sunt, regi Eumeni iussa dari. Rhodiis Lycia data, extra eundem Telmissum, et castra Telmissum, et agrum, qui Ptolemaei Telmissii fuisset: haec et ab Eumene, et ab Rhodiis excepta. Ea quoque his pars data Cariae, quae propior Rhodum insulam trans Maeandrum amnem est; oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergant: nisi quae eorum oppida in libertate fuissent, pridie quam cum Antiocho rege in Asia pugnatum est. Pro his cum gratias egissent Rhodii, de Solis urbe, quae in Cilicia est, egerunt: Argis et illos, sicut sese, oriundos esse. ab ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatem esse. Petere hoc extraordinariam munus, ut eam civitatem ex servitute regia eximerent. Vocati sunt regis Antiochi legati, actumque cum iis est: nec quidquam impetratum, testante foedera Antipatro, adversus quae ab Rhodiis non Solos, sed Ciliciam peti, et juga Tauri transcendendi. Revocatis in senatum Rhodiis, cum quantopere tenderet legatus regius, exposuissent Patres, adjecerunt: Si utique eam rem ad civitatis suae dignitatem pertinere censerent Rhodii, senatum omni modo expugnaturum pertinaciam legatorum. Tum vero impentius, quam ante, Rhodii gratias egerunt, cessurosque se potius arrogantiae Antipatri, quam causam turbandae pacis praebituros, dixerunt. ita nihil de Solis mutatum est.

LVII. Per eos dies, quibus haec gesta sunt, legati Massiliensium nuntiarunt, L. Baebium praetorem, in provinciam Hispaniam proficiscentem, ab Liguribus circumventum; magna parte comitum caesa, vulneratum ipsum, cum paucis, sine liccoribus, Massiliam perfugisse, et intra triduum exspirasse. Senatus, ea re audita, decrevit, uti P. Junius Brutus, qui propraetor in Etruria esset, provincia exercituque traditis uni, cui videretur, ex legatis, ipse in ulteriores Hispaniam proficisceretur;

eaque

enque ei provincia esset. Hoc senatusconsultum literaeque a Sp. Postumio praetore in Etruriam missae sunt: profectusque in Hispaniam est P. Junius propraetor. In qua provincia prius aliquanto, quam successor veniret, L. Aemilius Paullus, qui postea regem Persea magna gloria vicit, cum priore anno haud prospere rem gessisset, tumultuario exercitu collecto, signis collatis cum Lusitanis pugnavit. Fui fugatique sunt hostes. caesa decem et octo millia armorum; tria millia trecenti capti, et castra expugnata. Hujus victoriae fama tranquilliores in Hispania res fecit. Eodem anno ante diem tertium Kalendas Januarias Bononiam Latinam coloniam ex senatusconsulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus triumviri deduxerunt. tria millia hominum sunt deducta: equitibus septuagena jugera, ceteris colonis quinquagena sunt data. Ager captus de Gallis Bojis fuerat: Galli Tuscos expulerant. Eodem anno censuram multi et clari viri petierunt. quae res, tanquam in se parum magni certaminis causam haberet, aliam contentionem multo majorem excitavit. Petebant T. Quinctius Flaminius, P. Cornelius Cn. F. Scipio, L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato. M. Claudius Marcellus, M. Acilius Glabrio, qui Antiochum ad Thermopylas Aetolosque devicerat. in hunc maxime, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligaverat, favor populi se inclinabat. Id cum aegre paterentur tot nobiles, novum sibi hominem tantum praeferrere; P. Sempronius Gracchus et C. Sempronius Rutilus, tribuni plebis, ei diem dixerunt, quod pecuniae regiae praedaeque aliquantum, captae in Antiochi castris, neque in triumpho tulisset, neque in aerarium retulisset. Varia testimonia legatorum tribunorumque militum erant. M. Cato ante alios testes conspiciebatur: cujus auctoritatem, perpetuo tenore vitae partam, toga candida elevabat. Is testis, quae vasa aurea atque argentea, captis castris, inter aliam praedam regiam vidisset. ea se in triumpho negabat vidisse. Postremo in hujus maxime invidiam desistere se petitione Glabrio dixit; quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id aequo novus *competitos* inestimabili perjurio incesset.

LVIII. Centum millium mulcta irrogata erat. his de ea re certatum est. tertio, cum de petitione destitisset reus, nec populus de mulcta suffragium ferre voluit, et tribuni eo negotio destiterunt. Cenfores T. Quinctius Flaminius, M. Claudius Marcellus creati. Per eosdem dies L. Aemilio Regillo, qui classe praefectum Antiochi regis devicerat, extra urbem in aede Apollinis cum senatus datus esset, auditis rebus gestis ejus, quantis cum classibus hostium dimicasset, quot inde naves demerisset aut cepisset, magno consensu Patrum triumphus navalis est decretus. Triumphavit Kalendis Februariis. in eo triumpho undequinquaginta coronae aureae translatae sunt: pecunia nequaquam tanta, pro specie regii triumpho; tetradrachma Attica triginta quatuor millia septingenta, cistophori centum triginta unum millia trecenti. Supplicationes deinde fuerunt ex senatusconsulto, quod L. Aemilius in Hispania prospere rempublicam gessisset. Haud ita multo post L. Scipio ad urbem venit. qui, ne cognomini fratris cederet, Asiaticum se appellari voluit. Et in senatu, et in concione de rebus ab se gestis differuit. Erant, qui fama id majus bellum, quam difficultate rei, fuisse interpretarentur; uno memorabili proelio debellatum, gloriamque ejus victoriae praefloratam ad Thermopylas esse. Ceterum fere aestimanti Aetolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium fuit. Quota enim parte virium suarum ibi dimicavit Antiochus? in Asia totius Asiae steterunt vires, ab ultimi Orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis.

LIX. Merito ergo et Diis immortalibus, quantus maximus poterat, habitus est honos, quod ingentem victoriam facilem etiam fecissent, et imperatori triumphus est decretus. Triumphavit mense interalario pridie Kalendas Martias. qui triumphus spectaculo oculorum major, quam Africani fratris ejus, fuit; recordatione rerum et aestimatione periculi certaminisque non magis comparandus, quam si imperatorem imperatori, aut Antiochum ducem Hannibali conferres. Tulit in triumpho signa militaria ducenta triginta quatuor; oppidorum simulacra centum triginta quatuor; eburneos dentes mille
ducentos.

ducentos triginta unum; aureas coronas ducentas triginta quatuor; argenti pondi centum triginta septem millia et quadringenta viginti; tetradrachmum Atticorum ducenta viginti quatuor millia: cistophorum trecenta triginta unum millia et septuaginta; nummos aureos Philipeos centum quadraginta millia; valorum argenteorum (omnia caelata erant) mille pondi et quadringenta viginti quatuor, aureorum mille pondi viginti quatuor. et duces regii, praefecti, et purpurati duo et triginta ante curram ducti. Militibus quini viceni denarii dati, duplex centurioni, triplex equiti. et stipendium militare et frumentum duplex post triumphum datum. proelio in Asia facto, duplex dederat. Triumphavit anno fere post, quam consulatu abiit.

LX. Eodem fere tempore et Cn. Manlius consul in Asiam, et Q. Fabius Labeo praetor ad classem venit. Ceterum consuli non dederat cum Gallis belli materia. mare pacatum erat, devicto Antiocho. Cogitanti Q. Fabio, cui rei potissimum insisteret, ne otiosam provinciam habuisse videri posset, optimum visum est, in Cretam insulam trajicere. Cydoniatae bellum adversus Gortynios Gnosiosque gerebant, et captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per totam insulam dicebatur. Classe ab Epheso profectus, cum primum Cretae litus attingit, nuntios circa civitates mittit, ut armis absterent, captivosque in suis quaeque urbibus agrisque conquestos reducerent, et legatos mitterent ad se, cum quibus de rebus ad Cretenes pariter Romanosque pertinentibus ageret. Nihil magnopere ea Cretenes moverunt. captivos, praeter Gortynios, nulli redderunt. Valerius Antias ad quatuor millia captivorum, quia belli minas timuerunt, ex tota insula reddita scripsit: eamque causam Fabio, cum rem nullam aliam gefisset, navalis triumphus impetrandi ab senatu fuisse. A Creta Ephesum Fabius rediit: inde tribus navibus in Thraciae oram missis, ab Aeno et Maronea praefidia Antiochi deduci iussit, ut in libertate eae civitates essent.

EPITOME LIBRI XXXVIII.

M. Fulvius consul in Epiro Ambracienses obsessos in deditionem accepit, Cephalleniam subegit, Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius consul, collega ejus, Gallograecos Tolistobojos, et Tectosagos, et Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, cum soli citra Taurum montem non parerent, vicit. Eorum origo, et quemadmodum ea loca, quae tenent, occupaverint, refertur. Exemplum quoque virtutis et pudicitiae in femina traditur. nam cum Ortiagonis, regis Gallograecorum, uxor captiva esset, centurionem custodem, qui ei vim intulerat, occidit. Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia et trecenta viginti octo. Cum Ariarathe, rege Cappadociae, amicitia juncta est. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum consilio foedus cum Antiocho concripserat, de Gallograecis, acta pro se causa in senatu, triumphavit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam ajunt, a Q. Petillio tribuno plebis, ut quidam, a Naevio, quod praeda ex Antiocho capta aeriarium fraudasset, postquam is dies venit, evocatus in Rostra. Hac die, inquit, Quirites, Carthaginem vici: et, prosequente populo, Capitolium ascendit. Inde, ne amplius tribuniciiis injuriis vexaretur, in voluntarium exsiliium Lireruum concessit: incertum ibi, an Romae, defunctus. nam ejus monumentum utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodem peculatus crimine accusatus damnatusque, cum in vincula et carcerem duceretur, Ti. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus fuerat, intercessit; et ob id beneficium Africani filiam duxit. Cum quaestores in bona ejus publice possidenda missi essent, non modo in iis nullum vestigium pecuniae regiae apparuit, sed nequaquam tantum redactum, quantae summae erat damnatus. Collatam a cognatis et amicis innumerabilem pecuniam accipere voluit: quae necessaria ei erant ad cultum, redempta.

LIBER XXXVIII.

I. Dum in Asia bellum geritur, ne in Aetolis quidem quietae res fuerant, principio a gente Athamanum orto. Athamania ea tempestate, pulso Amyndro, sub praefectis Philippi regio tenebatur praesidio: qui superbo atque immodico imperio desiderium Amyndri fecerant. Exfulanti tum Amyndro in Aetolia literis suorum, indicantium statum Athamaniae, spes recuperandi regni facta est, remissique nuntii ab eo ad principes Argitheam, (id enim caput Athamaniae erat) si popularium animos satis perfectos haberet, impetrato ab Aetolis auxilio, in Athamaniam se venturum cum delectis Aetolorum, quod consilium esset gentis, et Nicandro praetore. quos, ubi ad omnia paratos esse vidit, certiores subinde facit, quo die cum exercitu Athamaniam ingressurus esset. Quatuor primo fuere conjurati adversus Macedonum praesidium. hi senos sibi adjuutores ad rem gerendam assumerunt: deinde, paucitate parum freti, quae celandae rei, quam agenda, aptior erat, parem priori numerum adjecerunt. Ita duo et quinquaginta facti, quadrifariam se diviserunt: pars una Heracleam, altera Tetraphyliam petit, ubi custodia regiae pecuniae esse solita erat, tertia Theudoriam, quarta Argitheam. Ita inter omnes convenit, ut primo quieti, velut ad privatam rem agendam venissent, in foro obversarentur, die certa multitudinem omnem convocarent ad praesidia Macedonum arcibus expellenda. Ubi ea dies advenit, et Amyndro cum nullo Aetolis in sinibus erat; ex composito quatuor simul locis praesidia Macedonum expulsa, literaeque in alias urbes passim dimissae, ut vindicarent sese ab impotenti dominatione Philippi et restituerent in patriam ac legitimum regnum. Undique Macedones expelluntur. Thejum oppidum, literis a Zenone praefecto praesidii interceptis, et arce ab regis occupata, paucos dies obsidentibus restitit: deinde id quoque traditum Amyndro est, et omnis Athamania in potestate erat, praeter Athenaeum castellum, sinibus Macedoniae subiectum.

II. Philippus, audita defectione Athamaniae, cum sex millibus armatorum profectus, ingenti celeritate Gomphos pervenit. ibi relicta maiore parte exercitus, (neque enim ad tanta itinera sufficissent) cum duobus millibus Athenaeum, quod unum a praesidio suo retentum fuerat, pervenit. inde, proximis tentatis, cum facile animadvertisset, cetera hostilia esse, Gomphos regressus, omnibus copiis simul in Athamaniam rediit. Zenonem inde, cum mille peditibus praemissum, Ethopiam occupare jubet, opportune Argitheae imminentem: quem ubi teneri a suis locum vidit, ipse circa templum Jovis Acraei posuit castra. ibi unum diem foeda tempestate retentus, postero die ducere ad Argitheam intendit. Euntibus extemplo apparere Athamanes, in tumulos imminentes viae discurrentes. ad quorum conspectum consistere prima signa, totoque agmine pavor et trepidatio erat: et pro se quisque, quidnam futurum esset, cogitare, si in valles subjectas rupibus agmen foret densissimum. Haec tumultatio regem, cupientem, si se sequerentur, raptim evadere angustias, revocare primos, et eadem, qua venerat, via referre coegit signa. Athamanes primo ex intervallo quieti sequebantur: postquam Aetoli se junxerunt, hos, ut ab tergo agmini instarent, reliquerunt; ipsi a lateribus se circumfuderunt. quidam, per notos calles breviora via praegressi, transitus infedere: tantumque tumultus Macedonibus est injectum, ut fugae magis effusae, quam itineris ordinati modo, multis armis virisque relictis, flumen trajecerint. hic suis sequendi fuit. Inde tuto Macedones Gomphos, et a Gomphis in Macedoniam redierunt. Athamanes Aetolique Ethopiam, ad Zenonem ac mille Macedonas opprimendos, undique concurrerunt. Macedones, parum loco freti, ab Ethiopia in altiorein deruptioremque undique tumulum concessere. quo pluribus locis aditu invento, expulere eos Athamanes: dispersosque, et per invidias atque ignotas rupes iter fugae non expedientes, partim ceperunt, partim interfecerunt: multi pavore in derupta praecipitati, perpauci cum Zenone ad regem evaserunt: postero die per inducias sepeliendi caelos potestas facta est.

III. Amynder, recuperato regno, legatos et Romam ad senatum, et ad Scipiones in Asiam, Ephesi post magnum cum Antiocho proelium morantes, misit. Pacem petebat, excusabatque sese, quod per Aetolos recuperasset paternum regnum. Philippum incusabat. Aetoli ex Athamania in Amphilochos profecti sunt, et majoris partis voluntate in jus ditionemque totam redegerunt gentem. Amphilochia recepta, (nam fuerat quondam Aetolorum) eadem spe in Aperantiam transcendunt. ea quoque magna ex parte sine certamine in ditionem venit. Dolopes nunquam Aetolorum fuerant: Philippi erant. hi primum ad arma concurrerunt: ceterum, postquam Amphilochos cum Aetolis esse, fugamque ex Athamania Philippi, et caedem praesidii ejus acceperere, et ipsi a Philippo ad Aetolos deficiunt. Quibus circumjectis gentibus jam undique se a Macedonibus tutos credentibus esse, Aetolis fama affertur, Antiochum in Asia victum ab Romanis. nec ita multo post legati ab Roma rediere sine spe pacis, Fulviumque consulem nuntiantes jam cum exercitu trajecisse. His territi, prius ab Rhodo et Athenis legationibus excitis, ut per auctoritatem civitatum earum suae preces nuper repudiatae faciliorem aditum ad senatum haberent, principes gentis ad tentandum ultimam spem Roman miserunt: nihil, ne bellum haberent, prius, quam paene in conspectu hostis erat, praemeditati. Jam M. Fulvius, Apolloniam exercitum trajecto, cum Epirotarum principibus consultabat, unde bellum inciperet. Epirotis Ambraciam placebat aggredi, quae tum contribuerat se Aetolis. *sive ad ruendam eam venirent Aetoli, apertos circa campos ad dimicandum esse: sive detrectarent certamen, oppugnationem fore haud difficilem. nam et copiam in propinquo materiae ad aggeres excitandos et cetera opera esse: et Arthontem, navigabilem ansem, opportunum ad componenda, quae usui sunt, praeter ipsa moenia fluere; et aestatem aptam rei gerendae adesse.* his persuaserunt, ut per Epirum duceret.

IV. Consuli, ad Ambraciam advenienti, magni operis oppugnationis visa est. Ambracia tumulo aspero
sub-

Subjecta est, Perranthem incolae vocant: urbs, qua murus vergit in campos et flumen, occidentem; arx, quae imposita est tumulo, orientem spectat. amnis Aretho, ex Athamania fluens, cadit in sinum maris, ab nomine propinquae urbis Ambracium appellatum. praeterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli, muro quoque firmo septa erat, patente in circuitu paulo amplius tria millia passuum. Fulvius bina a campo castra, inodico inter se distantia intervallo, unum castellum loco edicto contra arcem objecit. ea omnia vallo ac fossa ita jungere parat, ne exitus inclusis ab urbe, neve aditus foris ad auxilia intromittenda esset. Ad famam oppugnationis Ambraciae Stratum jam edicto Nicandri praetoris convenerant Aetoli. Inde primo copiis omnibus ad prohibendam obsidionem venire in animo fuerat. deinde, postquam urbem jam magna ex parte operibus septam viderunt, Epirotarum trans flumen loco plano castra posita esse, dividere copias placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus, per nondum commissa ante se munimenta urbem intravit. Nicandro cum cetera manu primo Epirotarum castra nocte aggredi consilium fuerat, haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen intererat. deinde, periculofum inceptum ratus, ne qua sentirent Romani, et regressus inde in tutum non esset, deterritus ab hoc consilio, ad depopulandam Acarnaniam iter convertit.

V. Consul, jam munimentis, quibus sepicienda urbs erat, jam operibus, quae admovere muris parabat, perfectis, quinque simul locis moenia est aggressus. tria paribus intervallis faciliore aditu a campo adversus Pyrrheum, quod vocant, admovit; unum e regione Aesculapii; unum adversus arcem. Arietibus muros quatibat, aaleribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanos primo et ad speciem et ad ictus moenium, cum terribili sonitu editos, pavor ac trepidatio cepit. deinde, ut praeter spem stare muros viderunt, collectis rursus animis, in arietes tollentibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant; falces, ancoris ferreis injectis in interiorum partem muri trahentes asserem, praef-

fringeabant: ad hoc eruptionibus, et nocturnis in custodias operum, et diurnis in stationes, ultro terrorem inferebant. In hoc statu res ad Ambraciam cum essent, jam Aetolia populatione Acarnaniae Stratum redierant. inde Nicander praetor, spei nactus solvendae incepto forti obsidionis, Nicodamum quendam cum Aetolis quingentis Ambraciam intromittit. noctem certam tempusque etiam noctis constituit, quo et illi ab urbe opera hostium, quae adversus Pyrrheum erant, aggredierentur, et ipse ad castra Romana terrorem faceret; posse ratus, ancipiti tumultu et nocte augente pavorem, memorabilem rem geri. Et Nicodamus intempesta nocte, cum alias custodias sefellisset, per alias impetu constanti erupisset, superato brachio in urbem penetrat; animique aliquantum ad omnia audenda et spei obsessis adjecit; et, simul constituta nox venit, ex composito repente opera est aggressus. Id inceptum conatu, quam effectus, gravius fuit, quia nulla ab exteriori parte vis admota est; seu metu deterrito praetore Aetolorum, seu quia potius visum est, Amphilochois opem ferre nuper receptis; quos Perseus Philippi filius, missus ad Dolopiam Amphilochosque recipiendos, summa vi oppugnabat.

VI. Tribus locis, sicut ante dictum est, ad Pyrrheum opera Romana erant: quae omnia simul, sed neco apparatu, nec vi simili, Aetoli aggressi sunt. alii cum ardentibus facibus, alii stuppam picemque et malleolos ferentes, tota collucente flammis acie, advenere. multos primo impetu custodes opprefferunt. deinde, postquam clamor tumultusque in castra est perlatus, datumque a consule signum, arma capiunt, et omnibus portis ad opem ferendam effunduntur. Uno in loco ferro ignique gesta res est. a duobus irrito incepto, cum tentarent magis, quam inissent, certamen, Aetoli abscefferunt. Atrox pugna in unum inclinaverat locum. ibi diversis partibus duo duces Eupolemus et Nicodamus pugnantem hortantur, et prope certa fovebant spe, jam Nicandram ex composito affore, et terga hostium invasuram. Haec res aliquamdiu animos pugnantium sustinuit. ceterum, postquam nullum ex composito signum a suis accipiebant,

et crescere numerum hostium cernebant, destituti legnuius instare: postremo, re omiſſa, jam vix tuto receptus fugientes in urbem compelluntur, parte operum incensa, et pluribus aliquanto, quam ipsi cecciderant, interfectis. quod si ex composito acta res fuisset, haud dubium erat, expugnari una utique parte cum magna caede hostium potuisse. Ambracienses, quique intus erant Aetoli, non ab eius solum noctis incepto recessere, sed in reliquum quoque tempus, velut proditi a suis, legniores ad pericula erant. jam nemo eruptionibus, ut ante, in stationes hostium, sed, dispositi per muros et turres, ex tuto pugnabant.

VII. Perſeus, ubi adesse Aetolos audivit, omiſſa obſidione urbis, quam oppugnabat, depopulatus tantum agros, Amphiloſchiam exceſſit, atque in Macedoniam rediit. Et Aetolos inde avocavit populatio maritima orae. Pleuratus Illyriorum rex, cum sexaginta lembis Corinthium sinum inſectus, adjunctis Achaeorum, quae Patris erant, navibus, maritima Aetoliae vastabat. adverſus quos mille Aetoli miſſi, quacumque se claſſis circumegerat per litorum anfractus, brevioribus ſemitis occurrebant. Et Romani ad Ambraciam, pluribus locis quatiendo arietibus muros, aliquantum urbis nudaverant. nec tamen penetrare in urbem poterant. Nam et pari celeritate novus pro diruto murus objiciebatur, et armati, ruinis ſuperſtantes, inſtar munimenti erant. Itaque, cum aperta vi parum procederet conſuli res, cuniculum occultum, vineis ante contexto loco, agere inſtituit. et aliquamdiu, cum dies noctesque in opere eſſent, non ſolum ſub terra fodientes, ſed egerentes etiam humum, ſefelkere hoſtem. Cumulus repente terrae emineus index operis oppidanis fuit. pavidique, ne jam ſubrutus muris, facta in urbem via eſſet, ſoſſam intra murum e regione ejus operis, quod vineis contextum erat, ducere inſtituunt. cujus ubi ad tantam altitudinem, quantae eſſe ſolum inſimum cuniculi poterat, pervenerunt, ſilentio facta, pluribus locis aure admota, ſonitum fodientium captabant. Quem ubi acceperunt, aperiant rectam in cuniculum viam. nec fuit magni operis. moment.

enim ad inane, suspenso furculis ab hostibus muro, pervenerunt. ibi commissis operibus, cum e fossa in cuniculum pateret iter, primo ipsis ferramentis, quibus in opere usi erant, dein celeriter armati etiam subeuntes occultam sub terram ediderunt pugnam. segnior deinde ea facta est; intersepientibus cuniculum, ubi vellent, nunc ciliciis praetentis: nunc foribus raptim objectis. Nova etiam haud magni operis adversus eos, qui in cuniculo erant, excogitata res est. dolium a fundo pertusum, qua fistula modica inseri posset, et fistulam ferream operculumque dolii ferreum, et ipsum pluribus locis perforatum, fecerunt. hoc tenui pluma completum dolium ore in cuniculum verso posuerunt. Per operculi foramina praelongae hastae, quas sarissas vocant, ad sum. movendos hostes eminebant. scintillam levem ignis inditam plumae, folle fabrili ad caput fistulae imposito, stando accenderunt. inde non solum magna vis fumi, sed acrior etiam foedo quodam nidore ex adusta pluma, cum totum cuniculum compleisset, vix durare quisquam intus poterat.

VIII. Cum in hoc statu res ad Ambraciam esset, legati ab Aetolis Phaeneas et Damoteles, cum liberis mandatis, decreto gentis, ad consulem venerunt. nam praetor eorum, cum alia parte Ambraciam oppugnari cerneret, alia infestam oram navibus hostium esse, alia Amphilochos Dolopiamque a Macedonibus vastari, nec Aetolos simul ad tria diversa bella occurrentes sufficere, convocato concilio, Aetolos principes, quid agendum esset, consuluit. Omnium eo sententiae decurrerunt, *ut pax, si posset, aequis; si minus, tolerandis conditionibus peteretur. Antiochi fiducia bellum susceptum. Antiocho terra marique superato, et prope extra orbem terrae ultra iuga Tauri exacto, quam spem esse sustinendi belli? Phaeneas et Damoteles, quod e re Aetolorum, ut in tali casu, fideque sua esse censerent, agerent. Quod enim sibi consilium, aut cuius rei electionem a fortuna relictam? Cum his mandatis legati missi orare consulem, ut parceret urbi, misereresur gentis quondam sociae, nolle dicere injuriis, miseris certe coactae insanire. Non plus mali meritos Aetolos*

lor Antiochi bello, quam boni ante, cum adversus Philippum bellatum sit, fecisse. nec tum large gratiam relatum sibi, nec nunc immodice poenam injungi debere. Ad ea consul respondit: Magis saepe, quam vere unquam, Aetolos pacem petere. imitarentur Antiochum in petenda pace, quem in bellum traxissent. Non paucis urbibus eum, de quarum libertate certatum sit, sed omni Asia cis Taurum montem, opimo regno, excessisse. Aetolos, nisi inermes, de pace agentes non audirurum se. arma illis prius equosque omnes tradendos esse, deinde mille talentum argenti populo Romano dandum: cujus summae dimidium praesens numeraretur, si pacem habere vellent. Ad ea adjecturum etiam in foedus esse, ut eosdem, quos populus Romanus, amicos atque hostes habeant.

IX. Adversus quae legati, et quia gravia erant, et quia suorum animos indomitos ac mutabiles noverant, nullò reddito responso, domum regressi sunt, ut etiam atque etiam, quid agendum esset, re integra, praetorem et principes consularent. Clamore et jurgio excepti, quam diu rem traherent, qualemcunque pacem referre jussi? cum redirent Ambraciam, Acarnanum insidiis prope viam positis, quibuscum bellum erat, circumventi Thyrium custodiendi deducuntur. Haec mora injecta est paci. Cum jam Atheniensium Rhodiorumque legati, qui ad deprecandum pro his venerant, apud consulem essent; Amynder quoque, Athamanum rex, fide accepta, venerat in castra Romana; magis pro Ambracia urbe, ubi majorem partem temporis exulaverat, quam pro Aetolis, sollicitus. Per hos certior factus consul de casu legatorum, adduci eos a Thyrio jussit. quorum post adventum agi coeptum est de pace. Amynder, quod sui maxime operis erat, impigre agebat, ut Ambracienfes compelleret ad deditionem. id cum per colloquia principum, succedens mirum, parum proficeret; postremo, consulis permisso ingressus urbem, partim consilio, partim precibus, evicit, ut permitterent se Romanis. Et Aetolos C. Valerius Laevini filius, qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat, consulis frater, matre genitus eadem, egregi adjuvit. Ambracienfes, prius

pacti, ut Aetolorum auxiliares sine fraude emitterent, aperuerunt portas. dein (Aetoli) *ut quingenta Euboica darent talenta; ex quibus ducenta praesentia, trecenta per annos sex pensionibus aequis: captivos perfugasque redderent Romanis: urbem ne quam formulae sui juris facerent, quae post id tempus, quo T. Quinctius trajecisset in Graeciam, aut vi capta ab Romanis esset, aut voluntate in amicitiam venisset: Cephallenia insula ut extra jus foederis esset.* Haec quanquam spe ipsorum aliquanto leviora erant, petentibus Aetolis, ut ad concilium referrent, permissum est. Parva disceptatio de urbibus tenuit. quae cum sui juris aliquando fuissent, avelli velut a corpore suo aegre patiebantur. ad unum tamen omnes accipi pacem iusserunt. Ambracientes coronam auream consuli centum et quinquaginta pondo dederunt: signa aenea marmoreaque et tabulae pictae, quibus ornatio Ambracia, (quia regia ibi Pyrrhi fuerat) quam ceterae regionis ejus urbes erant, sublata omnia avectaque. nihil praeterea tactum violatumve.

X. Profectus ab Ambracia consul in mediterranea Aetoliae, ad Argos Amphiloichium (viginti duo millia ab Ambracia abest) castra posuit. eo tandem legati Aetoli, mirante consule, quod morarentur, venerunt. Inde, postquam approbasse pacem concilium Aetolorum accepit, iussis proficisci Romam ad senatum, permissoque, ut et Rhodii; et Athenienses deprecatores irent, dato, qui simul cum iis proficisceretur, C. Valerio fratre, ipse in Cephalleniam trajecit. Praeoccupatas aures animosque principum Romae criminibus Philippi invenerunt: qui, per legatos, per literas, Dolopas, Amphilochosque, et Athamaniam ereptas sibi querens, praesidiaque sua, postremo etiam filium Persea ex Amphilochis pulsum, averterat senatum ab audiendis precibus eorum. Rhodii tamen et Athenienses cum silentio auditi sunt. Atheniensis legatus Leon, Icesiae filius, eloquentia etiam dicitur movisse: qui vulgata similitudine, mari tranquillo, quod ventis concitaretur, equiparando multitudinem Aetolorum, usus, *cum in fide Romanae societatis mansissent, insana gurgis tranquillitate quiesse eos ajebat: postquam flare*

ab Asia Thoas et Dicaearchus, ab Europa Menestus et Democritus coepissent; tum illam tempestatem coortam, quae ad Antiochum eos, sicuti in scopulum, inzulisset.

XI. Diu jactati Aetoli, tandem ut condiciones pacis convenirent, effecerunt. Fuerunt autem hae: Imperium majestatemque populi Romani gens Aetolorum conservato sine dolo malo. Ne quem exercitum, qui adversus socios amicosque eorum ducetur, per fines suos transire siniso; neve ulla ope juvato. Hostes eisdem habero, quos populus Romanus, armaque in eos ferro, bellumque pariter geriso. perfugas, fugitivos, captivosque reddito Romanis sociisque, praeterquam si qui capti, cum domos redissent, iterum capti sunt; aut si qui eo tempore ex iis capti sunt, qui tum hostes erant Romanis, cum intra praesidia Romana Aetoli essent. Aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyratorum magistratibus sine dolo malo tradantur: qui non comparebunt, quando quitque eorum primum inventus fuerit, reddantur. Obfides quadraginta arbitrata consulis Romani dato, ne minores duodecim annorum, neu majores quadraginta. Obses ne esto praetor, praefectus equitum, scriba publicus; neu quis, qui ante obses fuerit apud Romanos. Cephallenia extra pacis leges esto. De pecuniae summa, quam penderent, pensionibusque ejus, nihil ex eo, quod cum consule convenerat, mutatum. Pro argento si aurum dare mallent, darent, convenit; dum pro argenteis decem aureus unus valeret. Quae urbes, qui agri, qui homines Aetolorum juris aliquando fuerunt, qui eorum T. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, postea eos consules, aut armis subacti, aut voluntate, in disionem populi Romani venerunt, ne quem eorum Aetoli recepisse velint. Oeniadae cum urbe agrisque Acarnanum sunt. His legibus foedus ictum cum Aetolis est.

XII. Eadem non aestate solum, sed etiam iisdem prope diebus, quibus haec a M. Fulvio consule in Aetolia gesta sunt, consul alter Cn. Manlius in Gallograecia bellum gessit, quod nunc ordiri pergam. Vere primo Ephesum consul venit, acceptisque copiis a L. Scipione,

et exercitu lustrate, concionem apud milites habuit: qua, collaudata virtute, eorum, quod cum Antiocho uno proelio debellarent, adhortatus eos ad novum cum Gallis suscipiendum bellum, qui et auxiliis Antiochi iuvissent, et adeo indomita haberent ingenia, ut nequidquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis esset, nisi frangerentur opes Gallorum, de se quoque pauca, nec falsa, nec immodica, adjecit. Laeti milites cum frequenti assensu consulem audiverunt, partem virium Antiochi fuisse Gallos credentes; rege superato, nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. Eumenem haud in tempore abesse (Romae tunc erat) credere consul, gnarum locorum hominumque, et cuius interesset frangi Gallorum opes. Attalum igitur fratrem ejus arcessit a Pergamo, hortatusque ad capeendum secum bellum, pollicentem suam suorumque operam domum ad comparandum dimittit. Paucos post dies profecto ab Epheso consuli ad Magnesium occurrit Attalus cum mille peditibus, equitibus ducentis, Athenaeo fratre jussu cum ceteris copiis subsequi, commendata iis custodia Pergami, quos fratri regnoque fidos credebat. Consul, collaudato juvene, cum omnibus copiis ad Maeandrum progressus, castra posuit, quia vado superari amnis non poterat, et contrahendae naves erant ad exercitum trajiciendum. Transgressi Maeandrum ad Hieran Comen pervenerunt.

XIII. Fanum ibi augustum Apollinis et oraculum: sortes versibus haud inconditis dare vates dicuntur. Hinc alteris castris ad Harpasum flumen ventum est: quo legati ab Alabandis venerunt, ut castellum, quod ab ipsis nuper descisset, aut auctoritate, aut armis, cogeret jura antiqua pati. Eodem et Athenaeus, Eumenis et Attali frater, cum Cretensi Leulo et Corrago Macedone venit. mille pedites mixtarum gentium et trecentos equites secum adduxerunt. Consul, tribuno militum misso cum modica manu, castellum vi captum Alabandenibus reddidit. ipse, nihil via digressus, ad Antiochiam super Maeandrum amnem posuit castra. Hujus amnis fontes *Celaenis* oriuntur. *Celaenae* urbs caput quondam Phrygiae

giae fuit. migratum inde haud procul veteribus Celaenis, novaeque urbi Apameae nomen inditum ab Apamea, sorore Seleuci regis. Et Marfyam amnis, haud procul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit. Famaque ita tenet, Celaenis Marfyam cum Apolline tibarum cantu certasse. Maeander, ex arce summa Celaenarum ortus, media urbe decurrens, per Caras priinum, deinde Ionas, in sinum maris editur, qui inter Prienen et Mileum est. Ad Antiochiam in castra consulis Seleucus, Antiochi filius, ex foedere icto cum Scipione, ad frumentum exercitui dandum venit. Parva disceptatio de Attali auxiliariis orta est; quod, Romano tantum militi, pactum Antiochum, ut daretur frumentum, Seleucus dicebat. Discussa ea quoque est constantia consulis, qui dimisso tribuno edixit, ne Romani milites acciperent, priusquam Attali auxilia accepissent. Inde ad Gordiotos, quod vocant, processum est. ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum. in finibus Pisidarum posita est urbs, in ea parte, quae vergit ad Pamphylium mare. Integris viribus regionis ejus, feroces ad bellandum habebat viros. Tum quoque equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice priino impetu turbare: deinde, ut apparuit, nec numero se, nec virtute pares esse, in urbem compulli, veniam erroris petebant, dedere urbem parati. quinque et viginti talenta argenti, et decem millia medimnum tritici imperata. ita in deditionem accepti.

XIV. Tertio inde die ad Chatham annem perventum: inde profecti Erizam urbem primo impetu ceperunt. Ad Thabusion castellum, imminens flumini Indo, ventum est; cui fecerat nomen Indus, ab Elephanto dejectus. Haud procul a Cibyra aberant: nec legatio ulla a Moagete, tyranno civitatis ejus, homine ad omnia infido atque importuno, veniebat. Ad tentandum ejus animum C. Helvium, cum quatuor millibus peditum et quingentis equitibus, consul praemittit. Huic agmini, jam fines ingredienti, legati occurrerunt, nuntiantes, paratum esse tyrannum imperata facere. orabant, ut pacatus fines iniret, cohiberetque a populatione agri mili-

tem. et coronam auream quindecim talentum afferebant. Helvius, integros a populatione agrot servaturum pollicitus, ire ad consulem legatos jussit. quibus eadem referentibus, consul, *Neque Romani, inquit, bonae voluntatis ullum signum erga nos tyranni habemus: et ipsum talem esse inter omnes constat, ut de poena ejus magis, quam de amicitia, nobis cogitandum sit.* Perturbati hac voce legati nihil aliud petere, quam ut coronam acciperet; veniendique ad eum potestatem tyranno, et copiam loquendi ac purgandi se, faceret. Permissu consulis postero die in castra tyrannus venit; vestitus comitatusque vix ad privati modice locupletis habitum. et oratio fuit submissa et infracta, extenuantis opes suas, urbiumque suae ditionis egestatem querentis. Erant autem sub eo, praeter Cibyam, et Syleum, et Alimne quae appellatur. ex his, ut se suosque spoliaret, quinque et viginti talenta se confecturum, prope ut diffidens, pollicebatur. *Enimvero, inquit consul, ferri jam ludificatio ista non potest. Parum est, non erubuisse absentem, cum per legatos frustrareris nos: praesens quoque in eadem impudentia persistis. Quinque et viginti talenta tyrannidem tuam exhaurirent? Quingenta ergo talenta nisi triduo numeras, populationem in agris, obsidionem in urbe expecta.* Hac denuntiatione conterritus, perficere tamen in pertinaci simulatione inopiae. et paulatim illiberali adjectione, nunc per cavillationem, nunc precibus et simulatis lacrymis, ad centum talenta est perductus. adjecta decem millia medimnum frumenti. Haec omnia intra sex dies exacta.

XV. A Cibyra per agros Sindensium exercitus ductus, transgressusque Caularem amnem, posuit castra. Postero die est praeter Caralitin paludem agmen ductum. ad Mandropolim manserunt. inde progredientibus ad Lagon, proximan urbem, metu incolae fugerunt. Vaeuum hominibus, et refertum rerum omnium copia, oppidum diripuerunt. inde ab Lysis fluminis fonte, postero die ad Cobulatum amnem progressi. Terinenses eo tempore Hiondensium arcem, urbe capta; oppugnabant: inclusi, cum alia spes auxilii nulla esset, legatos ad con-

confulem, orantes opem, miserunt. *cum conjugibus ac liberis in arce inclusos se mortem in dies, aut ferro aut fame patiendam, exspectare.* Volenti consuli causa in Pamphylia divertendi oblata est. adveniens oblidione Iliondenfes exemit. Termello pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis; item Aspendiis ceterisque Pamphyliae populis. Ex Pamphylia rediens ad fluvium Taurum primo die, postero ad Xylinen (quam vocant) comen posuit castra. Profectus inde continentiſſimis itineribus ad Cormasa urbem pervenit. Darſa proxima urbs erat, eam, metu incolarum desertam, plenam omnium rerum copia invenit. Progredienti praeter paludes legati ab Lyſimoë, dedentes civitatem, venerunt. Inde in agrum Sagalafſenum, uberem fertilemque omni genere frugum, ventum est. Colunt Pilidae, longe optimi bello regionis ejus. cum ea res animos facit, tum agri foecunditas, et multitudo hominum, et situs inter paucas munitae urbis. Consul, quia nulla legatio ad finem praesto fuerat, praedatum in agros misit. tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agrique res suas viderunt. Legatis missis, pacti quinquaginta talentis, et viginti millibus medimnum tritici, viginti hordei, pacem impetraverunt. Progressus inde ad Obrimae fontes, ad vicum, quem Aporidos comen vocant, posuit castra. Eo Seleucus ab Apamea postero die venit. Aegros inde et inutilia impedimenta cum Apameam dimisisset, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropolitanum campum, postero die Dinias Phrygiae processit. Inde Synnada venit, metu omnibus circa oppidis desertis. quorum jam praeda grave agmen trahens, vix quinque millium die toto itinere perfecto, ad Beudos, quod vetus appellant, pervenit. ad Anabura inde, et altero die ad Alandri fontes, tertio ad Abballum posuit castra. ibi plures dies stativa habuit, quia perventum erat ad Tolistobojorum fines.

XVI. Galli, magna hominum vis, seu inopia agri, seu praedae spe, nullam gentem, per quam ituri essent, parem armis rati, Brenno duce in Cardanos pervenerunt. ibi seditio orta, et ad viginti millia hominum, cum Leonorio

norio ac Lutario regulis, secessione facta a Brenno, in Thraciam iter averterunt. ubi cum resistentibus pugnando, pacem petentibus stipendium imponendo, Byzantium cum pervenissent, aliquamdiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis ejus urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in Asiam transeundi, audientes ex propinquo, quanta ubertas terrae ejus esset, cepit: et, Lyfimachia fraude capta, Chersonesoque omni armis possessa, ad Hellespontum descenderunt. Ibi vero exiguo divisam freto cernentibus Asiam multo magis animi ad transeundum accensi; nuntiosque ad Antipatrum, praefectum ejus orae, de transitu mittebant. quae res cum lentius spe ipsorum traheretur, alia rursus nova inter regulos orta seditio est. Leonorius retro, unde venerat, cum majore parte hominum repetit Byzantium; Lutarus Macedonibus, per speciem legationis ab Antipatro ad speculandum missis, duas tectas naves et tres lembos adimit. his, alios atque alios dies noctesque transvehendo, intra paucos dies omnes copias trajecit. Haud ita multo post Leonorius, adjuvante Nicomede Bithyniae rege, a Byzantio transmisit. Coeunt deinde in unam rursus Galli, et auxilia Nicomedi dant, adversus Zyboetam, partem tenentem Bithyniae, gerenti bellum. Atque eorum maxime opera devictus Zyboeta est, Bithyniaeque omnis in ditionem Nicomedis concessit. Profecti ex Bithynia in Asiam processerunt. non plus ex viginti milibus hominum, quam decem armata erant. tamen tantum terroris omnibus, quae cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt, ut, quas adissent, quasque non adissent, pariter ultimae propinquis imperio parerent. Postremo, cum tres essent gentes, Tolistoboji, Trocmi, Tectosagi, in tres partes, quae cuique populorum suorum vectigalis Asia esset, diviserunt. Trocmis Hellesponti ora data; Tolistoboji Aeolida atque Ioniam, Tectosagi mediterranea Asiae sortiti sunt. et stipendium nota cis Taurum Asia exigebant. Sedem autem ipsi sibi circa Halyn flumen ceperunt. tantusque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna sobole aucta, ut Syriae quoque ad postremum reges stipendium dare non abnuerent. Primus Asiam incolentium abavit Ar-
talus,

talus, pater regis Eumenis: audacique incepto, praeter omnium opinionem, affuit fortuna, et signis collatis superior fuit. non tamen ita infregit animos eorum, ut ablisterent imperio. Eaedem opes usque ad bellum Antiochi cum Romanis manserunt. tum quoque, pulso Antiocho, magnam spem habuerunt, quia procul mari incoerent, Romanum exercitum ad se non perventurum.

XVII. Cum hoc hoste, tam terribili omnibus regionis ejus, quia bellum gerendum erat, pro concione milites maxime in hunc modum allocutus est consul: *Non me praeteris, milites, omnium, quae Asiam colunt, gentium Gallos fama belli praestare. Inter miuissimum genus hominum ferox natio, pervagata bello prope orbem terrarum, sedem cepit. procera corpora, promissae et rutilatae comae, vasta scuta, praelongi gladii: ad hoc canis inuentium proelium, et ululatus, et tripudia, et quiescentium scuta in patrium quendam modum horrendus armorum crepitus: omnia de industria composita ad terrorem. Sed haec, quibus insolita atque insueta sunt, Graeci, et Phryges, et Cares timeant: Romanis, Gallici tumultus assueris, etiam vanitates notae sunt. Semel primo congressu ad Alliam olim fuderunt majores nostros: ex eo tempore per ducentos jam annos pecorum in modum consternatos caedunt fugantque; et plures prope de Gallis triumphis, quam de toto orbe terrarum, acti sunt. Jam usu hoc cognitum est, si primum impetum, quem fervido ingenio et caeca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore et lassitudine membra; labant arma: mollia corpora, molles, ubi ira cessat, animos sol, pulvis, fisis, ut ferrum non admoveas, prosternunt. Non legionibus legiones eorum solum experti sumus, sed vir unus cum viro congregiundo, T. Manlius, M. Valerius, quantum Gallitam rabiem vinceret Romana virtus, docuerunt. Jam M. Manlius unus agmine scandentes in Capitolium Gallos detrusit. Et illis majoribus nostris cum haud dubiis Gallis in terra sua genitis res erat. Hi jam degeneres sunt; mixti, et Gallograeci vere, quod appellatur: sicut infragibus, pecudibusque, non sanum semina ad servandam indolem valent, quantum terrae proprietatis coelique, sub qua*

quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Aegypto, qui Seleuciam ac Babyloniam, quique alias sparsas per orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos, Aegyptios degenerarunt. Massilia, inter Gallos sita, traxit aliquantum ab accolis animorum. Tarentinis quid ex Spartana, dura illa est horrida, disciplina mansit? Generosus in sua quidquid sede gignitur; insitum alienae terrae, in id, quod alitur, natura vertente se, degenerat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis, sicut in acie Antiochi cecidistis, victos victores caedestis. Magis id vereor, ut parum inde gloriae, quam ne nimium belli sit. Attalus eos rex saepe fudit fugavitque. Nolite existimare, belluas tantum recens captas feritatem illam siluestrem primo servare, deinde, cum diu manibus humanis alantur, miscere; in hominum feritate mulcenda non eandem naturam esse. Eosdemne hos creditis esse, qui patres eorum avi que fuerunt? extorres inopia agrorum profecti domo per asperrimam Illyrici oram; Paenoniam inde et Thraciam, pugnando cum ferocissimis gentibus, emensi, has terras ceperunt. Duratos eos ipse malis exasperatosque accepit terra, quae copia rerum omnium saginaret. uberrimo agro, mirissimo coelo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa, cum qua venerant, mansuetata est feritas. Vobis, mehercule, Martis viris, cavenda ac fugienda quamprimum amoenitas est Asiae. tantum haec peregrinae voluptates ad extinguendum vigorem animorum possunt; tantum contagio disciplinae morisque accolarum vellet. Hoc tamen feliciter evenit, quod, sicut vim adversus vos nequaquam, ita famam apud Graecos parem illi antiquis obtinent, cum qua venerunt; bellique gloriam victores eandem inter socios habebitis, quam si servantes antiquum specimen animorum Gallos vicissetis.

XVIII. Concione dimissa, missisque ad Epistognatum legatis, qui unus ex regulis et in Eumenis amicitia manserat, et negaverat Antiocho adversus Romanos auxilia, castra movit. primo die ad Alandrum flumen, postero ad vicum, quem vocant Tycon, ventum. Eo legati Oroandensium cum venissent, amicitiam petentes, ducenta talenta iis sunt imperata; precantibusque, ut do-

mum renuntiarent, potestas facta. Ducere inde exercitum consul ad Plitendum: deinde ad Alyattos castra posita. Eo missi ad Epissognatum redierunt, et legati cum illis reguli orantes, ne Tectosagis bellum inferret. *ipsum in eam gentem isurum Epissognatum, persuasurumque, ut imperata faciant.* Data venia regulo, duci inde exercitus per Axylon (quam vocant) terram coeptus. Ab re nomen habet. non ligni modo quidquam, sed ne spinas quidem, aut ullum aliud alimentum fert ignis. Fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad Caballum, Gallograeciae castellum, castra habentibus Romanis apparuere cum magno tumultu hostium equites. nec turbarunt tantum stationes Romanas, repente invecti; sed quosdam etiam occiderunt. qui tumultus cum in castra perlatus esset, effusus repente omnibus portis equitatus Romanus fudit fugavitque Gallos, et aliquot fugientes occidit. Inde consul, ut qui jam ad hostes perventum cerneret, explorato deinde et cum cura coacto agmine procedebat. et continentibus itineribus cum ad Sangarium flumen pervenisset, pontem, quia vado nusquam transitus erat, facere instituit. Sangarius, ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Tymbröti fluvio. inde major jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, et in Propontidem sese effundit; non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piscium accolis ingentem vim praebet. Transgressis ponte perfecto flumen, praeter ripam euntibus Galli Matris Magnae a Pessinunte occurrere cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine, Deam Romanis viam belli et victoriam dare, imperiumque ejus regionis. Accipere se omen cum dixisset consul, castra eo ipso loco posuit. postero die ad Gordium pervenit. Id haud magnum quidem oppidum est, sed plus, quam mediterraneum, celebre et frequensemporium. tria maria pari ferme distantia intervallo habet, Hellespontum, ad Sinopen, et alterius orae litora, qua Cilices maritimi colunt. multarum magnarumque praeterea gentium fines contingit; quarum commercium in eum maxime locum mutui usus contraxere. id tum desertum fuga incolarum oppidum, refertum idem copia rerum omnium invenerunt. Ibi stativa habentibus legati

gati ab Epollognato venerunt, nuntiantes, *Profectum eum ad regulos Gallorum nihil aequi impetrasse. ex campesribus vicis agrisque frequentes demigrare, et cum conjugibus ac liberis, quae ferre atque agere possint, prae se agentes portantesque Olympum montem petere, ut inde armis locorumque situ sese tueantur.*

XIX. Certiora postea Oroandensium legati attulerunt: *Tolistobojorum civitatem Olympum montem cepisse; diversos Tectosagos alium montem, qui Magaba dicatur, petisse. Trocmos, conjugibus ac liberis apud Tectosagos depositis, armorum agmine Tolistobojois statuisse auxiliium ferre.* Erant autem tunc trium populorum reguli Ortiagon, et Combolomarus, et Gaulotus. Iis haec maxime belli ratio sumendi fuerat, quod, cum montes editissimos ejus regionis tenerent, convectis omnibus, quae ad usum quavis longi temporis sufficerent, taedio se fatigaturos hostem censebant. *Nam neque ausuros per raras ardua atque iniqua loca subire eos: et, si conarentur, vel parva manu prohiberi ac deturbari posse. nec quietos, in radicibus gelidorum montium sedentes, frigus aut inopiam laxuros.* Et cum ipsa altitudo locorum eos tutaretur, fossam quoque et alia munimenta verticibus iis, quos insederant, circumjecere. Minima apparatus missilium telorum cura fuit, quod saxa affatim praebitam asperitatem ipsam locorum credebant.

XX. Consul, quia non cominus pugnam, sed procul locis oppugnandis, futuram praeceperat anuro, ingentem vim pilorum, velitarium hastarum, sagittarum, glandisque, et modicorum, qui funda mitti possent, lapidum paraverat. instructusque missilium apparatu ad Olympum montem ducit, et a quinque ferme millibus locat castra. Postero die cum quadringentis equitibus et Attalo progressum eum, ad naturam montis situmque Gallicorum castrorum visendum, equites hostium, duplex numerus, effuli castris in fugam averterunt. occisi quoque pauci fugientium, vulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exploranda profectus, quia nemo hostium extra munimenta processit, tuto circumvectus mon-

tem, animadvertit, meridiana regione terrenos et placide declivos ad quendam finem colles esse, ad septentrionem arduas et rectas prope rupes; atque, omnibus ferme aliis inviis, itinera tria esse: unum medio monte, qua terrena erant: duo difficilia ab hiberno solis ortu, et ab aestivo occasu. Haec contemplatus, eo die sub ipsis radicibus posuit castra. postero die, sacrificio facto, cum primis hostiis litasset, trifariam exercitum divisum ducere ad hostem pergit. ipse cum maxima parte copiarum, qua aequissimum aditum praebebat mons, ascendit. L. Manhum fratrem ab hiberno ortu, quoad loca patientur, et tuto possit, subire jubet. si qua periculosa et praerupta occurrant, non pugnare cum iniquitate locorum, neque inexsuperabilibus vim afferre; sed obliquo monte ad se declinare, et suo agmini conjungi. C. Helvium cum tertia parte circumire lentim per infima montis, deinde ab aestivo occasu erigere agmen. et Attali auxilia trifariam aequo numero divisit: secum esse ipsum juvenem iussit. equitatum cum elephantis in proxima tumulis planitie reliquit. Edictum praefectis, ut intenti, quid ubique geratur, animadvertant; opemque ferre, quo postulent res, properent.

XXI. Galli, duobus lateribus satis fidentes invia esse, ab ea parte, quae in meridiem vergeret, ut armis clauderent viam, quatuor ferme millia armatorum ad tunulum, imminenti viae minus mille passuum a castris, occupandum mittunt; eo se rati velut castello iter impedituros. Quod ubi Romani viderunt, expediunt sese ad pugnam. ante signa modico intervallo veites eunt, et ab Attalo Creteneses sagittarii, et funditores, et Tralli, et Thraeces: signa peditum, ut per arduum, leni gradu ducuntur, ita prae se habentium scuta, ut missilia tantum vitarent, pede collato non viderentur pugnaturi. Missilibus ex intervallo loci proelium commissum est, prima pars, Gallos loco adjuvante, Romanos varietate et copia telorum. Procedente certamine, nihil jam aequi erat. scuta longa, ceterum ad amplitudinem corporum parum lata, et ea ipsa plana, male tegebant Gallos. Nec jam tela alia habebant, praeter gladios: quorum,

cum manu hostis non consereret, nullus usus erat. Saxis, nec modicis, ut quae non praeparassent, sed quod cuique tenere trepidanti ad manu venisset, ut insueti, nec arte nec viribus adjuvantes ictum, utebantur. sagittis, glande, jaculis incauti ab omni parte confgebantur: nec, quid agerent, ira et pavore occaecatis animis, cernebant: et erant deprehensi genere pugnae, in quod minime apti sunt. Nam quemadmodum cominus, ubi invicem pati et inferre vulnera licet, accendit ira animos eorum; ita, ubi ex occulto et procul levibus telis vulnerantur, nec, quo ruant caeco impetu, habent, velut ferae transixae in suos tenere incurrunt. Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnant, et sunt fusa et candida corpora, ut quae nunquam, nisi in pugna, nudentur: ita et plus sanguinis e multa carne fundebatur, et foediores patebant plagae, et candor corporum magis sanguine atro maculabatur. Sed non tam patentibus plagis moventur. interdum infecta cute, ubi latior, quam altior, plaga est, etiam gloriosius se pugnare putant. Idem, cum aculeus sagittae aut gladius, abditae introrsus, tenui vulnere in speciem urit, et scrutantes, quae vellant, telum non sequitur; tum, in rabiem et pudorem tam parvae perimentis pestis versi, prosternunt corpora humi, sic ut passim procumberent. Alii, ruentes in hostem, undique confgebantur: et, cum cominus venerant, gladiis a velitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet, et in dextra hastas, quibus eminus utitur. gladio Hispaniensi est cinctus. quod si pede collato pugnandum est, translatis in laevam hastis, stringit gladium. Pauci supererant jam Gallorum, qui, postquam ab laevi armatura superatos se viderunt, et instare legionum signa, effusa fuga castra repetunt, pavoris et tumultus jam plena: ut ubi feminae, puerique, et alia imbellis turba permixta esset. Romanos victores deserit fuga hostium acceperunt tunuli.

XXII. Sub idem tempus L. Manlius et C. Helvius, cum, quod viam colles obliqui dederunt, escendissent, postquam ad invia ventum est, flexere iter in partem montis, quae una habebat iter; et sequi consulis agmen,

modico uterque intervallo, velut ex composito, coeperunt: quod primo optimum factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsi. Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximo saepe usui fuerunt: ut, primis forte deturbatis, secundi et tegant pullos, et integri pugnam excipiant. Consul, postquam ad tumulos, ab levi armatura captos, prima signa legionum pervenerunt, respirare et conquirere paulisper militem jubet; simul strata per tumulos corpora Gallorum ostentat: *Et, cum levis armatura tale proelium ediderit, quid ab legionibus, quid ab justis armis, quid ab animis fortissimorum militum expectari? Castra illis capienda esse, in quae compulsus ab levi armatura hostis trepidet.* Praecedere tamen jubet levem armaturam: quae, cum staret agmen, colligendis per tumulos telis, ut missilia sufficerent, haud segne id ipsum tempus consumserat. Jam castris appropinquabant: et Galli, ne parum se munimenta sua tegerent, armati pro vallo constiterant. obruti deinde omni genere telorum, cum, quo plures ac densiores erant, eo minus vani quidquam intercideret teli, intra vallum momento temporis compelluntur, stationibus tantum firmis ad ipsos aditus portarum relictis. In multitudinem, compulsum in castra, vis ingens missilium telorum conjiciebatur: et, vulnerari multos, clamor, permixtus mulierum atque puerorum ploratibus, significabat. In eos, qui portas stationibus suis clauserant, legionum antesignani pila coniecerunt. hi vero non vulnerabantur, sed, transverberatis scutis, plerique inter se conferti haerebant: nec diutius impetum Romano-rum sustinuerunt.

XXIII. Patentibus jam portis, priusquam irrumperent victores, fuga e castris Gallorum in omnes partes facta est. ruunt caeci per vias, per invia: nulla praecipitia saxa, nullae rupes obstant: nihil praeter hostem metuunt. Itaque plerique praecipites per vastam altitudinem prolapsi aut debilitati exanimantur. consul, castris captis, direptione praedaeque abstinet militem: sequi pro se quemque, et instare, et percussis pavorem addere jubet. Supervenit et alterum cum L. Manlio agnens; nec

eos castra intrare sinit. protinus ad persequendos hostes mittit: et ipse paulo post, tradita captivorum custodia tribunis militum, sequitur; debellatum ratus, si in bello pavore quam plurimi caesi forent, aut capti. Egresso consule, C. Helvius cum tertio agmine advenit. nec continere suos a direptione castrorum valuit. praedaeque eorum, iniquissima sorte, qui pugnae non interfuerant, facta est. Equites diu, ignari et pugnae et victoriae suorum, steterunt. deinde et ipsi, quantum equis subire poterant, sparsos fuga Gallos circa radices montis confectati cecidere, aut cepere. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter omnes anfractus montium fugaque et caedes fuit: et magna pars rupibus inviis in profundae altitudinis convalles delapsa est, pars in silvis vepribusque occisa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte scribit, ad quadraginta millia hominum caesa, auctor est: Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo esse solet, non plus decem millia. Numerus captivorum haud dubie millia quadraginta explevit, quia omnis generis aetatisque turbam secum traxerant, demigrantium magis, quam in bellum euntium, modo. Consul, armis hostium in uno concrematis cumulo, ceteram praedam conferre omnes iussit: et aut vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat; aut cum cura, ut quam aequissima esset, per milites divisit. Laudati quoque pro concione omnes sunt, donatique pro merito quisque: ante omnes Attalus, summo ceterorum assensu. nam singularis ejus juvenis cum virtus et industria in omnibus laboribus periculisque, tum modestia etiam fuerat.

XXIV. Supererat bellum integrum cum Tectolagis. Ad eos profectus consul, tertiis castris Ancyram, nobilem in illis locis urbem, pervenit, unde hostes paulo plus decem millia aberant. Ubi cum stativa essent, facinus memorabile a captiva factum est. Ortiagontis reguli uxor forma eximia custodiebatur inter plures captivos, cui custodiae centurio praeerat, et libidinis et avaritiae militaris. Is primo ejus animum tentavit. quem cum abhorrentem a voluntario videret stupro, corpori, quod

quod servum fortuna erat, vim fecit. Deinde, ad leniendam indignitatem injuriae, spem reditus ad suos mulieri facit; et ne eam quidem, ut amans, gratuitam. certo auri pondere pactus, ne quem conscium suorum haberet, ipsi permittit, ut, quem vellet, unum ex captivis nuntium ad suos mitteret. Locum prope flumen constituit; quo duo, ne plus, necessarii captivae cum auro venirent nocte insequenti ad eam accipiendam. Forte ipsius mulieris servus inter captivos ejusdem custodiae erat. hunc nuntium primis tenebris extra stationes centurio educit. Nocte insequenti et duo necessarii mulieris ad constitutum locum, et centurio cum captiva venit. ubi cum auro ostenderent, quod summam talenti Attici (tantum enim pepigerat) expleret; mulier lingua sua, *stringerent ferrum, et centurionem pensantem aurum occiderent*, imperavit. Jugulati praecisum caput ipsa involutum veste ferens, ad virum Ortiagontem, qui ab Olympo domum refugerat, pervenit. quem priusquam complecteretur, caput centurionis ante pedes ejus abiecit: mirantique, cujusnam id caput hominis, aut quod id facinus haudquaquam muliebri esset, et injuriam corporis, et ultionem violatae per vim pudicitiae confessa viro est: aliaque (ut traditur) sanctitate et gravitate vitae, hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conservavit.

XXV. Ad Ancyram in siativa Tectosagum oratores ad consulem venerunt, petentes, ne ante ab Ancyra castra moveret, quam collocutus cum suis regibus esset. nullas conditiones pacis iis non bello fore potiores. Tempus in posterum diem constituitur, locusque qui maxime medius inter castra Gallorum et Ancyram est visus. Quo cum consul ad tempus cum praesidio quingentorum equitum venisset, nec ullo Gallorum ibi viso, regressus in castra esset, oratores iidem redeunt, excusantes, religione objecta venire reges non posse. principes gentis, per quos aequae res transigi posset, venturos. Consul se quoque Attalum missurum dixit. Ad hoc colloquium utrinque ventum est. Trecentos equites Attalus praesidii causa cum adduxisset, jactae sunt pacis conditiones. Fi-

gati ab Epoffognato venerunt, nuntiantes, *Profectum eum ad regulos Gallorum nihil aequi impetrasse. ex campesribus vicis agrisque frequentes demigrare, et cum conjugibus ac liberis, quae ferre atque agere possint, prae se agentes portantesque Olympum montem petere, ut inde armis locorumque situ sese tueantur.*

XIX. Certiora postea Oroandensium legati attulerunt: *Tolistobojorum civitatem Olympum montem cepisse; diverfos Tectosagos alium montem, qui Magaba dicatur, petisse. Trocmos, conjugibus ac liberis apud Tectosagos depositis, armatorum agmine Tolistobojis statuisse auxilium ferre. Erant autem tunc trium populorum reguli Ortiagon, et Combolomarus, et Gaulotus. Iis haec maxime belli ratio sumendi fuerat, quod, cum montes editissimos ejus regionis tenerent, convectis omnibus, quae ad usum quamvis longi temporis sufficerent, taedio le fatigaturos hostem censebant. Nam neque ausuros per tam ardua atque iniqua loca subire eos: et, si conarentur, vel parva manu prohiberi ac desurbari posse. nec quietos, in radicibus gelidorum montium sedentes, frigus at inopiam laxuros. Et cum ipsa altitudo locorum eos tutaretur, fossam quoque et alia munimenta verticibus iis, quos insederant, circumjecere. Minima apparatus missilium telorum cura fuit, quod laxa affatium praebitam asperitatem ipsam locorum credebant.*

XX. Consul, quia non cominus pugnam, sed procul locis oppugnandis, futuram praeceperat animo, ingentem vim pilorum, velitarium hastarum, sagittarum, glandisque, et modicorum, qui funda mitti possent, lapidum paraverat. instructusque missilium apparatu ad Olympum montem ducit, et a quinque ferme millibus locat castra. Postero die cum quadringentis equitibus et Attalo progressum eum, ad naturam montis situmque Gallicorum castrorum visendum, equites hostium, duplex numerus, effusi castris in fugam averterunt. occisi quoque pauci fugientium, vulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exploranda profectus, quia nemo hostium extra munimenta processit, tuto circumvectus mon-

XXVI. Biduum natura montis per se ipsum exploranda, ne quid ignoti esset, absumsit consul. tertio die, cum auspicio operam dedisset, deinde immolasset, in quatuor partes divisas copias educit: duas ut medio monte duceret, duas ab lateribus ut adversus cornua Gallorum erigeret. Hostium quod roboris erat, Tectosagi et Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominum quinquaginta. equitatum (quia equorum nullus inter inaequales rupes usus erat) ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro locaverunt cornu. Ariarathis Cappadoces et Morzi auxiliares in laevo quatuor ferme millium numerum explebant. Consul, sicut in Olympo monte, prima in acie locata levi armatura, telorum omnis generis ut aequae magna vis ad manum esset, curavit. Ubi approquinquarunt, omnia eadem utrinque, quae fuerant in priore proelio, erant, praeter animos, et victoribus ab re secunda auctos, et hostibus fractos: quia, etsi non ipsi victi erant, suae gentis hominum cladem pro sua ducebant. itaque a paribus initiis coepta res eundem exitum habuit. Velut nubes leviam telorum conjecta obruit aciem Gallorum. nec aut procurrere quisquam ab ordinibus suis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant: et frantes, quo densiores erant, hoc plura, velut destinatum petentibus, vulnera accipiebant. Consul, jam per se turbatis si legionum signa ostendisset, versuros extemplo in fugam omnes ratus, receptis inter ordines velutibus et alia turba auxiliorum, aciem promovit.

XXVII. Galli, et memoria Tolitoboiorum cladis territi, et inhaerentia corporibus gerentes tela, fessique et stando et vulneribus, ne primum quidem impetum et clamorem Romanorum tulerunt. Fuga ad castra inclinavit. sed pauci intra munimenta sese recepere: pars major, dextra laevaue praelati, qua quemque impetus tulit, fugerunt. victores, usque ad castra secuti, ceciderunt terga: deinde in castris cupiditate praedae haeserunt, nec sequebatur quisquam. In cornibus Galli diutius steterunt, quia serius ad eos perventum est. ceterum ne primum quidem conjectum telorum tulerunt. Consul,

qui ingressos in castra ab direptione abstrahere non poterat, eos, qui in cornibus fuerant, protinus ad sequendos hostes misit. per aliquantum spatium secuti, non plus tamen octo millia hominum in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderunt: reliqui flumen Halyn trajecerunt. Romanorum magna pars ea nocte in hostium castris mansit; ceteros in sua castra consul reduxit. Postero die captivos praedamque recensuit; quae tanta fuit, quantam avidissima rapiendi gens, cum cis montem Taurum omnia armis per multos tenuisset annos, coacervare potuit. Galli, ex dissipata passim fuga in unum locum congregati, magna pars faucii aut inermes, nudati omnibus rebus, oratores de pace ad consulem miserunt. Eos Manlius Ephesum venire iussit. ipse, (jam enim medium autumnum erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans, victorem exercitum in hiberna maritimae orae reduxit.

XXVIII. Dum haec in Asia geruntur, in ceteris provinciis tranquillae res fuerunt. Censores Romae T. Quintus Flamininus et M. Claudius Marcellus senatum prosegerunt. princeps in senatu tertium lectus P. Scipio Africanus. quatuor soli praeteriti sunt, nemo curuli usus honore. et in equitatu recensendo mitis admodum censura fuit. Substructionem super Aequimaelium in Capitolio, et viam silice sternendam a porta Capena ad Martis locaverunt. Campani, ubi censerentur, senatum consuluerunt. decretum, uti Romae censerentur. Aquae ingentes eo anno fuerunt. Tiberis duodecies campum Martium planaue urbis inundavit. Ab Cn. Manlio consule bello in Asia cum Gallis perfecto, alter consul M. Fulvius, perdomitis Aetolis, cum trajecisset in Cephaleniam, circa civitates insulae milit percontatum, utrum se dedere Romanis, an belli fortunam experiri, mallet? Metus ad omnes valuit, ne deditionem recusarent. obides inde imperatos pro viribus inopis populi, vicenos Nesiotaes, Cranii, Palenses et Samaei dederunt. Insuperata pax Cephaleniae affulserat; cum repente una civitas, incertum quam ob causam, Samaei desciverunt. Quia opportuno loco urbs posita esset, timuisse se aiebant, ne
demi-

demigrare cogerentur ab Romanis. ceterum ipsine sibi eum finxerint metum, et timore vano quietem exnerint, an jactata sermonibus res apud Romanos perlata ad eos sit, nihil comperti est: nili quod, datis jam obsidibus, repente portas clauerunt; et ne suorum quidem precibus (miserat enim sub muros consul ad tentandam misericordiam parentum populariumque) desistere ab incepto voverunt. Oppugnari deinde, postquam nihil pacati respondebatur, coepta urbs est. apparatus omnem tormentorum machinarumque transvectum ab Ambraciae oppugnatione habebat: et opera, quae facienda erant, impigre milites profecerunt. duobus igitur locis admodum arietes quatuebant muros.

XXIX. Nec ab Samaeis quidquam, quo aut opera, aut hostis arceri posset, praetermissum est. duabus tamen maxime resistebant rebus: una, interiorem semper juxta validum pro diruto novum obstruentes murum; altera, eruptionibus subitis, nunc in opera hostium, nunc in stationibus. et plerumque iis proeliis superiores erant. Una ad coercendos inventa haud magna memoratur res est. Centum funditores ab Aegyo et Patris et Dynis acciti. A pueris ii, more quodam gentis, saxi globosis, quibus ferme arenae immixtis strata litora sunt, funda mare apertum incessentes, exercebantur. itaque longius certiusque et validiore ictu, quam Baliaris funditor, eo telo usi sunt. et est non simplicis habentis, ut Baliarica aliarumque gentium funda: sed triplex fontale, crebris futuris duratum, ne fluxa habena volatetur in jactu glans; sed, librata cum sederit, velut nervo missa excutitur. coronas modici circuli magno ex intervallo loci assueti trajicere, non capita solum hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oris. Eae fundae Samaeos cohibuerunt, ne tam crebro, neve tam audacter erumperent: adeo ut precarentur ex muris Achacos, ut parumper abscederent, et se, cum Romanis stationibus pugnantes, quiete spectarent. Quatuor menses obsidionem Sarrae sustinuit. cum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent, aut vulnerarentur, et, qui superarent, fessis et corporibus et animis essent; Romani nocte per arcem,

quam

quam Cyatidem vocant, (nam urbs, in mare devexa, in occidentem vergit) muro superato, in forum pervenerunt. Samaei, postquam captam urbis partem ab hostibus senserunt, cum conjugibus ac liberis in majorem refugerunt arcem. inde postero die dediti, direpta urbe, sub corona omnes venierunt.

XXX. Consul, compositis rebus Cephalleniae, praedidio Samae imposito, in Peloponnesum, jam diu arcesentibus Aegiensibus maxime ac Lacedaemoniis, trajecit. Aegium, a principio Achaici concilii, semper conventus gentis indicti sunt; seu dignitati urbis id, seu loci opportunitati datum est. hunc morem Philopoemen eo primum anno labefactare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus civitatibus, quae Achaici concilii essent, invicem conventus agerentur. et sub adventum consulis, Damiurgis civitatum, qui summus est magistratus, Aegium evocantibus, Philopoemen (praetor tum erat) Argos conventum edixit. quo cum appareret omnes fere conventuros, consul quoque, quanquam Aegiensium favebat causae, Argos venit: ubi cum disceptatio fuisset, et rem inclinatham cerneret, incepto desistit. Lacedaemonii deinde eum in sua certamina averterunt. Sollicitam eam civitatem exsules maxime habebant: quorum magna pars in maritimis Laconicae orae castellis, quae omnis adempta erat, habitabant: id aegre patientes Lacedaemonii, ut aliqua liberum ad mare haberent aditum, si quando Romam aliove quo mitterent legatos, simulque ut emporium et receptaculum peregrinis mercibus ad necessarios usus esset, nocte adorti vicum maritimum, nomine Lan, improviso occupavere. Vicani, quique ibi exsules habitabant, primo inopinata re territi sunt: deinde, sub lucem congregati, levi certamine expulerunt Lacedaemonios. terror tamen omnem maritimam oram pervasit: legatosque communiter, et castella omnia vicique, et exsules, quibus ibi domicilia erant, ad Achaeos miserunt.

XXXI. Philopoemen praetor, jam inde ab initio exsulum causae et amicus, et auctor semper Achaeis minuendi

opes et auctoritatem Lacedaemoniorum, concilium querentibus dedit. decretumque, eo referente, factum est. *Cum in fidem Achaeorum tutelamque T. Quincius ex Romani Laconicae orae castella et vicus tradidissent, et, cum abstinere his ex foedere Lacedaemonii deberent, Las vicus oppugnatus esset, caedesque ibi facta; qui ejus rei auctores affinesque essent, nisi dederentur Achaeis, violatum videri foedus.* Ad exposcendos eos legati extemplo Lacedaemonem missi sunt. Id imperium adeo superbum et indignum Lacedaemoniis visum est, ut, si antiqua civitatis fortuna esset, haud dubie arma extemplo capturi fuerint. maxime autem consternavit eos metus, si senol primis imperiis obediendo jugum accepissent, ne, id quod jam diu moliretur, Philopoemen exsulibus Lacedaemonem traderet. Furentes igitur ira, triginta hominibus ex factione, cum qua consiliorum aliqua societas Philopoemeni atque exsulibus erat, interfectis, decreverunt, renuntiandam societatem Achaicis, legatosque extemplo Cephalleniam mittendos, qui consuli M. Fulvio, quique Romanis Lacedaemonem dederent; orarentque eum, ut veniret in Peloponnesum ad urbem Lacedaemonem in fidem ditionemque populi Romani accipiendam.

XXXII. Id ubi legati ad Achaeos retulerunt, omnium civitatum, quae ejus concilii erant, consensu bellum Lacedaemoniis indictum est. ne extemplo gereretur, hiems impediit. IncurSIONibus tamen parvis, latrocinii magis quam belli modo, non terra tantum, sed etiam navibus a mari fines eorum vastati. Hic tumultus consulem in Peloponnesum adduxit; jussuque ejus Elin concilio indicto, Lacedaemonii ad disceptandum acciti. Magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit. qui consul, cum alia, satis ambitiose partem utramque fovendo, incerta respondisset, una denuntiatione, ut bello abstinerent, donec Romam legatos ad senatum mississent, finem imposuit. Utrunque legatio missa Romam est: exsules quoque Lacedaemoniorum suam causam legationemque Achaeis injunxerunt. Diophanes, et Lycortas, Megalopolitani ambo, principes legationis Achaeco-

rum

XXXV. A concilio, ubi apud consulem inter Achaeos Lacedaemoniosque disceptatum est, M. Fulvius, quia iam in exitu annus erat, comitorum causa profectus Romam, creavit consules M. Valerium Messalam et C. Livium Salinatorem, cum M. Aemilium Lepidum inimicum, eo quoque anno petentem, dejecisset. Praetores inde creati Q. Marcius Philippus, M. Claudius Marcellus, C. Stertinius, C. Atinius, P. Claudius Pulcher, L. Manlius Acidinus. Comitibus perfectis, consulem M. Fulvium in provinciam ad exercitum redire placuit; eique et collegae Cn. Manlio imperium in annum prorogatum est. Eo anno in aedem Herculis signum Dei ipsius ex decemvirorum responso, et sejuges in Capitolio aurati a P. Cornelio politi. consulem dedisse inscriptum est. Et duodecim clypea aurata ab aedilibus curulibus, P. Claudio Pulchro et Ser. Sulpicio Galba, sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt. et aedilis plebis Q. Fulvius Flaccus duo signa aurata, uno reo damnato, (nam separatim accusaverant) posuit. collega ejus A. Caecilius neminem condemnavit. Ludi Romani ter, plebeji quinque toti instaurati. M. Valerius Messalla inde et C. Livius Salinator consulatum idibus Martiis cum inissent, de republica, deque provinciis et exercitibus senatum consuluerunt. De Aetolia et Asia nihil mutatum est. Consulibus, alteri Pisae cum Liguribus, alteri Gallia provincia decreta est. comparare inter se, aut sortiri iussi, et novos exercitus, binas legiones, scribere, et ut socii Latini nominis quindena millia peditum imperarent, et mille et ducentos equites. Messallae Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Praetores inde sortiti sunt. M. Claudio urbana, P. Claudio peregrina jurisdictio evenit. Q. Marcius Siciliam, C. Stertinius Sardiniam, L. Manlius Hispaniam citeriorem, C. Atinius ulteriorem est sortitus.

XXXVI. De exercitibus ita placuit. e Gallia legiones, quae sub C. Laelio fuerant, ad M. Tuccium propraetorem in Bruttios traduci: et, qui in Sicilia esset, dimitti exercitum: et classem, quae ibi esset, Romam reducere M. Sempronium propraetorem. Hispaniis legiones

lingulae, quae tum in iis provinciis erant, decretae: et ut terna millia peditum, ducenos equites ambo praetores in supplementum sociis imperarent, secumque transportarent. Priusquam in provincias novi magistratus proficiscerentur, supplicatio in triduum pro collegio decemviro-
 rum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerant. et novemdiale sacrificium indictum est, quod in Aventino lapidibus pluisset. Campani, cum eos ex senatusconsulto, quod factum erat priore anno, censores Romae cenferi coegissent, (nam antea incertum fuerat, ubi cenferentur) petierunt, ut sibi cives Romanas ducere uxores liceret; et, si qui prius duxissent, ut habere eas; et ante eam diem nati, uti iusti sibi liberi heredesque essent. utraque res impetrata. De Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit, uti iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia non ex auctoritate senatus ferretur, cum intercederent, edocti, populi esse, non senatus jus suffragium, quibus velut, impartiri, desisterunt incepto. Rogatio perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent. atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito censi sunt. M. Claudius Marcellus censor, forte superato T. Quinctio, iustrum condidit. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia trecenta decem et octo. Lustrum perfecto, consules in provincias profecti sunt.

XXXVII. Hieme ea, qua haec Romae gesta sunt, ad Cn. Manlium, consulem primum, deinde pro consule, hibernantem in Asia, legationes undique ex omnibus civitatibus gentibusque, quae cis Taurum montem incolunt, conveniebant. et ut clarior nobiliorque victoria Romanis de rege Antiocho fuit, quam de Gallis; ita laetior sociis erat de Gallis, quam de Antiocho. Tolerabilior regia servitus fuerat, quam feritas immanium barbarorum, incertusque in dies terror, quo velut tempestas eos populantes inferret. itaque, ut quibus libertas

Antiocho pulso, pax, Gallis dominis, data esset, non gratulatum modo venerant, sed coronas etiam aureas, pro suis quaeque facultatibus, attulerant. Et ab Antiocho legati, et ab ipsis Gallis, ut pacis leges dicerentur, et ab Ariarathe rege Cappadocum venerunt, ad veniam petendam, luendamque pecunia noxam, quod auxiliis Antiochum iuisset. Huic sexcenta talenta argenti sunt imperata. Gallis responsum, cum Eumenes rex venisset, tum daturum iis leges. civitatum legationes cum benignis responsis, laetiores etiam quam venerant, dimissae. Antiochi legati pecuniam in Pamphylia, frumentumque ex pacto cum L. Scipione foedere iussi advehere; eo se cum exercitu venturum. Principio deinde veris, lustrato exercitu, profectus, die octavo Apameam venit. ibi triduum stativis habitis, tertiis rursum ab Apamea castris in Pamphylia, quo pecuniam frumentumque regios convehere iusserat, pervenit. mille et quingenta talenta argenti accepta Apameam deportantur. frumentum exercitui dividitur. Inde ab Perga ducit: quae una in locis regio tenebatur praesidio. Appropinquanti praefectus praesidii obvius fuit, triginta dierum tempus petens, ut regem Antiochum de urbe tradenda consulere, dato tempore, ad eam diem praesidio decessum est. A Perga, L. Manlio fratre cum quatuor millibus militum Oroanda, ad reliquum pecuniae ex eo, quod pepigerant, exigendum, missa, ipse, quia Eumenem regem et decem legatos ab Roma Ephesum venisse audierat, iussis sequi Antiochi legatis, Apameam exercitum reduxit.

XXXVIII. Ibi ex decem legatorum sententia foedus in haec verba fere cum Antiocho conscriptum est. *Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus et conditionibus esto. Ne quem exercitum, qui cum populo Romano sociisve bellum gesturus erit, rex per fines regni sui, eorumve, qui sub ditione ejus erunt, transire sinito: neu commeatu, neu qua alii ope juvato. Idem Romani sociisque Antiocho, et iis, qui sub imperio ejus erunt, praestant. Belli gerendi jus Antiocho ne cum iis, qui insulas colunt, neve in Europam transeundi. Excedere urbibus, agris, vicis, castellis cis Taurum montem usque*

ad Tanaim amnem, et a valle Tauri usque ad juga, qua in Lycaoniam vergit. Ne qua arma effertio ex iis oppidis, agris, castellisque, quibus excedat. si qua exulit, quae quoque oportebit, recte restituito. Ne militem, neu quem alium ex regno Eumenis recipito. Si qui earum urbium cives, quae regno abscedunt, cum rege Antiocho intraque fines ejus regni sunt, Apameam omnes ante diem certam redeant. Qui ex regno Antiochi apud Romanos sociosque sunt, iis jus abeundi manendique esto. Servos seu fugitivos, seu bello captos, seu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis sociisque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito et naves longas armamentaque earum: neve plutes, quam decem naves acruarias, (nulla quarum plus quam triginta remis agatur) habeto: neve monerem ex belli causa, quod ipse illaturus orit. Neve navigato citra Calycadnum, neve Sarpedonem, promontoria: extra quam, si qua navis pecuniam, stipendium, aut legatos, aut obsides portabit. Milites mercede conducendi ex iis gentibus, quae sub ditione populi Romani sunt, Antiocho regi jus ne esto: ne voluntarios quidem recipiendi. Rhodiorum sociorumque quae aedes aedificiaque intra fines regni Antiochi sunt, quo jure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum sociorumve sunt. Si quae pecuniae debentur, earum exactio esto. Si quid ablatum est, id conquirendi, cognoscendi, rependendique jus item esto. Si quas urbes, quas tradi oportet, ii tenent, quibus Antiochus dedit, et ex iis praesidia deducito; utique recte tradantur, curato. Argenti prohi duodecim millia Attica talenta dato intra duodecim annos pensionibus aequis, (talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat) et tritici quingenta quadraginta millia modium. Eumeni regi talenta trecenta quinquaginta intra quinquennium dato: et pro frumento, quod aestimatione fiat, talenta centum viginti septem. Obsides Romanis viginti dato, et triennio mutato; ne minores octonum denum annorum, neu majores quinum quadragenam. Si qui sociorum populi Romani uliro bellum inferent Antiocho, vim vi arcendi jus esto; dum ne quam urbem aut belli jure teneat, aut in amicitiam accipiat. Controversias inser se jure ac judicio disceptanto, aut, si

urisque placebis, bello. De Hannibale Poeno, et Aetio Thoante, et Mnasimacho Acarnane, et Chalcidensibus Ebulida et Philone, dedendis, in hoc quoque foedere adscriptum est. et ut, si quid postea addi, demi, mutarive placuisset, ut id salvo foedere fieret.

XXXIX. Consul juravit in hoc foedus. ab rege qui exigerent jusjurandum, profecti Q. Minucius Thermus et L. Manlius, qui tum forte ab Oroandis rediit. et Q. Fabio Labeoni, qui classi praeerat, scripsit, ut Patara extemplo proficisceretur; quaeque ibi naves regiae essent, conideret cremaretque. Profectus ab Epheso, quinquaginta tectas naves aut concidit, aut incendit. Telmisum eadem expeditione, territis subito adventu classis oppidanis, recepit. Ex Lycia protinus, jussis ab Epheso sequi, qui ibi relictis erant, per insulas in Graeciam trajecit. Athenis paucos moratus dies, dum Piraeem ab Epheso naves venirent, totam inde classem in Italiam reduxit. Cn. Manlius cum inter cetera, quae accipienda ab Antiocho erant, elephantos quoque accepisset, donoque Eumeni omnes dedisset; deinde causas civitatum, multis inter novas res turbatis, cognovit. Et Ariarathes rex, parte dimidia pecuniae imperatae, Eumeni beneficio, cui desponderat per eos dies filiam, remissa, in amicitiam est acceptus. Civitatum autem cognitis causis, decem legati aliam aliarum fecerunt conditionem. Quae stipendiariae regi Antiocho fuerant, et cum populo Romano senserant, iis immunitatem dederunt: quae partium Antiochi fuerant, aut stipendiariae Attali regis, eas omnes vectigal pendere Eumeni jusserunt. nominatim praeterea Colophonis, qui in Notio habitant, et Cymaeis, et Mylasenis immunitatem concesserunt. Clazomeniis, super immunitatem, et Drymusam insulam dono dederunt: et Miletiis, quem sacrum appellant, agrum restituerunt: et Thienibus Rhoeteum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria. eadem et Dardanum liberandi causa fuit. Chios quoque, et Smyrnaeos, et Erythraeos, pro singulari fide, quam eo bello praestiterunt, et agro donarunt, et in omni praecipuo honore habuerunt. Phocaeensibus

et ager, quem ante bellum habuerant, redditus; et, ut legibus antiquis uterentur, permissum. Rhodiis affirmata, quae data priore decreto erant; Lycia et Caria datae usque ad Maeandrum amnem, praeter Telmessum. Regi Eumeni. Chersonesum in Europa et Lyfimachiam, castella, vicos, agros, quibus finibus tenerat Antiochus, adjecerunt: in Asia Phrygiam utramque, (alteram ad Hellespontum, majorem alteram vocant) et Mysiam, quam Prusias rex ademerat, ei restituerunt: et Lycaoniam, et Milyada, et Lydiam, et nominatim urbes Tralles, atque Ephesum, et Telmessum. De Pamphylia disceptatum inter Eumenem et Antiochi legatos cum esset; quia pars ejus citra, pars ultra Taurum est, integra res ad senatum rejicitur.

XL. His foederibus decretisque datis, Manlius, cum decem legatis omnique exercitu ad Hellespontum profectus, evocatis eo regulis Gallorum, leges, quibus pacem cum Eumene servarent, dixit: denuntiavitque, ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumque suorum terminis se continerent. Contractis deinde ex omni ornavibus, et Eumenis etiam classe per Athenaeum fratrem regis ab Elaea adducta, copias omnes in Europam trajecit. inde, per Chersonesum modicis itineribus grave praeda omnis generis agmen trahens, Lyfimachiae stativa habuit; ut quam maxime recentibus et integris jumentis Thraciam, per quam iter vulgo horrebant, ingrederetur. Quo profectus est ab Lyfimachia die, ad amnem, Melana quem vocant, inde postero die Cypsela pervenit. a Cypselis via decem millium fere silvestris, angusta, contragosa excipiebat. propter cujus difficultatem itineris in duas partes divisus exercitus. et praecedere una iussa, altera magno intervallo cogere agmen, media impedimenta interposuit: plaustra cum pecunia publica erant, pretiosaque alia praeda. Itaque, cum per saltum iret, Thracum decem haud amplius millia ex quatuor populis, Astii, et Caeni, et Maduateni, et Coreli, ad ipsas angustias viam circumfuderunt. Opinio erat, non sine Philippi regis Macedonum fraude id factum. eum scisse, non alia, quam per Thraciam, redituros Roma-

nos, et quantam pecuniam secum portarent. In primo agmine imperator erat, sollicitus propter iniquitatem locorum. Thraces nihil se moverunt, donec armati transirent. postquam primos superasse angustias viderunt, postremos nondum appropinquantibus, impedimenta et sarcinas invadunt. caesisque custodibus, partim ea, quae in plaustris erant, diripere, partim sub oneribus jumenta abstrahere. Unde postquam clamor primum ad eos, qui, jam ingressi saltum, sequebantur, deinde etiam ad primum agmen est perlatus, utrinque in medium concurrunt, et inordinatum simul pluribus locis proelium confertur. Thraces praeda ipsa impeditis oneribus, et pleurosque (ut ad rapiendum manus vacuas haberent) inermes, ad caedem praebet; Romanos iniquitas locorum, barbaris per calles notos occurrentibus, et latentibus interdum per cavas valles, prodebat, ipsa etiam onera plaustraque, ut fors tulit, his aut illis incommode objecta, pugnantibus impedimento sunt: alibi praedo, alibi praedae vindex cadit. Prout locus iniquus aequusve his aut illis, prout animus pugnantium est, prout numerus, (alii enim pluribus, quam ipsi erant, alii paucioribus, occurrerant) varia pugnae fortuna est. multi utrinque cadunt. Jam nox appetebat, cum proelio excedunt Thraces, non fuga vulnerum aut mortis, sed quia satis praedae habebant.

XLI. Romanorum primum agmen extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit: pars altera ad custodiam impedimentorum medio in saltu, duplici circumdata vallo, mansit. Postero die, prius explorato saltu, quam moverent, primis se conjungunt. In eo proelio, cum et impedimentorum pars et calorum, et milites aliquot, cum passim toto propo saltu pugnaretur, cecidissent, plurimum Q. Minucii Thermi mortis dampni est acceptum, fortis ac strenui viri. Eo die ad Hebrum flumen perventum est. inde Aeniorum fines praeter Apollinis, Zerynthium quem vocant incolae, templum superant. Aliae angustiae circa Tempyra excipiunt, (hoc loco nomen est) nec minus confragosae, quam priores: sed, quia nihil silvestre circa est, ne latebras quidem

dem ad insidiandum praebent. Huc ad eandem spem praedae Thrausi (gens et ipsa Thracum) convenere: sed, quia nudae vallet, procul ut conspicerentur angustias obfidentes, efficiebant, minus terroris tumultusque fuit apud Romanos. quippe etsi iniquo loco, proelio tamen iusto, acie aperta, collatis signis dimicandum erat. Conferti subeuntes cum clamore, impetu facto, primum expulere loco hostes; deinde avertere. fuga inde caedesque, suis ipsos impredientibus angustis, fieri coepta est. Romani victores ad vicum Maronitarum (Saren appellant) posuerunt castra. postero die patenti itinere Priaticus campus eos exceptit; triduumque ibi, frumentum accipientes, manserunt, partim ex agris Maronitarum, conferentibus ipsis, partim ex navibus suis, quae cum omni generis commeatu sequebantur. Ab stativis diei via Apolloniam fuit. hinc per Abderitarum agrum Neapolim perventum est. Hoc omne per Graecorum colonias pacatum iter fuit. reliquum inde per medios Thracas, dies noctesque, etsi non infestum, suspectum tamen, donec in Macedoniam pervenerunt. Mitiores Thracas idem exercitus, cum a Scipione eadem via duceretur, habuerat, nullam ob aliam causam, quam quod praedae minus, quod peteretur, fuerat. Quanquam tum quoque Claudius auctor est, ad quindecim millia Thracum, praecedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidae occurrisse. quadringentos equites fuisse Numidas, paucos elephantos. Mutinis filium per medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse. eundem mox, cum jam Mutines, in medio elephantis collocatis, in cornua equitibus dispositis, manum cum hoste conseruisset, terrorem ab tergo praebuisse. atque inde turbatos equestri velut procella hostes ad peditum agmen non accessisse. Cn. Manlius per Macedoniam in Thessaliam exercitum traduxit. inde per Epirum Apolloniam cum pervenisset, nondum adeo hiberno contempto mari, ut trajicere auderet, Apolloniae hibernavit.

XLII. Exitu prope anni M. Valerius consul ex Liguribus ad magistratus surrogandos Romam venit, nulla memorabili in provincia re gesta, ut ea probabilis moras

causa esset, quod solito serius ad comitia venisset. Comitia consulibus rogandis fuerunt ante diem duodecimum Kalendas Martias. creati M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius. Postero die praetores facti Ap. Claudius Pulcher, Ser. Sulpicius Galba, Q. Terentius Culleo, L. Terentius Massiliota, Q. Fulvius Flaccus, M. Furius Crassipes. Comitibus perfectis, quas provincias praetoribus esse placeret; retulit ad senatum consul. decreverunt duas Romae, juris dicundi causa; duas extra Italiam, Siciliam et Sardiniam; duas in Italia, Tarentum et Galliam. et extemplo, priusquam inirent magistratum, sortiri iussi. Ser. Sulpicius urbanam, Q. Terentius peregrinam est sortitus, L. Terentius Siciliam, Q. Fulvius Sardiniam, Ap. Claudius Tarentum, M. Furius Galliam. Eo anno L. Minucius Myrtilus et L. Manlius, quod legatos Carthaginenses, pulsasse dicebantur, iussu M. Claudii praetoris urbis per faciales traditi sunt legatis, et Carthaginem aucti. In Liguribus magui belli, et gliscentis in dies magis, fama erat. itaque consulibus novis, quo die de provinciis et de republica retulerunt, senatus utrisque Ligures provinciam decrevit. Huic senatus consulto Lepidus consul intercedebat, *Indignum esse praedicans, consules ambos in valles Ligurum includi. M. Fulvium et Cn. Manlium biennium jam, alterum in Europa, alterum in Asia, velut pro Philippo asque Antiocho substitutos, regnare. Si exercitus in his terris esse placeat, consules iis potius, quam privatos, praesse oportere. Vagari eos cum belli terrore per nationes, quibus bellum indiscrum non sit, pacem pretio venditantes. Si eas provincias exercitibus obtinere opus esset; sicut M. Acilio L. Scipio consul, L. Scipioni M. Fulvius et Cn. Manlius successissent consules; ita Fulvio Manlioque C. Livium et M. Valerium consules debuissent succedere. nunc certe, perfecto Aetolico bello, recepta ab Antiocho Asia, devictis Gallis, aut consules ad exercitus consulares mitti, aut reportari legiones inde, reddique tandem reipublicae debere.* Senatus, his auditis, in sententia perseveravit, ut consulibus ambobus Ligures provincia esset: Manlium Fulviumque decedere de provinciis, et exercitus inde deducere, ac redire Romam, placuit.

XLIII. Inimicitiae inter M. Fulvium et M. Aemilium consulem erant: et super cetera Aemilius, serius biennio se consulem factum M. Fulvii opera, ducebat. itaque ad invidiam ei faciendam legatos Ambracienses in senatum, subornatos criminibus, introduxit. Qui sibi, cum in pace essent, imperataque a prioribus consulibus fecissent, et eadem praestare obedienter M. Fulvio parati essent, bellum illarum quaeli, agros primum depopulatos, terrorem direptionis et caedis urbi injectum, ut eo meam claudere cogerentur portas. obsessos inde et oppugnatos se, et omnia exempla belli edita in se, caedibus, incendiis, ruinis, direptione urbis: conjuges, liberos in servitium abstratos: bona ademta: es, quod se ante omnia moveat, astra tota urbe spoliata ornamentis. simulacra Deum, Deos immo ipsos, convulsos ex sedibus suis, ablatos esse; parietes postesque nudatos, quos adorent, ad quos precatur et supplicent, Ambraciensibus superesse. Haec querentes, interrogando criminose ex composito, consul ad plura, velut non sua sponte dicenda, eliciebat. Motis Patribus, alter consul C. Flaminius M. Fulvii causam excepit: qui, veterem et obsoletam viam ingressos Ambracienses, dixit. Sic M. Marcellum a Syracusanis, sic Q. Fulvium a Campanis accusatos. quin eadem opera T. Quincium a Philippo rege, M. Acilium et L. Scipionem ab Antiocho, Cn. Manlium a Gallis, ipsum M. Fulvium ab Aetolis et Cephalleniae populis accusari paterentur. Ambraciam oppugnata et captam, et signa inde ornamentaque ablata, et cetera facta, quae captis urbibus soleant, negotiorum aut me pro M. Fulvio, aut ipsum M. Fulvium censetis, Patres conscripti? qui ob has res gestas triumphum a vobis postulaturus sit; Ambraciam captam, signaque, quae ablata criminantur, et cetera spolia ejus urbis ante currum laturus, et fixurus in postibus suis. Nihil est, quod se ab Aetolis separent. eadem Ambraciensium et Aetolorum causa est. Itaque collega meus vel in alia causa inimicitias exerceat, vel, si in hac usque mavult, retineat Ambracienses suos in adventum M. Fulvii. Ego nec de Ambraciensibus, nec de Aetolis decerni quidquam, absente M. Fulvio, patiar.

XLIV. Cum Aemilius callidam malitiam inimici, velut omnibus notam, insimularet, et tempus eum morando extracturum diceret, ne consule inimico Romam veniret; certamine consulum biduum absumtum est. nec praesente Flaminio decerni quidquam videbatur posse. Captata occasio est, cum aeger forte Flaminius abesset; et, referente Aemilio, senatusconsultum factum est; *Ut Ambraciensibus omnes suae res redderentur: in libertate essent, ac legibus suis uterentur: portoria, quae vellent, terra marique caperent, dum eorum immunes Romani ac socii Latini nominis essent. Signa aliaque ornamenta, quae querebantur ex aedibus sacris sublata esse, de iis, cum M. Fulvius Romam revertisset, placere ad collegium pontificum referri, et, quod ii censuissent, fieri.* Neque his contentus consul fuit, sed postea per infrequentiam adiecit senatusconsultum, *Ambraciam non videri vi captam esse.* Supplicatio inde, ex decemvirorum decreto, pro valetudine populi fuit per triduum, quia gravis pestilentia urbem atque agros vastabat. Latinae inde fuerunt. Quibus religionibus liberati consules, et deletu perfecto, (novis enim uterque maluit uti militibus) in provinciam profecti sunt: veteresque omnes dimiserunt. Post consulum profectionem Cn. Manlius proconsul Romam venit, cui cum ab Ser. Sulpicio praetore senatus ad aedem Bellonae datus esset, et ipse, commemoratis rebus ab se gestis, postulasset, ut ob eas Diis immortalibus honos haberetur, sibi que triumphanti urbem invehi liceret; contradixerunt pars major decem legatorum, qui cum eo fuerant, et ante alios L. Furius Purpureo, et L. Aemilius Paullus.

XLV. Legatos sese Cn. Manlio datos pacis cum Antiocho faciendae causa, foederisque et legum, quae cum L. Scipione inchoatae fuissent, perficiendarum. Cn. Manlium summa ope tentasse, ut eam pacem turbaret, et Antiochum, si sui potestatem fecisset, insidii exciperet: sed illum, cognita fraude consulis, cum saepe colloquiis peritibus captatus esset, non congressum modo, sed conspectum etiam ejus vitasse. Cupientem transire Taurum: aegre omnium legatorum precibus, ne carminibus Sibyllae praedictam

dictam superantibus terminos fatales cladem experiri vellet, recensum admovisse tamen exercitum, et prope ipsius jugis ad divortia aquarum castra posuisse. Cum nullam ibi causam belli inveniret, quiescentibus regiis, circumegisse exercitum ad Gallograecos: cui nationi non ex senatus auctoritate, non populi jussu, bellum illarum. quod quem unquam de sua sententia facere ausum? Antiochi, Philippi, Hannibalis et Poenorum recentissima bella esse. de omnibus his consultum senatum, populum jussisse. saepe legatos ante missos, res repetitas: postremo, qui bellum indicerent, missos. Quid eorum, Cn. Manli, factum est; ut istud publicum populi Romani bellum, et non tuum privatum latrocinium ducamus? At eo ipso contentus fuisti; recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumeras: an et per omnes amfractus viarum, cum ad bivia confisteres, ut, quo flexisset agmen Attalus Eumenis frater, eo consul mercenarius cum exercitu Romano sequereris, Pisdiae, Lycaoniaeque, et Phrygiae recessus omnes atque angulos peragrasti, stipem a tyrannis castellanisque devitiis colligens? Quid enim tibi cum Oroandis? quid cum aliis aequae innoxiiis populis? Bellum autem ipsum, cujus nomine triumphum petis, quo modo gessisti? Loco aequo, tempore tuo pugnavisti? Tu vero recte, ut Diis immortalibus honos habeatur, postulas: primum, quod pro temeritate imperatoris, nullo jure gentium bellum inferentis, poenas luere exercitum noluerunt: deinde, quod belluas, non hostes, nobis objecerunt.

XLVI. Nolite nomen tantum existimare mixtum esse Gallograecorum. multo ante et corpora et animi mixti ac vitiosi sunt. An, si illi Galli essent, cum quibus milites vario eventu in Italia pugnarum est, quantum in impertore nostro fuit, nuntius illinc redisset? Bis cum iis pugnarum est, bis loco iniquo subiit, in valle inferiore pedibus pene hostium aciem subjecit. ut non tela ex superiore loco mitterent, sed corpora sua nuda injicerent, obruere nos poterunt. Quid igitur incidit? Magna fortuna populi Romani est, magnum et terribile nomen. Recentis ruina Hannibalis, Philippi, Antiochi, prope attoniti erant, tantae corporum moles. Fundis sagittisque

in fugam consternati sunt: gladius in acie cruentatus non est Gallico bello: velut avium examina, ad crepitum primum missilium avolavere. At, Hercule, nos iidem, (admonente fortuna, quid, si hostem habuissimus, casurum fuisset) cum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus, caesi, fugasi, exuri impedimentis sumus. Q. Minucius Thermus, in quo haud paulo plus damni factum est, quam si Cn. Manlius, cujus temeritate ea clades inciderat, perisset, cum multis viris fortibus cecidit: exercitus, spolia regis Antiochi referens, trifariam dissipatus, alibi primum, alibi postremum agmen, alibi impedimenta inter vepres in latebris ferarum noctem unam delituit. Pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiaeque foret acceptum, de quibus hostibus triumphum peteres? de iis, ut opinor, quos tibi hostes senatus aut populus Romanus dedisset. Sic huic L. Scipioni, sic illi M. Acilio de rege Antiocho, sic paulo ante T. Quincio de rege Philippo, sic P. Africano de Hannibale, et Poenis, et Syphace, triumphus datus, et minima illa, cum jam senatus censuisset bellum, quaesita tamen sunt, quibus nuntiandum esset: ipsis utique regibus nuntiaretur: an satis esset, ad praesidium aliquod nuntiari? Vultis ergo haec omnia pallui et confundi? tolli fecialia jura? nullos esse feciales? (pace Deum dixerim) jactura religionis: oblivio Deorum capiat pectora vestra. Num senatum quoque de bello consuli non placet? non ad populum ferri, velint, jubeantne cum Gallis bellum geri? Modo certe consules Graeciam atque Asiam volebant. tamen perseverantibus vobis Ligures provinciam decernere, dicto audientes fuerunt. Merito ergo a vobis, prospere bello gesto, triumphum petent, quibus auctoribus gesserunt.

XLVII. Talis oratio Furi et Aemilii fuit. Manlium in hunc maxime modum respondisse accepimus. Tribuni plebis antea solebant triumphum postulantibus adversari, Patres conscripsi. Quibus ego gratiam habeo, quod sem mihi, seu magnitudini rerum gestarum, hoc dederunt, ut non solum silentio comprobarent honorem meum, sed referre etiam, si opus esset, viderentur parati esse.

cum legatis, si Diis placeat, quod consilium dispensandae
 cohonestandaeque victoriae imperatoribus majores dederunt
 nostri, adversarios habeo. L. Furius, L. Acnilius cur-
 rum triumphalem me conscendere prohibent, coronam in-
 signem capiti detrphunt; quos ego, si tribuni me trium-
 phare prohiberent, testes citaturus fui rerum a me gesta-
 rum. Nullius equidem invideo honori, Patres conscripti.
 Vos tribunos plebei nuper, viros fortes ac strenuos, im-
 pedientes Q. Fabii Labeonis triumphum, auctoritate vestra
 deterruistis. triumphavit, quem non bellum injustum ges-
 sisse, sed hostem omnino non vidisse, inimici iactabant.
 Ego, qui cum centum millibus ferocissimorum hostium sig-
 nis collatis toties pugnavi, qui plus quadraginta millia
 hominum cepi aut occidi, qui bina castra eorum expu-
 gnavi, qui citra juga Tauri omnia pacatiora, quam terra
 Italia est, reliqui, non triumpho modo fraudor; sed cau-
 sam apud vos, Patres conscripti, accusantibus meis ipse
 legatis, dico. Duplex eorum, ut animadvertistis, Patres
 conscripti, accusatio fuit. nam, nec gerendum mihi fu-
 isse bellum cum Gallis, et gestum temere atque impruden-
 ter, dixerunt. non erant Galli hostes, sed tu eos pacato-
 res imperata facientes violasti. Non sum postulaturus a
 vobis, Patres conscripti, ut, quae communiter de inma-
 nitate gentis Gallorum, de infestissimo odio in nomen Ro-
 manum scitis, ea de illis quoque, qui Asiam incolunt,
 existimetis Gallis. Remota universae gentis infamia atque
 invidia, per se ipsos aestimate. Utinam rex Eumenes,
 utinam Asiae civitates omnes adessent, et illos potius que-
 rentes, quam me accusantem, audirent! Mittite, aegedum,
 legatos circa omnes Asiae urbes, et quaerite, utra graviori
 servitute, Antiocho ultra Tauri juga emoto, an Gallis
 subactis, liberati sint? quoties agri eorum vastati sint,
 quoties praedae abactae, referant: cum vix redimendi cap-
 sivos copia esset, et maceratas humanas hostias immolatosque
 liberos suos audirent. Stipendium, scitote, pependisse jo-
 cios vestros Gallis: et nunc, liberatos per vos regio impe-
 rio, fuisse pensuros, si a me foret cessatum.

XLVIII. Quo longius Antiochus emotus esset, hoc
 impotentius in Asia Galli dominarentur: et, quidquid
 est,

est terrarum circa Tauri juga, Gallorum imperio, non vestro, adjecissetis. At enim sunt quidem ista vera. etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt: nec ideo populus Romanus his bellum indixit, aut intulit. Equidem aliquid interesse rebar inter id tempus, quo nondum in jure ac ditione vestra Graecia atque Asia erat, ad curandum animadvertendumque, quid in his terris fieret, et hoc, quo finem imperii Romani Taurum montem statuistis, quo libertatem immunitatemve civitatibus datis, quo aliis fines adjicitis, alias agro, mulctatis, aliis vectigal imponitis: regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: curae vestrae censeatis esse, ut pacem terra marique habeant. An, nisi praesidia deduxisset Antiochus, quae quies in suis arcibus erant, non putaretis liberatam Asiam? si Gallorum exercitus effusi vagarentur, rata dona vestra, quae dedistis, regi Eumeni; rata libertas civitatibus esset? Sed quid ego haec ita argumentor; tanquam non acceptum, sed fecerim hostes Gallos? Te, L. Scipio, appello, cujus ego mihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque pariter non frustra ab Diis immortalibus precatus sum; te, P. Scipio, qui legati jus, collegae majestatem, et apud fratrem consulem, et apud exercitum habuisti; sciatisme, in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuisse? videritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris esse videbatur) locatos? pugnaveritis, ut cum hostibus justis? cecideritis? spolia eorum reculeritis? Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum et senatus decreverat, et populus jusserat. sed simul, ut opinor, cum his decreverant jusserantque, qui intra ejus praesidia fuissent. ex quibus, praeter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio, et cum quo nominatim foedus ut fieret, mandaveratis, omnes hostes erant, qui pro Antiocho arma adversus nos tulerunt. In qua causa cum Galli ante omnes fuissent, et reguli quidam, et tyranni; ego tamen et cum aliis, pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi: et Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentavi: es, postquam indomitos atque implacabiles cernebam, tum denum vi atque armis coercendos ratus sum. Nunc, quoniam suscepti

cepti belli purgatum est crimen, gesti reddenda est ratio. in quo considerem equidem causae meae, etiamsi non apud Romanum, sed apud Carthaginiensem senatum agerem; ubi in crucem tolli imperatores dicuntur, si prospero eventu, pravo consilio rem gesserunt. Sed ego in ea civitate, quae ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet, quia nullius calumniae subicit ea, quae Dii comprobaverunt, et in sollemnibus verbis habet, cum supplicationem aut triumphum decernit, Quod bene ac feliciter rempublicam administravit; si nollem, si grave, ac superbum existimarem virtute gloriari; pro felicitate mea exercitusque mei, quod tantam nationem sine ulla militum jactura devicimus, postularer, ut Diis immortalibus honos haberetur, et ipse triumphans in Capitolium ascenderem, unde, votis rite nuncupatis, profectus sum. negaretis hoc mihi cum Diis immortalibus?

XLIX. Iniquo enim loco dimicavi. Dic igitur, quo aequiore potuerim dimicare? Cum montem hostes cepissent, loco munito se tenerent, nempe eundem ad hostes erat, si vincere vellem. Quid? si urbem eo loco haberent, et moenibus se tenerent? nempe oppugnandi erant. Quid? ad Thermopylas acquone loco M. Acilius cum rege Antiocho pugnavit? Quid? Philippum non eodem modo super Aoum amnem juga tenentem montium T. Quinctius dejecit? Equidem adhuc, qualem aut sibi fingant, aut vobis videri velint hostem fuisse, non invenio. Si degenerem et emollitum amoenitate Asiae, quid periculi vel iniquo loco subeuntibus fuit? si timendum et feritate animorum, et robore corporum, huicne tantae victoriae triumphum negatis? Caeca invidia est, Patres conscripti, nec quidquam aliud scit, quam detractare virtutes, corrumpere honores ac praemia earum. mihi, quaeso, ita ignoscatis, Patres conscripti, si longiorem orationem non cupiditas gloriandi de me, sed necessaria criminum defensor fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes, qui angusti erant, et plana ex arduis, et culta ex silvestribus facere potui, et praestare, necubi notis sibi latebris deliscescerent latrones Thraces, ne quid sarcinarum raperetur, ne quod jumentum ex tanto agmine abstraheretur,

ne quis vulneratur, ne ex vulnere vir fortis ac strenuus Q. Minucius moreretur? In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus, haerent. Quod salu iniquo, loco alieno, cum adortus hostis nos esset, duae simul acies primi et novissimi agminis haerentem ad impedimenta nostra exercitum barbarorum circumvenerunt; quod multa millia ipse die, plura multo post dies paucos ceciderunt et ceperunt; hoc, si ipsi tacuerint, vos scituros, cum testis orationis meae totus exercitus sit, non credunt? Si gladium in Asia non strinxissem, si hostem non vidissem; tamen proconsul triumphum in Thracia duobus proeliis merueram. Sed jam dicrum satis est. quin pro eo, quod pluribus verbis vos, quam volui, fatigavi, veniam a vobis petitam impetratamque velim, Patres conscripti.

L. Plus crimina eo die, quam defensio, valuissent, ni altercationem in serum perduxissent. dimittitur senatus in ea opinione, ut negaturus triumphum fuisse videretur. Postero die et cognati amicieque Cn. Manlii summis opibus annisi sunt, et auctoritas seniorum valuit; negantium, exemplum proditum memoriae esse, ut imperator, qui, perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportasset, sine curru et laurea, privatus inhonoratusque, urbem iniret. hic pudor malignitatem vicit, triumphumque frequentes decreverunt. Oppressit deinde mentionem memoriamque omnem contentionis hujus majus et cum majore et clariore viro certamen ortum. P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias auctor est) duo Q. Petillii diem dixerunt. id, prout cujusque ingenium erat, interpretabantur. Alii non tribunos plebis, sed universam civitatem, quae id pati posset, invocabant. *Duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes inventas: Romam ingratiorum; si quidem victa Carthago victum Hannibalem in exilium expulisset, Roma victrix victorem Africanum expellat. Alii, Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit: nihil tam aequandae libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dicere causam. Quid autem tuto cuiquam, verum summam*

republicam, permitti, si ratio non sit reddenda? quæ jus æquum pati non possit, in eum vim haud injustam esse. Haec agitata sermonibus, donec dies dicendae causae venit, nec alius antea quisquam; nec ille ipse Scipio censorum maiore omnis generis hominum frequentia, quam reus illo die, in forum est deductus. Iustus dicere causam, sine ulla criminum mentione orationem adeo magnificam de rebus ab se gestis est exorsus, ut factis constaret, neminem unquam neque melius, neque verius laudatum esse. Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo gesta erant: et aurium fastidium ab erat, quia pro periculo, non in gloriam, referebantur.

LI. Tribuni plebis vetera luxuriae crimina Syracusanorum hibernorum, et Locris Pleminianum tumultum, cum ad fidem praesentium criminum retulissent; suspicionibus magis, quam argumentis, pecuniae captae reum accularunt. *Filium captum sine pretio reddidit, omnibusque aliis rebus Scipionem, tanquam in ejus unius manu pax Romana bellumque esset, ab Antiocho cultum. Dictatorem eum consuli, non legatum, in provincia fuisse: nec ad aliam rem eo profectum, quam ut, id quod Hispaniae, Galliae, Siciliae, Africae jampridem persuasum esset, hoc Graeciae Asiaeque et omnibus ad orientem versis regibus gentibusque appareret; unum hominem caput columenque imperii Romani esse: sub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere: nutum ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse. infamia intactum invidia, qua possunt, urgent. Orationibus in noctem perductis, prodicta dies est. ubi ea venit, tribuni in Rostris prima luce confederunt. Citatus reus magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem ad Rostra subit: silentioque facto, Hoc, inquit, die, tribuni plebis, vosque Quirites, cum Hannibale et Carthaginensibus signis collatis, in Africa bene ac feliciter pugnavi. Itaque, cum hodie litibus et jurgiis superfederi aequum sit, ego hinc exemplo in Capitolium ad Jovem optimum maximum Junonemque et Minervam caeterosque Deos, qui Capitolio atque arci praesident, salutandos ibo: hisque gratias agam, quod mihi et hoc ipsa die, et saepe*

T. Livii Tom. III. Aa alias,

alias, egregie reipublicae gerendae mentem facultatemque dederunt. Vestrum quoque quibus commodum est, ite mecum, Quirites, et orate Deos, ut mei similes principes habeatis. ita, si ab annis septendecim ad senectutem semper vos aetatem meam honoribus vestris antecessis, ego vestros honores rebus gerendis praecessi. Ab rostris in Capitolium ascendit. simul se universa concio avertit, et secuta Scipionem est: adeo, ut postremo scribae viatoresque tribunos relinquerent, nec cum iis, praeter servilem comitatum et praconem, qui reum ex Rostris citabat, quisquam esset. Scipio non in Capitolio modo, sed per totam urbem omnia templa Deum cum populo Romano circumiit. Celebratior is prope dies favore hominum et aestimatione verae magnitudinis ejus fuit, quam quo triumphans de Syphace rege et Carthaginensibus urbem est invectus.

LII. Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni illuxit. post quem cum invidiam et certamina cum tribunis prospiceret, die longiore predicta, in Literninum concessit; certo consilio, ne ad causam dicendam adesset. Major animus et natura erat, ac majori fortunae assuetiorem quam ut reus esse sciret, et submittere se in humilitatem causam dicentium. Ubi dies venit, citarique absens est coeptus, L. Scipio morbum causae esse, cur abesset, excusabat. quam excusationem cum tribuni, qui diem dixerant, non acciperent, et ab eadem superbia non venire ad causam dicendam arguerent, qua iudicium et tribunos plebis et concionem reliquisset; et, quibus jus de se dicendae sententiae et libertatem ademisset, his comitatus, velut captos trahens, triumphum de populo Romano egisset, secessionemque eo die in Capitolium a tribunis plebis fecisset: *Habetis ergo temeritatis illius mercedem. quo duce et auctore nos reliquistis, ab eo ipsi relicti estis. et tantum animorum in dies nobis decrescit, ut, ad quem ante annos septendecim, exercitum et classem habentem, tribunos plebis adilemque mittere in Siciliam ausi sumus, qui prehenderent eum, et Romam reducerent, ad eum privatam ex villa sua extrahendum, ad causam dicendam, mittere non audeamus?* Tribuni plebis, appellati ab L.

Scipione, ita decreverunt, Si morbi causa excusaretur, sibi placere, accipi eam causam, diemque a collegis prodici. Tribunus plebis eo tempore Ti. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiae cum P. Scipione intercedebant. is, cum vetuisset nomen suum decreto collegarum adscribi, tristioremq; omnes sententiam exspectarent, ita decrevit: Cum L. Scipio excuset mortuum esse causae fratri, satis id sibi videri. Se P. Scipionem, priusquam Romam redisset, accusari non passurum. tum quoque, si se appelles, auxilio ei futurum, ne causam dicas. Ad id fastidium rebus gestis, honoribus populi Romani, P. Scipionem D.orum hominumque consensu pervenisse, ut sub Rostris reum stare, et praebere aures adolescentium conviciis, populo Romano magis deforme, quam ipsi, sit.

LIII. Adjecit decreto indignationem: *Sub pedibus vestris stabis, tribuni, dominor ille Africae, Scipio? ideo quatuor nobilissimos duces Paenorum in Hispania, quatuor exercitus fudit fugavitque: ideo Syphacem cepit, Hannibalem devicit, Carthaginem vectigalem vobis fecit, Anriochum (recepit enim fratrem consortem hujus gloriae L. Scipio) ultra Tauri juga emovit, ut duobus Petilliis succumberet, vos de P. Africano palmam pereratis? Nulliusne meritis suis, nullis vestris honoribus unquam in arcem iuram et velut sanctam clari viri perveniens: ubi, si non venerabilis, inviolata saltem senectus eorum confidas? Movit et decretum, et adjecta oratio non ceteros modo, sed ipsos etiam accusatores: et, deliberaturus se, quid sui-juris et officii esset, dixerunt. Senatus deinde, concilio plebis dimisso, haberi est coeptus. ibi gratiae ingentes ab universo ordine, praecipue a consularibus senioribusque, Ti. Graccho actae sunt, quod reipublicam privatis simultatibus potiore habuisset: et Petilli vexati sunt probris, quod splendere aliena invidia voluissent, et spolia ex Africani triumpho peterent. Silentium deinde de Africano fuit. vitam Literni egit sine desiderio arbis. Morientem rure eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt, monumentumque ibi aedificari, ne funus sibi in ingrata patria fieret. Vir memorabilis: bellicis tamen, quam pacis, artibus innotabilior prima pars vitae, quam*

postrema, fuit: quia in juvena: bella assidue gesta; cum senecta res quoque defloruere, nec praebita est materia ingenio. Quid ad primum consulatum secundus, etiam si censuram adjicias? quid Asiatica legatio, et valetudine adversa inutilis, et filii casu deformata, et post reditum necessitate aut subeundi judicii, aut simul cum patria deserendi? Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque majus neque periculosius Romani gessere, unus praecipuam gloriam tulit.

LIV. Morte Africani crevere inimicorum animi, quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui vivo quoque eo allatrare ejus magnitudinem solitus erat: hoc auctore existimantur Petillii et, vivo Africano, rem ingressi, et mortuo rogationem promulgasse. Fuit autem rogatio talis: *Velitis, jubeatis, quaeratur, quae pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho est, quique sub ejus imperio fuerunt; quod ejus in publicum relatum non est, uti de ea re Ser. Sulpicius praetor urbanus ad senatum referat? quem eam rem velis senatus quaerere de iis, qui praetores nunc sunt?* Huic rogationi primo Q. et L. Mummii intercedebant: senatum quaerere de pecunia non relata in publicum, ita ut antea semper factum esset, aequum censebant. Petillii nobilitatem et regnum in senatu Scipionum accusabant. L. Furius Purpureo consularis, qui in decem legatis in Asia fuerat, latius rogandum censebat: non quae ab Antiocho modo pecuniae captae forent, sed quae ab aliis regibus gentibusque, Cn. Manlium inimicis incessens. Et L. Scipio, quem magis pro se, quam adversus legem, dicturum apparebat, dissuasor processit. is post mortem P. Africani fratris, viri omnium fortissimi clarissimique, eam exortam rogationem est conquestus. *Parum enim fuisse, non laudari pro Rostris P. Africanum post mortem, nisi etiam accusaretur. Et Carthaginenses exilio Hannibalis contempnere esse; populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exsatiari, nisi et ipsius fama sepulchri laceretur, et frater insuper, accessio invidiae, macretur.* M. Cato suavit rogationem, (exstat oratio ejus de pecunia regis Antiochi) et Mummios tribunos auctoritate deterruit, ne adversa-

rentur rogationi. Remittentibus ergo his intercessionem, omnes tribus, uti rogassent, jufferunt.

LV. Ser. Sulpicio deinde referente, quem rogatione Petillia quaerere vellent, Q. Terentium Culleonem Patres jufferunt. Ad hunc praetorem, adeo amicum Corneliae familiae, ut, qui Romae mortuum elatumque P. Scipionem (est enim ea quoque fama) tradunt, pileatum, sicut in triumpho ierat, in funere quoque ante lectum illa, memoriae prodiderint, et ad Portam Capenam nullum profecutis funus dedisse, quod ab eo inter alios captivos in Africa ex hostibus receptus esset: aut adeo inimicum eundem, ut propter insignem similitudinem ab ea factione, quae adversa Scipionibus erat, delectus sit potissimum ad quaestionem exercendam; ceterum ad hunc nimis aequum aut iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio; simul et delata et recepta nomina legatorum ejus, A. et L. Hostiliorum Catonum, et C. Furii Aculeonis quaestoris: et, ut omnia contacta societate peculatus viderentur, scribas quoque duo et accensus. L. Hostilius, et scribae, et accensus, priusquam de Scipione iudicium fieret, absoluti sunt: Scipio, et A. Hostilius legatus, et C. Furius damnati: *Quod commodior pax Antiocho daretur, Scipionem sex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepisse, quam in aerarium retuleris: A. Hostilium octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria: Furium quaestorem auri pondo centum triginta, argenti ducenta.* Has ego summas auri et argenti relatas apud Antiatem inveni. in L. Scipione malim equidem librarii mendum, quam mendacium scriptoris, esse in summa auri atque argenti. Similius enim veri est, argenti, quam auri, majus pondus fuisse; et potius quadragies, quam ducenties quadragies, litem aestimatum: eo magis, quod, tantae summae rationem etiam ab ipso P. Scipione requisitam esse in senatu, tradunt: librumque rationis ejus, cum Lucium fratrem asserre jussisset, inspectante senatu suis ipsis manibus conserpisse: indignantem, quod, cum bis millies in aerarium intulisset, quadragies ratio ab se posceretur. ab eadem fiducia animi, cum quaestores pecuniam ex aerario contra legem promere non

est terrarum circa Tauri juga, Gallorum imperio, non vestro, adjecissetis. At enim sunt quidem ista vera. etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt: nec ideo populus Romanus his bellum indixit, aut intulit. Equidem aliquid interesse rebar inter id tempus, quo nondum in jure ac ditione vestra Graecia atque Asia erat, ad curandum animadvertendumque, quid in his terris fieret, et hoc, quo finem imperii Romani Taurum montem stauissetis, quo libertatem immunitatemve civitatibus daretis, quo aliis fines adjicere, alias agro mulcatis, aliis vectigal imponitis: regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: curae vestrae consertis esse, ut pacem terra marique habeant. An, nisi praesidia deduxisset Antiochus, quae quies in suis arcibus erant, non putaretis liberatam Asiam? si Gallorum exercitus effusi vagarentur, rata dona vestra, quae dedistis, regi Eumeni, rata libertas civitatibus esset? Sed quid ego haec ita argumentor; tanquam non acceptum, sed fecerim hostes Gallos? Te, L. Scipio, appello, cujus ego mihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque pariter non frustra ab Diis immortalibus precatus sum; te, P. Scipio, qui legati jus, collegae majestatem, et apud fratrem consulem, et apud exercitum habuisti; sciatiscne, in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuisse? videritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris esse videbatur) locatos? pugnaveritis, ut cum hostibus justis? cecideritis? spolia eorum retuleritis? Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum et senatus decreverat, et populus jusserat. sed simul, et opinor, cum his decreverant jusserantque, qui intra ejus praesidia fuissent. ex quibus, praeter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio, et cum quo nominatim foedus ut fieret, mandaveratis; omnes hostes erant, qui pro Antiocho arma adversus nos tulerunt. In qua causa cum Galli ante omnes fuissent, et reguli quidam, et tyranni; ego tamen et cum aliis, pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi: et Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentavi: et, postquam indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coercendos ratus sum. Nunc, quoniam sus-

cepit

cepti belli purgatum est crimen, gesti reddenda est rati. in quo considerem equidem causae meae, etiamsi non apud Romanum, sed apud Carthaginiensem senatum agerem; ubi in crucem tolli imperatores dicuntur, si prospero eventu, pravo consilio rem gesserunt. Sed ego in ea civitate, quae ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet, quia nullius calumniae subjicit ea, quae Dii comprobaverunt, et in sollemnibus verbis habet, cum supplicationem aut triumphum decernit, Quod bene ac feliciter rempublicam administrarit; si nollem, si grave, ac superbum existimarem virtute gloriari; pro felicitate mea exercitusque mei, quod tantam nationem sine ulla militum jactura devicimus, postularem, ut Diis immortalibus honos, haberetur, et ipse triumphans in Capitolium ascenderem, unde, votis rite nuncupatis, profectus sum. negareis hoc mihi cum Diis immortalibus?

XLIX. Iniquo enim loco dimicavi. Dic igitur, quo aequiore potuerim dimicare? Cum montem hostes cepissent, loco munito se tenerent, nempe eundum ad hostes erat, si vincere vellem. Quid? si urbem eo loco haberent, et moenibus se tenerent? nempe oppugnandi erant. Quid? ad Thermopylas acquone loco M. Acilius cum rege Antiocho pugnavit? Quid? Philippum non eodem modo super Aoum annem juga tenentem montium T. Quinctius dejecit? Equidem adhuc, qualem aut sibi fingant, aut vobis videri velint hostem fuisse, non invenio. Si degenerem et emollicum amoenitate Asiae, quid periculi vel iniquo loco subeuntibus fuit? si timendum et feritate animorum, et robore corporum, huicne tantae victoriae triumphum negatis? Caeca invidia est, Patres conscripti, nec quidquam aliud scit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores ac praemia earum. mihi, quaeso, ita ignoscatis, Patres conscripti, si longiorem orationem non cupiditas gloriandi de me, sed necessaria criminum defensio fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes, qui angusti erant, et plana ex arduis, et culta ex silvestribus facere potui, et praestare, necubi notis sibi latebris delisescerent latrones Thraces, ne quid sarcinarum raperetur, ne quod jumentum ex tanto agmine abstraheretur,

huit plenam veris decoribus, non communiter modo Corneliae gentis, sed propriae familiae suae. Parentes suos et P. Africani ac L. Scipionis, qui in carcerem ducerentur, fuisse Cn. et P. Scipiones, clarissimos viros. Eos, cum per aliquot annos in terra Hispania, adversus multos Poenorum Hispanorumque et duces et exercitus, nominis Romani famam auxissent, non bello solum, sed quod Romanae temperantiae fideique specimen illis gentibus dedissent, ad extremum ambo pro republica morte occubuisse. cum illorum veteri gloriam posteris satis esset, P. Africanum tantum paternas superavisse laudes, ut fidem fecerit, non sanguine humano, sed stirpe divina satum se esse. L. Scipionem, de quo agatur, (ut quae in Hispania, quae in Africa, cum legatus fratris esset, gessisset, praetereantur) consulem et ab senatu dignum visum, cui extra sortem Asia provincia et bellum cum Antiocho rege decerneretur; et a fratre, cui post duos consulatus censuramque et triumphum legatus in Asiam iret. Ibi, ne magnitudo et splendor legati laudibus consulis officeres, forte ita incidisse, ut, quo die ad Magnesium signis collatis L. Scipio Antiochum devicisset, aeger P. Scipio Elaeae dierum aliquot via abesset. Non fuisse minorem eum exercitum, quam Hannibalis, cum quo in Africa esset pugnatum. Hannibalem eundem fuisse inter multos alios regios duces, qui imperator Punici belli fuerit. Et bellum quidem ita gestum esse, ut ne fortunam quidem quisquam criminari possit. In pace crimen quaeri eam dici venisse. Hic decem legatos simul argui, quorum ex consilio data pax esset. quin existisse ex decem legatis, qui Cn. Manlium accusarent: tamen non modo ad criminis fidem, sed ne ad moram quidem triumphi eam accusationem valuisse.

LIX. At, Hercule, in Scipione ipsas leges pacis, ut nimium accommodatas Antiocho, suspectas esse. integrum enim ei regnum relictum: omnia possidere eum victum, quae ante bellum ejus fuerint: auri et argenti cum vim magnam habuisset, nihil in publicum relatum, omne in privatum versum. An non praeter omnium oculos tantum auri argenti in triumpho L. Scipionis, quantum non decem aliis triumphis, si omnia in unum conferatur, sit latum?

datum? Nam quid de finibus regni dicam? Asiam omnem et proxima Europae tenuisse Antiochum? Ea quanta regio orbis terrarum sit, a Tauro monte in Aegaeum usque prominens mare, quot non urbes modo, sed gentes amplectatur, omnes scire. Hanc regionem, dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem, usque ad Tauri montis juga Antiocho ademptam, expulso in ultimum angulum orbis terrarum. Quid, si gratuita pax esset, plus adimi ei potuisse? Philippo victo Macedoniam, Nabidi Lacedaemonem relictam, nec Quinctio crimen quaesitum: non enim habuisse cum Africanum fratrem: cujus cum gloria prodesse L. Scipioni debisset, invidiam nocuisse. Tantum auri argentique iudicatum esse in domum L. Scipionis illarum, quantum, venditis omnibus bonis, redigi non posset. Id ubi ergo esse regium aurum? ubi tot hereditates acceptas? In domo, quam sumtus non exhausserint, exstare debuisse novae fortunae cumulum. At enim, quod ex bonis redigi non possit, ex corpore et tergo per vexationem et contumelias L. Scipionis petituros inimicos: ut in carcerem inter fures nocturnos et latrones vir clarissimus includatur, et in robore et tenebris expiret: deinde nudus ante carcerem projiciatur. Non id Corneliae magis familiae, quam urbi Romanae, fore erubescendum.

LX. Adversus ea Terentius praetor rogationem Petilliam, et senatusconsultum, et iudicium de L. Scipione factum recitavit: se, ni referatur pecunia in publicum, quae iudicata sit, nihil habere, quod faciat, nisi ut prehendi damnatum, et in vincula duci jubeat. Tribuni cum in consilium secessissent, paulo post C. Fannius ex sua collegarumque aliorum, praeter Gracchum, sententia pronuntiavit, praetori non intercedere tribunos, quo minus sua potestate utatur. Ti. Graechus ita decrevit: Quo minus ex bonis L. Scipionis, quod iudicatum sit, redigatur, se non intercedere praetori. L. Scipionem (qui regem opulentissimum orbis terrarum devicerit, imperium populi Romani propagaverit in ultimos terrarum fines, regem Eumenem, Rhodios, alias tot urbes Asiae devinxerit populi Romani beneficiis, plurimos duces hostium in

triumpho ductos carcere incluserit) non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem in carcere et in vinculis esse, mittique eum se jubere. Tanto assensu auditum est decretum, adeo dimissum L. Scipionem laeti homines viderunt, ut vix in eadem civitate videretur factum iudicium. In bona deinde L. Scipionis possessum publice quaestores praetor misit. neque in iis modo vestigium ullum comparuit pecuniae regiae, sed nequaquam tantum redactum est, quantae summae damnatus fuerat. Collata pecunia a cognatis amicisque et clientibus est L. Scipioni; ut, si acciperet eam, locupletior aliquanto esset, quam ante calamitatem fuerat. Nihil accepit. quae necessaria ad cultum erant, redempta ei a proximis cognatis sunt. Verteratque Scipionum invidia in praetorem, et consilium ejus, et accusatores.

EPITOME LIBRI XXXIX.

M. Aemilius consul, Liguribus subactis, viam a Placentia usque Ariminum perduciam Flaminiae junxit. Initia luxuriae, introducta ab exercitu Asiatico, referuntur. Ligures, quicumque circa Apeninum erant, subacti sunt. Bacchanalia, sacrum Graecum, et quidem nocturnum, scelorum omnium seminarium, cum ad ingentis turbae conjurationem pervenisset, a consule investigatum, et multorum poena subactum est. A censoribus L. Valerio Flacco et M. Porcio Catoe, et belli et pacis artibus maximo, motus est senatu L. Quinctius Flaminius, T. Quinctii frater, eo quod, cum Galliam provinciam consul obtinuerat, rogatus in convivio a Philippo Poeno, quem amabat, scorto nobili, Gallum quendam sua manu occiderat: sine, ut quidam tradiderunt, unum ex damnatis securi percussisset, rogatus a meretrice Placentina, cujus amore deperibat. Exstat in eum M. Catoe oratio. Scipio Liverti decessit. Et, tanquam jungeret fortuna circa idem tempus duo funera maximorum virorum, Hannibal, & Praesia

Prusia Bithyniae rege, ad quem, victo Antiocho, confugerat, cum dederetur Romanis, qui ad exposcendum illum T. Quinctium Flaminium miserant, veneno sibi mortem conscivit. Philopoemen quoque, du x Achaeorum, vir maximus, a Messeniis interemptus veneno, cum ab iis bello captus esset. Coloniae Potensia, et Pisaurum, et Mutina, et Parma deducuae sunt. Praeterea res adversus Celsiberos prospere gestas, et initia causasque belli Macedonici continet; cujus origo inde fluxit, quod Philippus aegre ferebat, regnum suum imminui a Romanis, et quod cogebatur, a Thracibus aliisque locis praefidia deducere.

LIBER XXXIX.

I. Dum haec (si modo hoc anno acta sunt) Romae aguntur, consules ambo in Liguribus gerebant bellum. Is hostis velut natus ad continendam iter magnorum intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam erat: nec alia provincia militem magis ad virtutem acuebat. Nam Asia, et amoenitate urbium, et copia terrestrium maritimarumque rerum, et mollitia hostium regisque opibus, ditiores, quam fortiores, exercitus faciebat. praecipue sub imperio Cn. Manlii solute ac negligenter habiti sunt. itaque asperius paulo iter in Thracia, et exercitator hostis magna clade eos castigavit. In Liguribus omnia erant, quae militem excitarent: loca montana et aspera, quae et ipsis capere labor erat, et ex praeoccupatis dejicere hostem: itinera ardua, angusta, infesta insidiis: hostis levis, et velox, et repentinus, qui nullum usquam tempus, nullum locum quietum aut securum esse sineret: oppugnatio necessaria in unitorum castellorum, laboriosa simul periculosaque: inops regio, quae parsimonia adstringeret milites, praeterea haud multum praerberet. Itaque non lixa sequebatur, non juvenitorum longus ordo agmen extendebat: nihil, praeterea arma et viros omnem spem in armis habentes, erat. Nec deerat unquam cum iis vel materia belli, vel causa; quia propter domesticam inopiam vicinos agros incur sabant. nec tamen in discrimen summæ rerum pugnabat ut.

II. C. Flaminius consul, cum Friniatibus Liguribus in agro eorum pluribus proeliis secundis factis, in deditionem gentem accepit, et arma ademit: ea quia non sincera fide tradebant, cum castigarentur, relicti vicis in montem Auginum confugerunt. confestum secutus est consul. Ceteri effusi rursus, et pars maxima inermes, per inuia et rupes deruptas praecipitantes fugerunt, qua sequi hostis non posset. ita trans Apenninum abierunt. qui castris se tenuerant, circumfessi expugnati sunt. Inde trans Apenninum ductae legiones. Ibi montis, quem ceperant, altitudine paulisper se tutati, mox in deditionem concesserunt. tum conquesta cum intentione cura arma, et omnia adempta. Translatum deinde ad Apuanos Ligures bellum; qui in agrum Pisanum Bononiensemque ita incurserant, ut coli non posset. His quoque perdomitis, consul pacem dedit finitimis. et, quia, a bello quietata ut esset provincia, effecerat, ne in otio militem haberet, viam a Bononia perduxit Arretium. M. Aemilius alter consul agros Ligurum vicosque, qui in campis aut vallibus erant, ipsis montes duos Basilicam Suis montiumque tenentibus, deussit depopulatusque est. deinde eos, qui in montibus erant, adortus, primo levibus proeliis fatigavit: postremo coactos in aciem descendere iusto proelio devicit: in quo et aedem Dianae vovit. Subactis cis Apenninum omnibus, tum transmontanos adortus (in his et Friniates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius) omnes Aemilius subegit, armaque ademit, et de montibus in campos multitudinem duxit. Pacatis Liguribus, in agrum Gallicum exercitum duxit; viamque ab Placentia, ut Flaminiae committeret, Ariminum perduxit. Proelio ultimo, quo cum Liguribus signis collatis confixit, aedem Junoni Reginae vovit. Haec in Liguribus eo anno gesta.

III. In Gallia M. Furius praetor in fontibus Cenomanis, in pace speciem belli quaerens, ademerat arma. Id Cenomani conquesti Romae apud senatum, rejectique ad consulem Aemilium, cui, ut cognosceret statueretque, senatus permiserat, magno certamine cum praetore habito, tenuerunt causam. arma reddere Cenomanis; decedere

dere provincia praetor iussus. Legatis deinde sociorum Latini nominis, qui toto undique ex Latio frequentes convenerant, senatus datus est. his querentibus, magnam multitudinem civium suorum Romam commigrasse, et ibi cenfos esse, Q. Terentio Culleoni praetori negotium datum est, ut eos conquireret, et, quem C. Claudio, M. Livio censoribus, postve eos censores, ipsum parentemve ejus apud se censum esse, probassent socii, ut redire eo cogeret, ubi censi essent. Hac conquestione duodecim millia Latinorum domos redierunt, jam tum multitudine alienigenarum urbem onerante.

IV. Priusquam consules redirent Romam, M. Fulvius proconsul ex Aetolia rediit. isque, ad aedem Apollinis in senatu cum de rebus in Aetolia Cephalleniaque ab se gestis disseruisset, petiit a Patribus, ut aequum censerent, ob rempublicam bene ac feliciter gestam, et Diis immortalibus honorem haberi jubere, et sibi triumphum decernere. M. Aburius tribunus plebis, si quid de ea re ante M. Aemilii consulis adventum decerneretur, intercessurum se ostendit: *eum contradicere velle, proficiscentem in provinciam ita sibi mandasse, ut ea disceptatio integra in adventum suum servaretur. Fulvium temporis jacturam facere. senatum etiam praesente consule, quod vellet, decreturum.* M. Fulvius: *Si aut simulas M. Aemilii secum ignota hominibus esset, aut quatenus eas inimicitias impotenti ac prope regia ira exerceret; tamen non fuisse ferendum, absentem consulem et Deorum immortalium honori obstare, et meritum debitumque triumphum morari: imperatorem, rebus egregie gestis, victoremque exercitum cum praeda ac captivis ante portas stare, donec consuli, ob hoc ipsum moranti, redire Romam libitum esset. Verum enimvero, cum sint nobilissimae sibi cum consule inimicitiae, quid ab eo quemquam posse aequi expectare, qui per infrequentiam furtim senatusconsultum factum ad aerarium detulerit, Ambraciam non videri vi captam; quae aggere ac vineis oppugnata sit; ubi, incensis operibus, alia de integro facta sint; ubi circa muros supra subterque terram per dies quindocim pugnatum; ubi a prima luce, cum jam trans-*

scen.

scendisset muros miles, usque ad noctem diu anceps prolium tenueris; tibi plus tria millia hostium sint caesa. Jam de Deorum immortalium templis, spoliatis in capta urbe, qualem calumniam ad pontifices astuleris? Nisi Syracusarum ceterarumque captarum civitatum ornamentis urbem exornari fas fuerit, in Ambraciam unam captam non valerit belli jus. Se et Patres conscriptos orare, et ab tribunis petere, ne se superbissimo inimico ludibrio esse fiant.

V. Undique omnes, alii deprecari tribunum, alii castigare. Ti. Graechi collegae plurimum oratio movit: *Ne suas quidem simultates pro magistratu exercere boni exempli esse; alienarum vero simultatum tribunum plebis cognitorem fieri, turpe et indignum collegii ejus potestate et sacris legibus esse. Suo quemque judicio et homines odisse aut diligere, et res probare aut improbare debere; non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alieni momenti animi circumagi, ad stipularique irato consuli tribunum plebei: et, quid privatim M. Aemilius mandaverit, meminisse; tribunatum sibi a populo Romano mandatum obtinuisse; et mandatum pro auxilio ac libertate privatorum, non pro consulari regno. Ne hoc quidem cernere eum, fore, ut memoriae ac posteritati mandetur, ejusdem collegii alterum e duobus tribunis plebis suas inimicitias remississe reipublicae, alterum alienas et mandatas exercuisse.* His victus castigationibus tribunus, cum templo expellisset, referente Ser. Sulpicio praetore, triumphus M. Fulvio est decretus. Is cum gratias Patribus conscriptis egisset, adjecit: *Ludos magnos se Jovi optimo maximo eo die, quo Ambraciam cepisset, vovisse. in eam rem sibi centum pondo auri a civitatibus collatum. Petere, ut ex ea pecunia, quam in triumpho latam in avario positurus esset, id aurum secerni juberent.* Senatus pontificum collegium consuli iussit, num omne id aurum in ludos consumi necessum esset? Cum pontifices negassent, ad religionem pertinere, quanta impensa in ludos fieret; senatus Fulvio, quantum impenderet, permittit, dum ne summam octoginta millium excederet. Triumphare mense Januario statuerat: sed cura nullifera.

con-

consulem M. Aemilium, literis Aburii tribuni plebis acceptis de remissa intercessione, ipsum ad impediendum triumphum Romam venientem, aegrum in via substitisse, ne plus in triumpho certaminum, quam in bello, haberet, praetulit triumphi diem, triumphavit ante diem decimum Kalendas Januarias de Aetolis, et de Cephallenia. Auræae coronae, centum duodecim pondo, ante currum latae sunt: argenti pondo millia octoginta tria: auri pondo ducenta quadraginta tria; tetradrachmum Atticum centum octodecim millia: Philippei nummi duodecim millia quadringenti viginti duo: signa aenea ducenta octoginta quinque: signa marmorea ducenta triginta: arma, tela, cetera spolia hostium, magnus numerus. ad hoc catapultae, ballistae, tormenta omnis generis: duces, aut Aetoli et Cephallenes, aut regii ab Antiocho ibi relictis, ad septem et viginti. Multos eo die, priusquam in urbem invehetur, in circo Flaminio tribunos, praefectos, equites, centuriones, Romanos sociosque, donis militaribus donavit. militibus ex praeda vicos quinos denarios divisit, duplex centurioni, triplex equiti.

VI. Jam consularium comitiorum appetebat tempus; quibus quia M. Aemilius, cujus fortis ea cura erat, occurrere non potuit, C. Flaminius Romam venit. ab eo creati consules Sp. Postumius Albinus, Q. Marcius Philippus. Praetores inde facti T. Maenius, P. Cornelius Sulla, C. Calpurnius Piso, M. Licinius Lucullus, C. Aurelius Scaurus, L. Quinctius Crispinus. Extremo anni, magistratibus jam creatis, ante diem tertium Nonas Martias Cn. Manlius Vulso de Gallis, qui Asiam incolunt, triumphavit. serius ei triumphandi causa fuit, ne, Q. Terentio Culleone praetore, causam lege Petillia diceret, et incendio alieni iudicii, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret; eo infensioribus in se, quam in illum, iudicibus, quod disciplinam militarem, severae ab eo conservatae, successor ipse omni genere licentiae corruerat. Neque ea sola infamiae erant, quae in provincia procul ab oculis facta narrabantur: sed ea etiam magis, quae in militibus ejus quotidie conspiciuntur.

Luxu-

Luxuriae enim peregrinae origo ab exercitu Asiatico in-
vecta in urbem est. ii primum lectos aëratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, et alia textilia, et, quae tum magnificae suppellectilis habebantur, monopodia et abacos Romam advexerunt. tunc paltriae sambucistriaeque, et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis: epulae quoque ipsae et cura et sumtu majore apparari coeptae: tum coquus, vilissimum antiquis mancipium et aestimatione et usu, in pretio esse; et, quod ministerium fuerat, ars haberi coepta. vix tamen illa, quae tum conspiciebantur, semina erant futurae luxuriae.

VII. In triumpho tulit Cn. Manlius coronas aureas, ducentas duodecim pondo: argenti pondo ducenta viginti millia: auri pondo duo millia centum tres: tetradrachmum Atticum centum viginti septem millia: cistophorum ducenta quinquaginta: Philippeorum aureorum nummorum sedecim millia trecentos viginti: et arma spoliaque multa Gallica, carpentis transvecta. duces hostium duo et quinquaginta ducti ante currum. militibus quadragenos binos denarios divisit, duplex centurioni; et stipendium duplex in pedites dedit, triplex in equites. Multi omnium ordinum, donati militaribus donis, currum secuti sunt. carminaque a militibus ea in imperatorem dicta, ut facile appareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici; triumphum esse militari magis favore, quam populari, celebrem. Sed ad populi quoque gratiam conciliandam amici Manlii valuerunt. quibus annitentibus senatusconsultum factum est, *Ut ex pecunia, quae in triumpho translata esset, stipendium, collarum a populo in publicum, quod ejus solum antea non esset, solveretur.* Vicenos quinos et semisses in millia aeris quaestores urbani cum fide et cura solverunt. Per idem tempus tribuni militum duo ex duabus Hispaniis cum literis C. Atinii et L. Manlii, qui eas provincias obtinebant, venerunt. Ex iis literis cognitum est, Celtiberos Lusitanosque in armis esse, et sociorum agros populari. de ea re consultationem integram senatus ad novos magistratus rejecit. Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Postumius Albinus faciebant, malus

malus in circo instabilis in lignum Pollentiae procidit, atque id dejecit. ea religione moti Patres, et diem unum adjiciendum ludorum celebritati censuerunt, et signa duo pro uno reponenda, et novum auratum faciendum. Et plebeji ludi ab aedilibus C. Sempronio Blaeso et M. Furio Lusco diem unum instaurati sunt.

VIII. Insequens annus Sp. Postumium Albinum et Q. Marcium Philippum consules ab exercitu bellorumque et provinciarum cura ad intestinae conjurationis vindictam avertit. Praetores provincias sortiti sunt, T. Maenius urbanam, M. Licinius Lucullus inter cives et peregrinos, C. Aurelius Caelius Sardiniam, P. Cornelius Sulla Siciliam, L. Quinctius Crispinus Hispaniam interioriorem, C. Calpurnius Piso Hispaniam ulteriorem. Consulibus ambobus quaestio de clandestinis conjurationibus decreta est. Graecus ignobilis in Etruriam primum venit nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumque cultum nobis eruditissima omnium gens in-
vexit, sacrificulus et vates: nec is, qui aperta religione, propalam et quaestum et disciplinam profitendo, animos horrore inbueret, sed occultorum et nocturnorum antistes sacrorum. Initia erant, quae primo paucis tradita sunt: deinde vulgari coepta sunt per viros mulieresque. additae voluptates religioni vini et epularum, quo plurimum animi illicerentur. Cum vinum animos, et nox et mixti feminis mares, aetatis tenerae majoribus, discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelae primum omnis generis fieri coepit, cum ad id quisque, quo natura pronioris libidinis esset, paratam voluptatem haberet. Nec unum genus noxae, supra promiscua ingeniorum feminarumque, erant: sed falsi testes, falsa signa testimoniaque et indicia ex eadem officina exhibant. Venena indidem intestinaeque caedes: ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam extarent. Multa dolo, pleraque per vim audebantur. occubebat vim, quod prae: ululatus, tympanorumque et cymbalorum strepitu, nulla vox quiritantium inter supra et caedes exaudiri poterat.

IX. Hujus mali labes ex Etruria Romam, velut contagione morbi, penetravit. primo urbis magnitudo pacior patientiorque talium malorum ea celavit: tandem indicium hoc maxime modo ad Postumium consultum pervenit. P. Aebutius, cujus pater publico equo pendia fecerat, pupillus relictus, mortuus deinde tutibus, sub tutela Duroniae matris et virrici T. Sempronii Rutili educatus fuerat. Et mater dedita viro erat; et virricus, quia tutelam ita gesserat, ut rationem reddere non posset, aut tolli pupillum, aut obnoxium sibi vitulo aliquo fieri cupiebat. via una corruptelae Bacchanalia erant. Mater adolescentulum appellat, *Se pro argeo vovisse, ubi primum convalesceret, Bacchis cum se iuveturam, damnatam voti, Deum benignitate, exsolvere velle. Decem dierum castimonia opus esse, decimo coenatum, deinde pure lautum in sacrum deducendum.* Scortum nobile libertina Hispala Fecenia, non digna quaestu, cui ancillula assuerat, etiam postquam matris missa erat, eodem se genere tuebatur. Hinc consuetudo juxta viciniam cum Aebutio fuit, minime adolescentis aut rei aut famae damnosa: ultro enim amatus appetitusque erat: et, maligne omnia praebentibus suis, in reticulae munificentia sustinebatur. Quin eo processu consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia nullius manu erat, tutore a tribunis et praetore petente cum testamentum faceret, unum Aebutium instituit heredem.

X. Haec amoris pignora cum essent, nec quidquam secretum alter ab altero haberent, per jocum adolescentula vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubisset. *ligionis se causa, ut voto pro valetudine sua facto liberetur, Bacchis iniuriari velle.* Id ubi mulier audivit, perturbata, *Dii meliora!* inquit: *mori et sibi et illi fas esse, quam id faceret; et in copul eorum detestari mihi periculosaque, qui id suasissent.* Admiratus cum verum perturbationem tantam adoleseens, *Parcere exsecrationibus jubet. matrem id sibi, assentiense virrico, perasse.* *Virricus ergo, inquit, tuus (matrem enim imulare forsitan fas non sit) pudicitiam, famam, spem*
vis

vitamque tuam perditum ire hoc facio properas. Eo magis mirabundo, quaerentique quid rei esset, pacem veniamque precata Deorum Dearumque, si coacta caritate ejus, silenda enuntiaffet, ancillam se, ait, dominae comitem id sacrarium intrasse, liberam nunquam eo accessisse. Scire corraptelarum omnis generis eam officinam esse: et jam biennio constare neminem inibatam ibi majorem annis viginti. Ut quisque introductus sit, velut viciniam tradit sacerdotibus, eos deducere in locum, qui circumsonet ululatibus, cantuque symphoniae, et cymbalorum et tympanorum pulsu, ne vox quirisanis, cum per vim stuprum inferatur, exaudiri possit. Orare deinde atque obsecrare, ut eam rem quocumque discuteret modo: nec se eo praecipitaret, ubi omnia infanda patienda primum, deinde facienda essent. neque ante dimisit eum, quam fidem dedit adolescens, ab his sacris se temperaturum.

XI. Postquam domum venit, et mater mentionem intulit, quid eo die, quid deinceps ceteris, quae ad sacra pertinerent, faciendum esset; negat, eorum se quidquam facturum, nec initari sibi in animo esse. Aderat sermonei vitricus, confestim mulier exclamavit, *Hispalae contubernio carere eum decem noctes non posse, illius excoeratae delinquentis et venenis imbutum, nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere.* jurgantes hinc mater, hinc vitricus, cum quatuor eum servis domo egerunt. Adolescens inde ad Aebutiam se amitam contulit: causamque ei, cur esset a matre ejectus, narravit. deinde ex auctoritate ejus postero die ad consulem Postumium, arbitraris remotis, rem derulit. Consul post diem tertium ad se jussum redire dimisit: ipse Sulpiciam, gravem feminam, soerum suam, percontatus est, *ecquam aetiam Aebutiam ex Aventino nosset? cum eam nosse, probam, et antiqui moris feminam,* respondisset; *opus esse sibi ea conventa,* dixit. miseret nuntium ad eam, *ut veniret.* Aebutia accita ad Sulpiciam venit. et consul paulo post, velut fortè intervenisset, sermonem de Aebutio fratris ejus filio inferet. Lacrimae mulieri obortae, et miserari casum adolescentis coepit, qui spoliatus fortunis, a quibus minime oporteret, apud se tunc esset,

ejectus a matre, quod probus adolescens (Dii propitii essent) obsoenis, ut fama esset, sacris initari nollet.

XII. Satis de Aebutio exploratum ratus consul, non vanum auctorem esse, dimissa Aebutia, socrum rogat, ut Hispalam, indidem ex Aventino libertinam, non ignotam vicinia, arcefferet ad sese. eam, quoque esse, quae percontari vellet. Ad cujus nuntium perturbata Hispala, quod ad tam nobilem et gravem feminam ignara causae arcefferetur: postquam lictores in vestibulo turbanque consularem et consulem ipsum conspexit, prope examinata est. In interiorem partem aedium abductam socru adhibita consul, *Si vera dicere inducere in animum posses, negat, perturbari debere. fidem vel a Sulpicia, tali femina, vel ab se acciperet. exprimeret sibi, quae in loco Similae Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri.* Hoc ubi audivit, tantus pavor tremorque omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hincere non posset: tandem confirmata, *puellam admodum se ancillam iniriam cum domina, ait. aliquot annis, ex quo manumissa sit, nihil, quid ibi fiat, scire. jam id ipsum consul laudare, cum iniriam se non inficeretur. sed et cetera eadem fide exprimeret. negansi ultra quidquam scire non eandem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti, veniam aut gratiam fore. cum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset.*

XIII. Mulier, haud dubie, id quod erat, Aebutium indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpiciae procidit, - et eam primo orare coepit, *Ne mulieris libertinae cum amatore sermonem in rem non seriam modo, sed capitalem etiam, verbi veller: se terrendi ejus causa, non quo sciret quidquam, ea locutam esse.* Hic Postumius accensus ira, *Tum quoque, ait, eam cum Aebutio se amatore capillari credere, non in domo gravissimae feminae et cum consule loqui.* et Sulpicia attollere paventem; simul illam adhortari, simul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum inculcata perfidia Aebutij, qui optimi in eo ipso meriti talem gratiam retulisset, *Magnum sibi metum Deorum, quorum occulta iniria enuntiares, majorem multo, dixit,*

U. C. 566.

a. C. N. 186.

dixit, hominum esse, qui se indicem manibus suis discernere essent. itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent. ubi reliquum vitae degere tuto posset. Bono animo esse jubere eam consul. et, sibi curae fore, dicere, ut Romae tuto habitaret. Tum Hispala originem sacrorum exprimit. Primo sacrum id feminarum fuisse, nec quenuquam virum eo admitti solitum. Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes in vicem matronas creati solidas. Pacullam Anniam Campanam sacerdotem omnia, tanquam Deum monitu, immutasse. nam et viros eam primam suos filios initiasse, Minium et Herennium Cerrinos. et nocturnum sacrum ex diurno, et pro tribus in anno diebus quinos singulis dies inisiorum fecisse. Ex quo in promiscuo sacra sint, et permixti viri feminis, et noctis licentia arcesserit, nihil ibi facinoris, nihil flagitii praetermissum. plura virorum inter sese, quam feminarum, esse supra. Si qui minus patientes dedecoris sint, et pigriores ad facinus, pro victimis immolari: nihil nefas ducere, hanc summam inter eos religionem esse. Viros, velut mente capta, cum jactatione fanatica corporis vacinari; matronas Baccharum habitu crinibus sparsis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, dimissasque in aquam faces (quia vivum sulphur cum calce infusit) integra flamma efferre. Raptos a Diis homines dici, quos machinae illigatos ex conspectu in abditos spectus abripiant. eos esse, qui aut conjurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerint. Multitudinem ingenzsem, alterum jam prope populum esse: in his nobiles quosdam viros feminasque. Biennio proximo institutum esse, ne quis major viginti annis initiaretur. captari aetates et erroris et stupri patientes.

XIV. Peracto indicio, advoluta rursus genibus preces easdem, ut se ablegaret, repetivit. Consul rogat locum, ut aliquam partem aedium vacuum faceret, quo Hispala immigraret. coenaculum super aedes datum est, scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in aedes verso. Res omnes Feceniae extemplo translatae, et familia arcessita. et Aebutius migrare ad consulis clientem

jussus. Ita cum indices ambo in potestate essent, rem ad senatum Postumius defert, omnibus ordine expositis, quae delata primo, quae deinde ab se inquisita forent. Patres pavor ingens cepit, cum publice nomine, ne quid eae conjurationes coetusque nocturni fraudis occultae aut periculi importarent, tum privatim suorum quisque vicem, ne quis affinis ei noxae esset. Censuit autem senatus, gratias consuli agendas, quod eam rem et cum singulari cura, et sine ullo tumultu investigasset. Quaestionem deinde de Bacchanalibus sacrisque nocturnis extra ordinem consulibus mandant; indicibus, Aebutio ac Feceniae, ne fraudi ea res sit, curare, et alios indices praemiis invitare jubent. sacerdotes eorum sacrorum, seu viri seu feminae essent, non Romae modo, sed per omnia fora et conciliabula conquiri, ut in consulum potestate essent, edicti praeterea in urbe Roma, et per totam Italiam edicta mitti, *Ne quis, qui Bacchis initiatus esset, coisse aut convenisse causa sacrorum velis, neu quid talis rei divinae fecisset.* ante omnia, ut quaestio de his haberetur, qui coierint, conjuraverintque, quo stuprum flagitiumve inferretur. Haec senatus decrevit. Consules aedilibus curulibus imperarunt, ut sacerdotes ejus sacri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad quaestionem servarent; aediles plebis videre, ne qua sacra in aperto fierent. Triumviris capitalibus mandatum est, ut vigiliis disponerent per urbem, servarentque, ne qui nocturni coetus fierent; utque ab incendiis caveretur, adjuutores triumviris quinqueviri uti cis Tiberim suae quisque regionis aedificiis praeesent.

XV. Ad haec officia dimissis magistratibus, consules in Rostra ascenderunt; et, concione advocata, cum sollemne carmen precationis, quod praefari, priusquam populum alloquantur, magistratus solent, peregisset consul, ita coepit: *Nulli unquam concioni, Quiritis, non solum apta, sed etiam necessaria, haec sollemnis Deorum precatio fuit; quae vos admoneret, hos esse Deos, quos colere, venerari, precarique majores vestri instituerunt: non illos, qui pravis et externis religionibus captas mentes, velut furialibus stimulis, ad omne scelus et ad omnem*
libi.

libidinem agerent. Equidem, nec quid taceam, nec qua-
 zenus proloquar, inuenio: si aliquid ignorabitis, ne locum
 negligentiae dem; si omnia uidero, ne nimium terroris
 offundam vobis, vereor. quidquid dixerō, minus, quam
 pro atrocitate et magnitudine rei, dicrum scizote esse, ut
 ad cavendum satis sit, dabitur opera a nobis. Bacchanalia
 tota jam pridem Italia, et nunc per urbem etiam multis
 locis esse, non fama modo accepisse vos, sed crepitibus
 etiam ululatusque nocturnis, qui perfonant tota urbe,
 certum habeo; ceterum, quae ea res sit, ignorare. alios
 Deorum aliquem cultum, alios concessum ludum et lasci-
 viam esse credere, et qualescunque sit, ad paucos perti-
 nere. Quod ad multitudinem eorum attinet, si dixerō,
 multa millia hominum esse, illico necesse est exterre-
 mini; nisi adiuuxero, qui qualesque sint. Primum igitur
 mulierum magna pars est, et is fons mali hujusce fuit:
 deinde simillimi feminis mares, stuprati et constupratores,
 fanatici vigiles; vino, strepitibus, clamoribusque noctur-
 nis attoniti. Nullas adhuc vires conjuratio, ceterum in-
 crementum ingens virium habet, quod in dies plures sunt.
 Majores vestri, ne vos, quidem, nisi cum aur, vexillo in
 arce posito, comitiorum causa exorcitus educus esset, aut
 plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magis-
 tratibus, ad concionem vocasset, forte temere coire volue-
 runt; et, ubicunque multitudo esset, ibi et legitimum re-
 ctorem multitudinis censebant debere esse. Quales primum
 nocturnos coetus, deinde promiscuos mulierum ac virorum,
 esse creditis? Si, quibus aetatibus iniciuntur mares, scia-
 rit, non misereat vos eorum solum, sed etiam pudeat. Hoc
 sacramento iniciatos juvenes milites faciendos censebis, Qui-
 rites? iis ex obsceno sacrario eductis arma committenda?
 hi, cooperiti stupris suis alienisque, pro pudicitia conju-
 gum ac liberorum vestrorum ferru decernent?

XVI. Minus tamen esset, si flagitiis tantum effemi-
 nati forent, (ipsorum id magna ex parte dedecus erat)
 a facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent.
 Nunquam tantum malum in republica fuit, nec ad plu-
 res, nec ad plura pertinens. quicquid his annis libidine,
 quicquid fraude, quicquid scelere peccatum est, ex illo

uno sacrario scitote ortum esse. Necdum omnia, in quae conjuraverunt, edita facinora habent. adhuc privatis noxiis, quia nondum ad rempublicam opprimendam satis virium est, conjuratio sese impia tenet. crescit et serpit quotidie malum. jam majus est, quam ut capere id privata fortuna possit. ad summam rempublicam spectat. Nisi praecaveritis, Quirites, jam huic diurnae, legitime ab consule vocatae, par nocturna concio esse poterit. nunc illi vos singuli universos concionantes riment: jam, ubi vos dilapsi domos et in rura vestra eritis, illi coierint, consultabunt de sua salute simul ac vestra pernicie; rum singulis vobis universi rimendi erunt. Optare igitur unusquisque vestrum debet, ut bona mens suis omnibus fuerit. Si quem libido, si furor in illum gurgitem abripuit, illorum eum, cum quibus in omne flagitium et facinus conjuravit, non suum judicet esse. Ne quis etiam errore labatur, vestrum quoque non sum securus. nihil enim in speciem fallacius est, quam prava religio. Ubi Deorum numen praedenditur sceleribus, subit enim timor, ne fraudibus humanis vindicandis divini juris aliquid immixtum violemus. Hac vos religione innumerabilia decreta pontificum, senatusconsulta, haruspicum denique responsa liberant. Quoties hoc patrum avorumque aetate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent, sacrificulos vatesque foro, circo, urbe prohiberent, vaticinos libros conquirerent comburerentque, omnem disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent? Judicabant enim prudentissimi viri omnis divini humanique juris, nihil aequae dissolvendae religionis esse, quam ubi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Haec vobis praedicenda ratus sum, ne qua superstitio agitarer animos vestros, cum demolientes nos Bacchanalia discutientesque nefarios coetus cerneretis. Omnia, Diis propitiis volentibusque, ea faciemus: qui, quia suum numen sceleribus libidinibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt. nec patere fieri, ut impunita essent, sed ut vindicarentur et opprimerentur, voluerunt. Senatus quaestionem extra ordinem de ea re mihi collaegaeque meo mandavit: nos, quae ipsis nobis agenda sunt, impigre exsequemur. *Vigiliarum nocturn.*

nocturnarum curam per urbem minoribus magistratibus mandavimus. Vos quoque, aequum est, quae vestra munia sunt, quo quisque loco positus erit, quod imperabitur, impigre praestare, et dare operam, ne quid fraude noxiorum periculi aut tumultus oriaur.

XVII. Recitari deinde senatusconsulta iusserunt, indicique praemium proposuerunt, si quis quem ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset. *Qui nominatus profugisset, diem certam se finituros; ad quam nisi citatus respondisset, absens damnaretur. si quis eorum, qui tum extra terram Italiam essent, nominaretur, ei laxiorem diem daturus, si venire ad causam dicendam vellet.* Edixerunt deinde, *ne quis quid fugae causa vendidisset, neve emisse vellet: ne quis reciperet, celaret, ope ulla juvares fugientes.* Concione dimissa, terror magnus urbe tota fuit: nec moenibus se tantum urbis aut finibus Romanis continuit; sed passim per totam Italian, literis hospitem de senatusconsulto, et concione, et edicto consulum acceptis, trepidari coeptum est. Multi ea nocte, quae diem infecuta est, quo in concione res palam facta est, custodiis circa portas positis, fugientes a triumviris comprehensi et redacti sunt: multorum nomina delata. quidam ex iis viri feminaeque mortem sibi consciverunt. Conjurasse supra septem millia virorum ac mulierum dicebantur. capita autem conjurationis constabat esse, M. et C. Atinius de plebe Romana, et Faliscum L. Opiternum, et Miniuin Cerrinum Campanum: ab his omnia facinora et flagitia orta: eos maximos sacerdotes conditoresque ejus sacri esse. Data opera est, ut primo quoque tempore comprehenderentur. Adducti ad consules, falsique de se, nullam moram iudicio fecerunt.

XVIII. Ceterum tanta fuga ex urbe facta erat, ut, quia multis actiones et res peribant, cogerentur praetores T. Maenius et M. Licinius per senatum res in diem tricelsum differe, donec quaestiones a consulibus perficerentur. Eadem solitudo, quia Romae non respondebant, nec inveniebantur, quorum nomina delata erant, coegit consules circa fora proficisci, ibique quaerere et

judicia exercere. Qui tantum initiati erant, et ex carmine sacro, praeunte verba sacerdote, preces fecerant, in quibus nefanda conjuratio in omne facinus ac libidinem continebatur, nec earum rerum ullam, in quas jurejurando obligati erant, in se aut alios admiserant, eos in vinculis relinquebant: qui stupris aut caedibus violati erant, qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subjectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali poena afficiebant. Plures necati, quam in vincula coniecti sunt. magna vis in utraque causa virorum mulierumque fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas. si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur. Datum deinde consulibus negotium est, ut omnia Bacchanalia Romae primum, deinde per totam Italiam, diruerent; extra quam si qua ibi vetusta ara aut signum consecratum esset. in reliquum deinde senatusconsulto cautum est, *Ne qua Bacchanalia Romae, neve in Italia essent. si quis tale sacrum sollemne et necessarium duceret, nec sine religione et piaculo se id committere posse, apud praetorem urbanum profiteretur, praetor senatum consuleret. si ei permissum esset, cum in senatu centum non minus essent, ita id sacrum faceret, dum ne plus quinque sacrificio interessent, neu qua pecunia communis, neu quis magister sacrorum, aut sacerdos esset.*

XIX. Aliud deinde huius conjunctum, referente Q. Marcio consule, senatusconsultum factum est, *Ut de iis, quos pro indicibus consules habuissent, integra res ad senatum referretur, cum Sp. Postunius, quaestionibus perfectis, Romam redisset.* Minium Cerrinium Campanum Ardeam in vincula mittendum censuerunt, magistratibusque Ardeatium praedicendum, ut intentiore eum custodia affligerent; non solum ne effugeret, sed ne mortis consciscendae locum haberet. Sp. Postunius aliquanta post Romam venit. eo referente, de P. Aebutii et Hispaniae Feoeniae praemio, quod eorum opera indicata Bacchanalia essent, senatusconsultum factum est, *Ut singulis his centena millia aeris quaestores urbani ex aerario darent.*

U. C. 566.

a. C. N. 186.

rent. Utrique consul cum tribunis plebis ageres, ut ad plebem primo quoque tempore ferrent, ut P. Aebutio emerita stipendia essent, ne iuventus militares, neve censor ei equum publicum assignaret. Utrique Feceniae Hispaniae datio, diminutio, generis enuptio, tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset. Utrique ei ingenuo nubere liceret: neu quid ei, qui eam duxisset; ob id fraudi ignominiaeque esset. Utrique consules praetoresque, qui nunc essent, quive postea futuri essent, curarent, ne quid ei mulieri injuriae fieret, utrique iura esset, id senatum velle, et aequum censere, ut ira fieret. Ea omnia lata ad plebem, factaque sunt ex senatusconsulto; et de ceterorum iudicium impunitate praemiisque consulibus permissum est.

XX. Et iam Q. Marcius, quaestionibus suae regionis perfectis, in Ligures provinciam proficisci parabat; tribus millibus peditum Romanorum, centum quinquaginta equitibus, et quinque millibus Latini nominis peditum, ducentis equitibus in supplementum acceptis. Eadem provincia, idem numerus peditum equitumque et collegae decretus erat. Exercitus acceperunt, quos priore anno C. Flaminius et M. Aemilius consules habuerunt, duas praeterea legiones novas ex senatusconsulto scribere iussi sunt; et viginti millia peditum sociis et nomini Latino imperarunt, et equites mille trecentos, et tria millia peditum Romanorum, ducentos equites. totum hunc exercitum, praeter legiones, in supplementum Hispaniensis exercitus duci placebat, itaque consules dum ipsi quaestionibus impediabantur, T. Maenium delectum habendo praefecerunt. Perfectis quaestionibus, prior Q. Marcius in Ligures Apuanos est profectus. Dum penitus in abditos saltus, quae latebrae receptaculaque semper illis fuerant, persequitur; in praecoccupatis angustiis, loco iniquo est circumventus. quatuor millia militum amissa; et legionis secundae signa tria, undecim vexilla socium Latini nominis in potestatem hostium venerunt, et arma multa, quae, quia impedimento fugientibus per silvestres semitas erant, passim jactabantur. prius sequendi Ligures finem, quam fugae Romani, fecerunt. Consul, ubi primum ex hostium agro evasit, ne, quantum deni-

nutae

natae copiae forent, appareret, in locis pacatis exercitum dimisit. Non tamen obliterare famam rei male gestae potuit. nam saltus, unde eum Ligures fugaverant, Marcius est appellatus.

XXI. Sub hunc nuntium ex Ligustinis vulgatum litterae, ex Hispania mixtam gaudio tristitiam afferentes, recitatae sunt. C. Atinius, qui biennio ante praetor in eam provinciam profectus erat, cum Lulitanis in agro Astensi signis collatis pugnavit: ad sex millia hostium sunt caesa: ceteri fusi, fugati, castrisque exuti. Ad oppidum deinde Astam oppugnandum legiones ducit: id quoque haud multo majore certamine cepit, quam castra: sed, dum incautius subit muros, ictus ex vulnere post dies paucos moritur. Literis de morte propraetoris recitatis, senatus censuit mittendum, qui ad Lunae portum C. Calpurnium praetorem consequeretur; nuntiaretque, senatum aequum censere, ne sine imperio provincia esset, maturare eum proficisci. Quarto die, qui missus erat, Lunam venit. paucis ante diebus Calpurnius profectus erat. Et in citiore Hispania L. Manlius Acidinus, qui eodem tempore, quo C. Atinius, in provinciam ierat, cum Celtiberis acie conflixit, incerta victoria discessum est, nisi quod Celtiberi castra inde nocte proxima moverunt: Romanis et suos sepeliendi, et spolia legendi ex hostibus potestas facta est. Paucos post dies, majore coacto exercitu, Celtiberi ad Calagurrim oppidum ultro lacefferunt proelio Romanos. Nihil traditur, quae causa numero aucto infirmiores eos fecerit. superati proelio sunt. ad duodecim millia hominum caesa, plus duo capta: et castris Romanus positus. et, nisi successor adventu suo inhibuisset impetum victoris, subacti Celtiberi forent. Novi praetores ambo exercitus in hiberna deduxerunt.

XXII. Per eos dies, quibus haec ex Hispania nuntiata sunt, ludi Taurii per biduum facti religionis causa. (per dies) decem apparatus deinde ludos M. Fulvius, quos voverat Aetolico bello, fecit. Multi artifices ex Graecia venerunt honoris ejus causa. Athletarum quoque certa-

certamen tum primo Romanis spectaculo fuit, et venatio data leonum et pantherarum; et prope hujus seculi copia ac varietate ludicrum celebratum est. Novemdiale deinde sacrum tenuit, quod in Piceno per triduum lapidibus pluerat, ignesque coelestes multifariam orti aduflisse complurium levi afflatu vestimenta maxime dicebantur. Addita et unum diem supplicatio est ex decreto pontificum, quod aedes Opis in Capitolio de coelo tacta erat. hostiis majoribus consules procurarunt, urbemque Iultraverunt. Sub idem tempus et ex Umbria nuntiatum est, semimarem duodecim ferme annos natum inventum. id prodigium abominantes, arceri Romano agro necarique quamprimum iusserunt. Eodem anno Galli Transalpini, transgressi in Venetiam sine populatione aut bello, haud procul inde, ubi nunc Aquileja est, locum oppido condendo ceperunt. Legatis Romanis, de ea re trans Alpes missis, responsum est, *Neque profectos ex auctoritate gentis eos, nec, quid in Italia facerent, se scire.* L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi vovisse sese dicebat, ex collata ad id pecunia ab regibus civitatibusque per dies decem fecit. Legatum eum post damnationem et bona vendita missum in Asiam, ad dirimenda inter Antiochum et Eumenem reges certamina, Valerius Antias est auctor. tum collatas ei pecunias, congregatosque per Asiam artifices: et, quorum ludorum post bellum, in quo votos diceret, mentionem non fecisset, de iis post legationem demum in senatu actum.

XXIII. Cum jam in exitu annus esset, Q. Marcius abiens magistratu abiturus erat. Sp. Postumius, quaestionibus cum summa fide curaque perfectis, comitia habuit, creati sunt consules Ap. Claudius Pulcher, M. Sempronius Tuditanus. Poltero die praetores facti P. Cornelius Cethegus, A. Postumius Albinus, C. Afranius Stellio, C. Attilius Serranus, L. Postumius TEMPLANUS, M. Claudius Marcellinus. Extremo anni, quia Sp. Postumius consul renuntiaverat, peragrante se propter quaestiones utrumque litus Italiae, desertas colonias, Sipontum supero, Buxentum infero mari, invenisse; triumviri ad colonos eo scribendos ex senatusconsulto

sulto ab T. Maenio praetore urbano creati sunt, L. Scribonius Libo, M. Tuccius, Cn. Baebius Tamphilus. Cum Perleo rege et Macedonibus bellum, quod imminabat, non unde plerique opinantur, nec ab ipso Perseo causas cepit. inchoata initia a Philippo sunt: et is ipse, si diutius vixisset, id bellum gessisset. Una eum res, cum victo leges imponerentur, maxime angebat; quod, qui Macedonum ab se defecerant in bello, in eos jus saeviendi ademptum ei ab senatu erat: cum, quia rem integram Quinctius in conditionibus pacis distulerat, non desperasset impetrari posse. Antiocho rege deinde bello superato ad Thermopylas, divisis partibus, cum per eodem dies consul Acilius Heracleam, Philippus Lamiam oppugnasset; capta Heraclea, quia iussus abscedere a moenibus Lamiae erat, Romanisque oppidum deditum est, aegre eam rem tulerat. permulsi iram ejus consul, quod, ad Naupactum ipse festinans, quo se ex fuga Aetoli contulerant, Philippo permisit, ut Athamaniae et Amyndro bellum inferret; et urbes, quas Thessalis Aetoli ademerant, regno adjiceret. Haud magno certamine et Amyndrum Athamania expulerat, et urbes aliquot receperat. Demetriadem quoque, urbem validam et ad omnia opportunam, et Magnetum gentem suae ditionis fecit. inde et in Thracia quasdam urbes, novae atque insuetae libertatis vitio, seditionibus principum turbatas, partibus, quae domestico certamine vincerentur, adiungendo sese, cepit.

XXIV. His sedata in praesentia regis ira in Romanos est. nunquam tamen remisit animum a colligendis in pace viribus, quibus, quandoque data fortuna esset, ad bellum uteretur. Vestigalia regni non fructibus tantum agrorum portoriisque maritimis auxit; sed metalla etiam et vetera intermissa recoluit, et nova multis locis instituit. Ut vero antiquam multitudinem hominum, quae belli cladibus amissa erat, restitueret, non solum tantum stirpis parabat, cogentis omnibus procreare atque educare liberos, sed Thracum etiam magnam multitudinem in Macedoniam traduxerat, quietusque aliquamdiu a bellis, omni cura in augendas regni opes intentus fuerat.

fuerat. Rediere deinde causae, quae de integro iram moverent in Romanos. Thessalorum et Perrhaeborum querelae de urbibus suis ab eo possessis, et legatorum Eumenis regis de Thraciis oppidis per vim occupatis, traductaque in Macedoniam multitudine, ita auditaerant, ut eas non negligi satis appareret. Maxime moverat lenatum, quod jam Aeni et Maroneae affectari possessionem audierant; minus Thessalos curabant. Athamaeus quoque venerunt legati, non partis amissae, non finium jacturam querentes, sed totam Athamaniam sub jus iudiciumque regis venisse. Et Maronitarum exules (erant pulsi, qui libertatis causam defendissent ab regio praesidio) ii non Maroneam modo, sed etiam Aenum in potestate nuntiabant Philippi esse. Venerant et a Philippo legati ad purganda ea: qui nihil, nisi permissu Romanorum imperatorum, factum affirmabant. *Civitates Thessalorum, et Perrhaeborum, et Magnetum, et cum Amyntandro Athamanum gentem, in eadem causa, qua Aetolos, fuisse. Antiocho rege pulso, occupatum oppugnandis Aetolicis urbibus consulem ad recipiendas eas civitates Philippum misisse. armis subactos parere.* Senatus, ne quid ablente rege statueret, legatos ad eas controversias disceptandas milit, Q. Caecilium Metellum, M. Baebium Tamphilum, Ti. Sempronium, quorum sub adventum ad Thessalica Tempe omnibus iis civitatibus, quibus cum rege disceptatio erat, concilium indictum est.

XXV. Ibi cum Romani legati disceptatorum loco, Thessali Perrhaebique et Athamanes haud dubii accusatores, Philippus ad audienda crimina tanquam reus, consedissent; pro ingenio quisque eorum, qui principes legationum erant, et gratia cum Philippo aut odio, acerbius leniusve egerunt. In controversiam autem veniebant: Philippopolis, Tricca, Phaloria, et Eurymenac, et cetera circa eas oppida; utrum Thessalorum juris, cum vi ademptae possessaeque ab Aetolis forent, (nam Philippum Aetolis ademisse eas constabat) an Aetolica antiquitus ea oppida fuissent. *ita enim Actium regi concessisse, si Aetolrum fuissent, et si voluntate, non si vi atque armis coacti, cum Aetolis essent.* Ejusdem formulae dis-

ceptatio de Perrhaëborum Magnetumque oppidis fuit. omnium enim jura possidendo per occasiones Aetoli miscerant. Ad haec, quae disceptationis erant, querelae Thessalorum adjectae, quod ea oppida, si jam redderentur sibi, spoliata ac deserta redditurus esset. nam, praeter belli casibus amissos, quingentos principes juventutis in Macedoniam abduxisse, et opera eorum in servilibus abuti ministeriis: et, quae reddidit coactus Thessalis, inutilia ut redderet, curasse. Thebas Phthias unum maximum emporium fuisse, quondam Thessalis quaestuosum et frugiferum. Ibi navibus onerariis comparatis, regem, quae praeter Thebas Demetriadem cursum dirigerent, negotiationem maritimam omnem eo avertisse. Iam ne a legatis quidem, qui jure gentium sancti sint, violandis abstinere, infidias positas euntibus ad T. Quinctium. Ita que ergo in tantum metum omnes Thessalos conjectos, ut non in civitatibus suis, non in communibus gentis conciliis, quisquam hiscere audeat. procul enim abesse libertatis auctores Romanos: lateri adhaerere gravem dominum, prohibentem uti beneficiis populi Romani. Quid autem, si vox libera non sit, liberum esse? Nunc se fiduciam praesidio legatorum ingmiscere magis, quam loqui: nisi provideant aliquid Romani, quo et Graecis Macedoniam acculentibus metus, et audacia Philippi minuatur, nequidquam et illum vicum, et se liberatos esse. Ut equum tenacem, non parvum frenis asperioribus castigandum esse. Haec acerbè postremi; cum priores leniter permulissent iram ejus, petentes; Ut ignosceret pro libertate loquentibus; et ut, deposita domini acerbitate, assuesceret socium atque amicum sese praestare; et imitaretur populum Romanum, qui caritate, quam meru, adjungere sibi socios mallet. Thessalis auditis, Perrhaebi Gonnocondylum, quod Philippus Olympiadem appellaverat, Perrhaebiae fuisse, et ubi sibi restitueretur, agebant. et de Malloea et Ericinio eadem postulatio erat. Athamanes libertatem repetebant, et castella Athenaeum et Poetneum.

XXVI. Philippus, ut accusatoris potius, quam rei, speciem haberet, et ipse a querelis orsus, *Menelaidem in Dolopia*, quae regni sui fuisset, *Thessalos vi atque armis*

mis expugnasse, questus est: item Petram in Pieria ab iisdem Thessalis Perrhaebisque captam. Xynias quidem, haud dubie Aetolicum oppidum, sibi eos contrivuisse; et Paracheloids, quae sub Athamania esset, nullo jure Thessalorum formulae faciam. Nam quae sibi crimina objiciantur, de insidiis legatorum, et maritimis portibus frequentatis aut desertis; alterum deridiculum esse, se reddere rationem, quos portus mercatores aut nautici petant; alterum mores suos respicere. Tot annos esse, per quos nunquam cessaverint legati, nunc ad imperatores Romanos, nunc Romam ad senatum crimina de se deferre. quem unquam verbo violatum esse? Semel ad Quinctium euntibus insidias dici factas, sed, quid iis acciderit, non adjici. Querentium, quod falso objiciant, cum veri nihil habeant, ea crimina esse. Insulenter et immodice abuti Thessalos indulgentia populi Romani, velut ex diuturna fide nimis avide meram haurientes libertatem. Itaque, servorum modo praeter spem repente manumissorum, licentiam vocis et linguae experiri, et jactare sese insectatione et convitiis dominorum. Elatus deinde ira adiecit, Nondum omnium dierum solem occidisse. Id minaciter dictum, non Thessali modo in sese, sed etiam Romani, acceperunt. et cum fremitus post eam vocem ortus, et tandem sedatus esset, Perrhaeborum inde Athamanumque legatis respondit, Eandem, de quibus illi agant, civitatum causam esse. consulem Acilium et Romanos sibi dedisse eas, cum hostium essent. Si suum manus, qui dedissent, adimere velint, scire se, cedendum esse: sed meliori ac fideliori amico, in gratiam levium et inutilium sociorum, injuriam eos esse facturos. Nec enim nullius rei minus diuturnam esse gratiam, quam libertatis: praesertim apud eos, qui male utendo eam corrumpunt sine. Causa cognita, pronuntiaverunt legati, Placere, deduci praesidia Macedonum ex iis urbibus, et antiquis Macedoniae terminis regnum finire. De injuriis, quas ultra citroque illatas querantur, quo modo inter eas gentes et Macedonas disceptetur, formulam juris exsequendi constituendam esse.

XXVII. Inde, graviter offenso rege, Thessalonicen ad cognoscendum de Thraciae urbibus proficiscuntur. ibi
T. Livii Tom. III. C c legati

legati Eumenis: Si liberas esse Aenum et Maroneam velint Romani, nihil sui pudoris esse ultra dicere, quam ut admoneant, re, non verbo, eos liberos relinquunt, nec suum munus intercipi ab alio patiantur. Si autem minor cura sit civitatum in Thracia positarum, multo vehementius esse, quae sub Antiocho fuerint, praemia belli Eumenem, quam Philippum, habere; vel pro patris Antiali meritis bello, quod adversus Philippum ipsum gesserit populus Romanus: vel suis, quod Antiochi bello terra marique laboribus periculisque omnibus interfuerit. Habere eum praeterea decem legatorum in eam rem praedictum: qui cum Chersonesum Lysimachiamque dederint, Maroneam quoque atque Aenum profecto dedisse, quae ipsa propinquitate regionis velut appendices majoris muneris essent. Nam Philippum quidem quo aut merito in populum Romanum, aut jure imperii, cum tam procul a finibus Macedoniae absint, civitatibus his praesidia imposuisse? Vocari Maronitas juberent. ab iis certiora omnia de statu civitatum earum scituros. Legati Maronitarum vocati, Non uno loco tantum urbis praesidium regium esse, sicut in aliis civitatibus, dixerunt, sed pluribus simul, et plenam Macedoniae Maroneam esse. itaque dominari assensores regior. his solis loqui et in senatu et in concionibus licere. eos omnes honores et capere ipsos, et dare aliis. Optimum quemque, quibus libertatis, quibus legum cura sit, aut exulare pulsos patria, aut inhonoratos et deterioribus obnoxios sileve. De jure etiam finium pauca adjecerunt: Q. Fabium Labeonem, cum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quae ad Thraciae Paroreiam subeat, usquam ad mare declinantem. Philippum novam postea deflexisse viam, quae Maronitarum urbes agrosque amplectatur.

XXVIII. Ad ea Philippus longe aliam, quam adversus Thessalos Perrhaebosque nuper, ingressus dissendendi viam, Non cum Maronitis, inquit, mihi, aut cum Eumene disceptatio est; sed jam vobiscum, Romani; a quibus nihil aequi me impetrare jam diu animadverto. Civitates Macedonum, quae a me inter inducias defece-
rant, reddi mihi aequum censebam; non quia magna ac-
cessio

cessio ea regni futura esset, (sunt enim et parva oppida, et in finibus extremis posita) sed quia multum ad reliquos Macedonas continentos exemplum pertinebat. negatum est mihi. Bello Aetolico Lamiam oppugnare iussus a consule M. Acilio, cum diu fatigatus ibi proclivis operibusque essem, transcendentem me jam muros a capra prope arbe revocavit consul, et abducere copias inde coëgit. Ad hujus solatium injuriae permissum est, ut Thessaliae Perrhaebiaeque et Athamanum reciperem quaedam castella magis, quam urbes. ea quoque ipsa vos mihi, Q. Caecili, paucos ante dies ademistis. Pro non dubio paulo ante, si Diis placet, legati Eumenis sumebant, quae Antiochi fuerunt, Eumeneum aequius esse, quam me, habere. id ego aliter longe judico esse. Eumenes enim, non nisi vicissente Romani, sed nisi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit. Itaque ille vestrum meritum habet, non vos illius: mei autem regni, tantum aberat, ut ulla pars in discrimine fuerit, ut tria millia talentum, et quinquaginta rectae naves, et omnes Graeciae civitates, quas antea tenuissem, pollicentem ultro Antiochum in mercedem societatis sim aspernatus. hostemque ei me esse prius eriam, quam M. Acilius exercitum in Graeciam trajiceret, praeme tuli: et cum eo consule belli partem, quamcumque mihi delegavit, gessi. et insequenti consuli L. Scipioni, cum terra statuisset ducere exercitum ad Hellespontum, non iter tantum per regnum nostrum dedi, sed vias etiam munivi, pontes feci, commeatus praebui: nec per Macedoniam tantum, sed per Thraciam etiam, ubi inter cetera pax quoque praestanda a barbaris erat. Pro hoc studio meo erga vos, ne dicam merito, atram adjicere vos, Romani, aliquid, et amplificare et augere regnum meum munificentia vestra oportebat, an, quae haberem aut meo jure, aut beneficio vestro, eripere? id quod nunc facitis. Macedonum civitates, quas regni mei fuisse fatemini, non restituntur. Eumenes, tanquam a Antiochum, ad spoliandum me venit, et, si Diis placet, decem legatorum decretum calumniae impudentissimae praetendit; quo maxime et refelli et coargui potest. Disertissimo enim planissimeque in eo scriptum est, Chersonesum et Lysimachiam Eumeni dari. Ubi tandem Aenus, et Maronea, et Thraciae

ciae civitates adscriptae sunt? quod ab illis ne postulare quidem est ausus, id apud vos, tanquam ab illis impetra-verit, obtinebit? Quo in numero me apud vos esse veli-tis, refert. Si tanquam inimicum et hostem infectari pro-positum est, pergite, ut coepistis, facere. Sin aliquis re-spectus est mei, ut socii atque amici regis; deprecor, ne me tanta injuria dignum judicetis.

XXIX. Movit aliquantum oratio regis legatos. itaque medio responso rem suspenderunt: Si decem legato-rum decreto Eumeni datae civitates eae essent, nihil se mutare. si Philippus bello cepisset eas, praemium victo-riae jure belli habiturum. si neutrum eorum foret, pla-cere cognitionem senatui reservari: et, ut omnia in inte-gro manerent, praesidia, quae in iis urbibus sint, deduci. Hae causae maxime animum Philippi alienaverunt ab Romanis: ut non a Perseo filio ejus novis causis motum, sed ob has a patre bellum relictum filio videri possit. Romae nulla belli Macedonici suspicio erat. L. Manlius proconsul ex Hispania redierat, cui postulanti ab senatu in aede Bellonae triumphum rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat: exemplum obstabat; quod ita comparatum more majorum erat, ne quis, qui exerci-tum non deportasset, triumpharet, nisi perdomitam pa-catamque provinciam tradidisset successori. medius ta-men honos Manlio habitus, ut ovans urbem iniret. Tu-lit coronas aureas quinquaginta duas: auri praeterea pon-do centum triginta duo: argenti sedecim millia trecenta: et pronuntiavit in senatu, decem millia pondo argenti, et octoginta auri Q. Fabium quaestorem advehere. id quoque se in aerarium illaturum. Magnus motus servilis eo anno in Apulia fuit. Tarentum provinciam L. Postu-mius praetor habebat. Is de pastorum conjuratione, qua- vias latrociniiis pascuaeque publica infesta habuerant; quaestionem severe exercuit. ad septem millia hominum condemnavit: multi inde fugerunt, de multis sumtum est supplicium. Consules, diu retenti ad urbem delecti-bus, tandem in provincias profecti sunt.

XXX. Eodem anno in Hispania praetores C. Calpurnius et L. Quinctius, cum primo vere ex hibernis copias eductas in Baeturia junxissent, in Carpetaniam, ubi hostium castra erant, progressi sunt, communi animo consilioque parati rem gerere. Haud procul Hippone et Toletu urbibus inter pabulatores pugna orta est. quibus dum utrinque subvenitur a castris, paulatim omnes copiae in aciem eductae sunt. in eo tumultuario certamine et loca sua et genus pugnae pro hoste fuere. duo exercitus Romani fusi atque in castra compulsi sunt. non insistere perculsis hostes. Praetores Romani, ne postero die castra oppugnarentur, silentio proximae noctis tacito signo exercitum abduxerunt. Luce prima Hispani acie instructa ad vallum accesserunt, vacuaque praeter spem castra ingressi, quae derelicta inter nocturnam trepidationem erant, diripuerunt: regressique in sua castra, paucos dies quietis stativis manserunt. Romanorum sociorumque, in proelio fugaque, ad quinque millia occisa; quorum se spoliis hostes armarunt. inde ad Tagum flumen profecti sunt. Praetores interim Romani omne id tempus contrahendis ex civitatibus sociis Hispanorum auxiliis, reficiendisque ab terrore adversae pugnae militum animis, consumserunt. ubi satis placuere vires, et jam miles quoque, ad delendam priorem ignominiam, hostem poscebat; duodecim millia passuum ab Tago flumine posuerunt castra. inde tertia vigilia sublatis signis, quadrato agmine principio lucis ad Tago ripam pervenerunt. Trans fluvium in colle hostium castra erant. ex templo, qua duobus locis vada nudabat amnis, dextera parte Calpurnius, laeva Quinctius exercitum traduxerunt; quieto hoste, dum miratur subitum adventum, consultatque, qui tumultum injicere trepidantibus in ipso transitu amnis potuisset. Interim Romani, impedimentis quoque omnibus traductis contractisque in unum locum, quia jam moveri videbant hostem, nec spatium erat castra communiendi, aciem instruxerunt. in medio locatae quinta Calpurnii legio et octava Quinctii. id robur toto exercitu erat. Campum apertum usque ad hostium castra habebant, liberum a metu insidiarum.

XXXI. Hispani, postquam in ceteriore ripa duo Romanorum agmina conspexerunt, ut, priusquam se jungeri atque intruere possent, occuparent eos, castris repente effusi cursu ad pugnam tendunt. Atrox in principio proelium fuit, et Hispanis recenti victoria ferocibus, et insueta ignominia milite Romano accenso. acerrime media acies, duae fortissimae legiones, dimicabant; quae cum aliter moveri loco non posse hostis cerneret, cuneo institit pugnare: et usque plures confertioresque, medios urgebant. Ibi postquam laborare aciem Calpurnius praetor vidit, T. Quinctilium Varum et L. Juventium Thalnam legatos ad singulas legiones adhortandas prope mittit. Docere et monere jubet, *in illis spem omnem vincendi et retinendae Hispaniae esse. Si illi loco cedant, neminem ejus exercitus non modo Italiam, sed ne Tagi quidem ulteriorem ripam, unquam visurum.* Ipse, cum equitibus duarum legionum paululum circumvectus, in cuneum hostium, qui mediam urgebat aciem, ab latere incurrit. Quinctius cum suis equitibus alterum hostium latus invadit: sed longe acrius Calpurniani equites pugnant, et praetor ipse ante alios. nam et primus hostem percussit, et ita se immiscuit mediis, ut vix, utrius partis esset, nosci posset. et equites praetoris eximia virtute, et equitum pedites accensi sunt. Pudor movit primos centuriones, qui inter tela hostium praetorem conspexerunt. Itaque urgere signiferos pro se quisque, jubere inferre signa, et confectum militem sequi. Renovatur ab omnibus clamor. impetus fit velut ex superiore loco. Haud secus ergo, quam torrentis modo, fundunt steruntque percussos, nec sustinere alii super alios inferentes sese possunt. Fugientes in castra equites persecuti sunt, et permixti turbae hostium intra vallum penetraverunt. ubi ab relictis in praesidio castrorum proelium instauratum: coactique sunt Romani equites descendere ex equis. Dimicantibus iis, legio quinta supervenit: deinde, ut quaeque potuerant, copiae affuebant. Caeduntur passim Hispani per tota castra; nec plus quam quatuor millia hominum effugerant. inde tria millia fere, qui arma retinuerant, montem propinquum ceperunt: mille semierues maxime per agros palati sunt. Supra triginta quin-

quinque millia hostium fuerant, ex quibus tam exigua pars pugnae superfuit. signa capta centum triginta tria. Romani locique paulo plus sexcenti, et provincialium auxiliorum centum quinquaginta ferme ceciderunt. tribuni militum quinque amissi, et pauci equites Romani, cruentae maxime victoriae speciem fecerunt. In castris hostium, quia ipsis spatium sua communiendi non fuerat, manserunt. Pro concione postero die laudati donatique a C. Calpurnio equites phaleris. pronuntiavitque, eorum maxime opera hostes fusos, castra capta et expugnata esse. Quinctius alter praetor suos equites castris ac sibus donavit. donati et centuriones ex utriusque exercitu permulti: maxime qui mediam aciem tenuerunt.

XXXII. Consules delectibus aliisque, quae Romanae agendaerant, peractis rebus, in Ligures provinciam exercitum duxerunt. Sempronius, a Pisis profectus in Apuanos Ligures, vastando agros, urendoque vicos et castella eorum, aperuit saltum usque ad fluvium Macram et Lunae portum. Hostes montem, antiquam sedem majorum suorum, ceperunt: et inde, superata locorum iniquitate, proelio dejecti sunt. Et Ap. Claudius felicitatem virtutemque collegae in Liguribus Ingaunis aequavit secundis aliquot proeliis. sex praeterea oppida eorum expugnavit: multa millia hominum in iis cepit: belli euctores tres et quadraginta securi percussit. Jam comitiorum appetebat tempus. prior tamen Claudius, quam Sempronius, cui fors comitia habendi obtigerat, Romam venit; quia P. Claudius frater ejus consulatum petebat. Competitores habebat patricios L. Aemilium, Q. Fabium, Ser. Sulpicium Galbam, veteres candidatos, et ab repulsis eo magis debitum, quia primo negatus erat, honorem repetentes. etiam, quia plus quam unum ex patriciis creari non licebat, arctior petitio quatuor petentibus erat. Plebeji quoque gratiosi homines petebant, L. Porcius, Q. Terentius Culleo, Cn. Baebius Tamphilus. et hi repulsi, in spem impetrandi tandem aliquando honoris dilati. Claudius unus ex omnibus novus candidatus erat. Opinione hominum haud dubie destinabantur Q. Fabius Labeo et L. Porcius Licinus. sed Claudius con-

sub sine lictoribus cum fratre toto foro volitando, clamitantibus adversariis et maiore parte senatus, meminisse eum debere prius, se consulem populi Romani, quam fratrem P. Claudii, esse: quin ille, sedens pro tribunali, aut arbitrum, aut tacitum spectatorem comitiorum se praeberet; coerceri tamen ab effuso studio nequirit. Magnis contentionibus tribunorum quoque plebei, qui aut contra consulem, aut pro studio ejus pugnant, comitia aliquoties turbata: donec pervicit Appius, ut, dejecto Fabio, fratrem traheret. Creatus P. Claudius Pulcher praeter spem suam et ceterorum. locum suum tenuit L. Porcius Licinus, quia moderatis studiis, non vi Claudiana, inter plebejos certatum est. Praetorum inde comitia sunt habita. C. Decimius Flavius, P. Sempronius Longus, P. Cornelius Cethegus, Q. Naevius Matho, C. Sempronius Blaesus, A. Terentius Varro, praetores facti. Haec eo anno, quo Ap. Claudius, M. Sempronius consules fuerunt, domi militiaeque gesta.

XXXIII. Principio insequentis anni P. Claudius, L. Porcius consules, cum Q. Caecilius, M. Baebius, et Ti. Sempronius, qui ad disceptandum inter Philippum et Eumenem reges Thessalorumque civitates missi erant, legationem renuntiassent, regum quoque eorum civitatumque legatos in senatum introduxerunt. Eadem utrinque iterata, quae dicta apud legatos in Graecia erant. Aliam deinde legationem novam Patres, cujus princeps Ap. Claudius fuit, in Macedoniam et in Graeciam decreverunt ad visendum, redditaene civitates Thessalis et Perhaebis essent. Iisdem mandatum, ut ab Aeno et Maronea praesidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciae ora a Philippo et Macedonibus liberaretur. Peloponnesum quoque adire iussi, unde prior legatio discesserat incertiore statu rerum, quam si non venissent. nam super cetera etiam sine responso dimissi, nec datum petentibus erat Achaeorum concilium. De qua re querente graviter Q. Caecilio, simul Lacedaemoniis deplorantibus, moenia diruta, abductam plebem in Achajam et venundatam, ademptas, quibus ad eam diem civitas stetit, Lyourgii leges, Achaei maxime concilii negati crimen

excusabant, recitando legem, quae, nisi belli pacisque causa, et cum legati ab senatu cum literis aut scriptis mandatis venirent, vetaret indicii concilium. Ea ne postea excusatio esset, ostendit senatus, curae iis esse debere, ut Romanis legatis semper adeundi concilium gentis potestas fieret; quemadmodum et illis, quoties vellet, senatus daretur.

XXXIV. Dimissis iis legationibus, Philippus, a suis certior factus, cedendum civitatibus, deducendaque praesidia esse, in sensu omnibus, in Maronitas iram effundit. Onomasto, qui praeerat maritimae orae, mandat, ut partis adversae principes interficeret. Ille per Casandrum quendam, unam ex regni iam diu habitantem Maroneae, nocte Thracibus intronissis, velut in bello capta urbe, caedem fecit. Id apud Romanos legatos querentes, tam crudeliter adversus innoxios Maronitas, tam superbe adversus populum Romanum factum, ut, quibus libertatem restituendam senatus censuisset, ii pro hostibus trucidarentur, abnuebat, *quidquam eorum ad se, aut quemquam suorum pertinere. Seditioe inter ipsos dimicatum, cum alii ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent: id facile scituros esse. percontarentur ipsos Maronitas: haud dubius, percussis omnibus terrore tam recentis caedis, neminem hiscere adversus se ausurum. Negare Appius, Rem evidentem pro dubia quaerendam. si ab se culpam removere vellet, Onomastum et Casandrum, per quos acta res diceretur, mitteret Romam, ut eos senatus percontari posset.* Primo adeo perturbavit ea vox regem, ut non color, non vultus ei constaret. deinde, collecto tandem animo, Casandrum, qui Maroneae fuisset, si utique vellet, se missurum, dixit. *Ad Onomastum quidem quid eam rem pertinere, qui non modo Maroneae, sed ne in regione quidem propinqua fuisset?* Et parcebat magis Onomasto, honoratiori amico, et eundem indicium haud paulo plus timebat; quia et ipse sermonem cum eo contulerat, et multorum talium ministrum et conscium habebat. Casander quoque, missis, qui per Epirum ad mare prosequerentur eum, ne qua indicium emanaret, veneno creditur sublatus.

XXXV. Et legati a Philippi colloquio ita digressi sunt, ut prae se ferrent, nihil eorum sibi placere: et Philippus, minime, quin rebellandum esset, dubius, quia tamen immaturae ad id vires erant, ad moram interponendam Demetrium, minorem filium, mittere Romanam, simul ad purganda crimina, simul ad deprecandam iram senatus, statuit: satis credens, ipsum etiam juvenem, quod Romae obles specimen regiae indolis dedisset, aliquid momenti facturum. Interim per speciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regulis Thracum injiciendum, profectus, permissis iis uno praelio, et Amadoco duce capto, in Macedoniam rediit, missis ad accolae Istri fluminis barbaros, ut in Italiam irumperent, sollicitandos. Et in Peloponneso adventus Romanorum legatorum, qui ex Macedonia in Achajam ire iussi erant, expectabatur: adversus quos ut praeparata consilia haberent, Lycortas praetor concilium indixit. Ibi de Lacedaemoniis actum. *Ex hostibus eos accusatores facros: et periculum esse, ne victri magis timendi forent, quam bellantes fuissent. quippe in bello socii Romanis Achaeos usos: nunc eosdem Romanos aequiores Lacedaemoniis, quam Achaeis, esse: ubi Areus et Alcibiades, ambo exules, suo beneficio restituti, legationem Romanam adversus gentem Achaeorum ita de ipsis meritam suscepissent, adeoque infesta oratione usi essent, ut patria pulsus, non restituri in eam, viderentur.* Clamor undique ortus, referret nominatim de iis. et, cum omnia ira, non consilio, gererentur, capitis damnati sunt. Paucos post dies Romani legati venerunt. his Clitore in Arcadia datum est concilium.

XXXVI. Priusquam agerent quidquam, terror Achaeis injectus erat et cogitatio, quam non ex aequo disceptatio futura esset; quod Areum et Alcibiadem, capitis ab se in concilio proximo damnatos, cum legatis videbant, nec hincere quisquam audebat. Appius ea, quae apud senatum questi erant Lacedaemonii, displicere senatui ostendit: *caedem primum ad conflictum factam eorum, qui a Philopoemene ad causam dicendam evocari venissent: deinde, cum in homines ita saevitum esset, ut in*

ulla

ulla parte crudelitas eorum cessaret, muros dirutos urbis nobilissimae esse, leges vetustissimas abrogatas, inclisamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatam. Haec cum Appius dixisset, Lycortas, et quia praetor, et quia Philopoemenis, auctoris omnium, quae Lacedaemone acta fuerant, factionis erat, ita respondit: Difficilior vobis, Ap. Claudii, apud vos oratio est, quam Romae nuper apud senatum fuit. Tunc etiam Lacedaemoniis accusantibus respondendum erat: nunc a vobis ipsis accusari sumus, apud quos causa dicenda est. quam iniquitatem conditionis subimus illa spe, iudicis animo te auditurum esse, posita contentione, qua paulo ante egisti. Ego certe, cum ea, quae et hic antea apud Q. Caecilium, et postea Romae questi sunt Lacedaemonii, a te paulo ante relatae sunt, non tibi, sed illis, me apud te respondere credam. Caedem objicitis eorum, qui a Philopoemene praetore evocati ad causam dicendam interfecti sunt. Hoc ego crimen non modo a vobis, Romani, sed ne apud vos quidem nobis objiciendum fuisse arbitror. Quid ita? quia in vestro foedere erat, ut maritimis urbibus abstinerent Lacedaemonii. Quo tempore armis capti urbes, a quibus abstinere iussi erant, nocturno impetu occupaverunt, si T. Quinctius, si exercitus Romanus, sicut antea, in Peloponneso fuisset, eo vimirum capti et oppressi confugissent. Cum vos procul essetis, quo alio, nisi ad nos socios vestros, quos antea Gythio opem ferentes, quos Lacedaemonem vobiscum simili de causa oppugnantes viderant, confugerent? Pro vobis igitur justum piisque bellum susceperimus. Quod cum aliis laudent, reprehendere ne Lacedaemonii quidem possint, Dii quoque ipsi comprobaverint, qui nobis victoriam dederunt; quoniam modo ea, quae belli jure acta sunt, in disceptationem veniunt? quorum tamen maxima pars nihil pertinet ad nos. Nostrum est, quod evocavimus eos ad causam dicendam, qui ad arma multitudine exciverant, qui expugnaverant maritima oppida, qui diripuerant, qui caedem principum fecerant. Quod vero illi, venientes in castra, interfecti sunt, vestrum est, Aram et Alcibiade, qui nunc nos, si Diis placeat, accusatis, non nostrum. Exsules Lacedaemoniorum (quo in numero hi quoque duo fuerunt) et tunc nobiscum erant, et, quod

quod domicilium sibi delegerant maritima oppida, se petitos credentes, in eos, quorum opera patria extorres ne in tuto quidem exilio posse consensescere, se indignabantur, imperum fecerunt: Lacedaemonii igitur Lacedaemonios, non Achaei, interfecerunt. nec, jure an injuria caesi sint, argumentari refert.

XXXVII. At enim illa certe vestra sunt, Achaei, quod leges disciplinamque vetustissimam Lycurgi susulistis, quod viros dirulistis. Quae utraque ab iisdem objici qui possunt? cum muri Lacedaemoniis non ab Lycurgo, sed paucos ante annos ad dissolvendam Lycurgi disciplinam exstructi sint. Tyranni enim nuper eos, arcem et munimentum sibi, non civitati, paraverunt. Et, si existat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum, et nunc se patriam et Spartam antiquam agnoscere dicat. Non Philopoemenem exspectare, nec Achaeos, sed vos ipsi, Lacedaemonii, vestris manibus amoliri et diruere omnia tyrannidis vestigia debuistis. Vestrae enim illae deformes veluti cicatrices servitutis erant: et, cum sine muris per octingentos prope annos liberi, aliquando etiam principes Graeciae fuissetis, muris, velut compedibus, circumdatis vincti per centum annos servistis. Quod ad leges ademptas attinet, ego antiquas Lacedaemoniis leges tyrannos ademisse arbitror; nos non suas ademisse, quas non habebant, sed nostras leges dedisse; nec male consuluisse civitati, cum concilium nostri eam fecerimus, et nobis miscuerimus, ut corpus unum et concilium totius Peloponnesi esset. Tunc, ut opinor, si aliis ipsi legibus viveremus, alias istis injunxissetis, queri, se iniquo jure esse, et indignari possent. Scio ego, Ap. Claudii, hanc orationem, qua sum adhuc usus, neque sociorum apud socios, neque liberae gentis esse: sed vere servorum disceptantium apud dominos. Nam, si non vana illa vox praeconis fuit, qua liberos esse omnium primos Achaeos iussistis, si foedus rarum est, si societas et amicitia ex aequo observatur, cur ego, quid, Capua capta, feceritis Romani, non quaerere; vos rationem reposeitis, quid Achaei Lacedaemoniis bello vicis fecerimus? Interfecti aliqui sunt; finge, a nobis. Quid? vos senatores Campanos servari non percussistis?

Aturos

Muros diruimus. vos non muros tantum, sed urbem et agros ademistis. Specie, inquis, aequum est foedus: re apud Achaeos precaria libertas, apud Romanos etiam imperium est. Sentio, Appi, et, si non oportet, non indignor; sed, oro vos, quantumlibet interfuit inter Romanos et Achaeos, modo ne in aequo hostes vestri nostrique apud vos sint, ac nos socii; immo ne meliore jure sint. Nam, ut in aequo essent, nos fecimus, cum leges iis nostras dedimus; cum, ut Achaeci concilii essent, effecimus. Parum est victis, quod victoribus satis est. plus postulant hostes, quam socii habent. Quae jurejurando, quae monumentis literarum in lapide insculptis in aeternam memoriam sancta atque sacrata sunt, ea cum perjurio nostro tollere parant. Veremur quidem vos, Romani, et, si ita vultis, etiam timemus: sed plus et veremur et timeamus Deos immortales. Cum assensu maximae partis esse auditus, et locutum omnes pro maiestate magistratus censebant: ut facile appareret, molliter agendo dignitatem suam tenere Romanos non posse. Tum Appius, suadere se magnopere Achaeis, dixit, ut, cum liceret voluntate sua facere, gratiam inirent, ne mox inviti et coacti facerent. Haec vox audita quidem cum omnium gemitu est, sed metum injecit imperata reculandi. id modo petierunt, ut Romani, quae viderentur, de Lacedaemoniis mutarent, nec Achaeos religione obstringerent irrita ea, quae jurejurando sanxissent, faciendi. damnatio tantum Arei et Alcibiadis, quae nuper facta erat, sublata est.

XXXVIII. Romae principio ejus anni, cum de provinciis consulum et praetorum actum esset, consulibus Ligures, quia bellum nusquam alibi erat, decreti. Praetores, C. Decimius Flavius urbanam, P. Cornelius Cethegus inter cives et peregrinos fortiti sunt; C. Sempronius Blaesus Siciliam, Q. Naevius Matho Sardiniam, et ut idem de beneficiis quaereret, A. Terentius Varro Hispaniam citeriorem, P. Sempronius Longus Hispaniam ulteriorem. De iis duabus provinciis legati per id fere tempus, L. Juventius Thalna et T. Quiactilius Varus, venerunt. qui, quantum bellum jam profligatum in
Hispa-

Hispania esset, senatu edocto, postularunt simul, ut pro rebus tam prospere gestis Diis immortalibus haberetur honos, et ut praetoribus exercitum deportare liceret. Supplicatio in biduum decreta est. de legionibus deportandis, cum de consulum praetorumque exercitiis ageretur, rem integram referri iusserunt. Paucos post dies consulibus in Ligures binae legiones, quas Ap. Claudius et M. Sempronius habuerant, decretae sunt. De exercitiis Hispaniensibus magna contentio fuit inter novos praetores et amicos absentium, Calpurnii Quinctiique. Utraque causa tribunos plebis, utraque consules habebat. hi, se intercessuros senatusconsulto, si deportandos censerent exercitus, denuntiabant; illi, si haec intercessio ferret, nullam rem aliam se decerni passuros. Victa postremo absentium gratia est, et senatusconsultum factum, *Ut praetores quatuor millia peditum Romanorum scriberent, quadringentos equites, et quinque milia sciorum peditum Latini nominis, quingentos equites, quos secum in Hispaniam portarent. cum eas legiones quatuor descripsissent, quod plus, quam quina milia peditum, trecenti equites, in singulis legionibus esset, dimitterent: eos primam, qui emerita stipendia haberent; deinde, ut cuiusque fortissima opera Calpurnius et Quinctius in proelio usi essent.*

XXXIX. Hac sedata contentione, alia subinde C. Decimii praetoris morte exorta est. Cn. Sicinius et L. Pupius, qui aediles proximo anno fuerant, et C. Valerius flamen Dialis et Q. Fulvius Flaccus (is, quia aedilibus curulis designatus erat, sine toga candida, sed maxima ex omnibus contentione) petebant. certamenque ei cum flamine erat. et postquam primo aequare, mox superare etiam est visus, pars tribunorum plebis negare, rationem ejus habendam esse, quod duos simul unus magistratus, praesertim curules, neque capere posset, nec gerere: pars legibus eum solvi aequum censere, ut, quem vellet, praetorem creandi populo potestas fieret. L. Porcius consul primo in ea sententia esse, ne nomen ejus acciperet. deinde, ut ex auctoritate senatus idem faceret, convocatis Patribus, *referre se ad eos, dixit, quod*
nec

nec jure ullo, nec exemplo tolerabili liberae civitati aedilis curulis designatus praeturam peteret: sibi, nisi quid aliud iis videretur, in animo esse, e lege comitia habere. Patres censuerunt, uti L. Porcius consul cum Q. Fulvio ageret, ne impedimento esset, quo minus comitia praetoris in locum C. Decimii subrogandi e lege haberentur. Agenti consuli ex senatusconsulto respondit Flaccus, nihil, quod se indignum esset, facturum. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum Patrum auctoritati esse. Comitibus acrius etiam, quam ante, petebat, criminando, extorqueri sibi a consule et senatu populi Romani beneficium, et invidiam geminati honoris fieri; tanquam non appareret, ubi designatus praetor esset, extemplo aedilitate se abdicaturum. Consul, cum et pertinaciam petentis crescere, et favorem populi magis magisque in eum inclinari cerneret, dimissis comitiis, senatum vocavit. censuerunt frequentes, quoniam Flaccum auctoritas Patrum nihil movisset, ad populum cum Flacco agendum. Concione advocata, cum egisset consul; ne tum quidem de sententia motus, gratias populo Romano egit, quod tanto studio, quotiescunque declarandae voluntatis potestas facia esset, praetorem se voluisset facere. Ea sibi studia civium suorum destituere non in animo esse. Haec vero tam obstinata vox tantum ei favorem accendit, ut haud dubius praetor esset, si consul accipere nomen vellet. Ingens certamen tribunis, et inter se ipsos, et cum consule, fuit: donec senatus a consule est habitus, decretumque: quoniam, praetoris subrogandi comitia ne legibus fierent, persimacia Q. Flacci et prava studia hominum impedirent, senatum censere, satis praetorum esse: P. Cornelius utramque in urbe jurisdictionem haberet, Apollinique ludos faceret.

XL. His comitiis prudentia et virtute senatus sublatis, alia majoris certaminis, quo et majore de re, et inter plures potentioresque viros, sunt exorta. Censuram summa contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. et L. Scipiones, Cn. Manlius Vulso, L. Furius Purpureo, patricii: plebeji autem, M. Porcius Cato, M. Fulvius Nobilior, Ti. et M. Sempronii, Longus et Tuditanus.

tanus. sed omnes patricios plebejosque nobilissimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut, quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur. Nulla ars, neque privatae, neque publicae rei gerendae, ei defuit. Urbanas rusticisque res pariter callebat. Ad summos honores alios scientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit. huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodeunque ageret. In bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis. idem, postquam ad magnos honores pervenit, summus imperator: idem in pace, si jus consuleres, peritissimus; si causa oranda esset, eloquentissimus. nec is tantum, cujus lingua vivo eo vigerit, monumentum eloquentiae nullum exstet: vivit immo vigetque eloquentia ejus, sacra scriptis omnium generis. Orationes et pro se multae, et pro aliis, et in alios. nam non solum accusando, sed etiam causam dicendo, fatigavit inimicos. Simultates nimio plures et exercuerunt eum, et ipse exercuit eas. nec facile dixeris, utrum magis presserit eum nobilitas, an ille agiterit nobilitatem. Asperi procul dubio animi, et linguae acerbae, et immodice liberae fuit: sed invicti a cupiditatibus animi, et rigidae innocentiae; contemtor gratiae, divitiarum. In parsimonia, in patientia laboris, periculi, ferrei prope corporis animique; quem ne se necus quidem, quae solvit omnia, fragerit. Qui sex-tum et octogesimum annum agens causam dixerit, ipse pro se oraverit, scripseritque: nonagesimo anno Sen. Galbam ad populi adduxerit iudicium.

XLI. Hunc, sicut omni vita, tum petentem premebat nobilitas: coierantque (praeter L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat) candidati omnes ad dejiciendum honore eum; non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur novum hominem censorem videre; sed etiam quod tristem censuram, periculosamque multorum famae, et ab laeso a plerisque, et laedendi cupido, expectabant. Etenim tum quoque minitabundus petebat; *refragari sibi, qui liberam et fortem censuram*

vultu timentes, criminando. et simul L. Valerio suffragabatur. Illo nō collegae castigare se nova flagitia, et prius mores revocare posse. His accensi homines, adversa nobilitate, non M. Porcium modo censorem fecerunt, sed etiam collegam ei L. Valerium Flaccum adjecerunt. Secundum comitia censorum consules praetoresque in provincias profecti sunt, praeter Q. Naevium, quem quatuor non minus menses, priusquam in Sardiniam iret, quaestiones veneficii, quarum magnam partem extra urbem per municipia conciliabulaque habuit, quia ita aptus visum erat, tenuerunt. Si Antiati Valerio credere libet; ad duos hominum millia damnavit. Et L. Postumum praetorem qui Tarentum provincia evenerat, magnas partium conspirationes vindicavit, et reliquias Bacchanalium quaestiones cum omni executione est cura. multos, qui aut citati non affuerant, aut vades deseruerant, in ea regione Italiae latentes, partim noxios judicavit, partim comprehensos Romam ad senatum misit. in carcerem omnes a P. Cornelio coniecti sunt.

XLII. In Hispania ulteriore, fractis proximo bello Lusitanis, quietae res fuerunt. In citeriore A. Terentius in Saesetanis oppidum Corbionem vineis et operibus expugnavit, captivos vendidit: quietae deinde hiberna et citerior provincia habuit. Veteres praetores, C. Calpurnius Piso et L. Quinctius, Romam redierunt. utrique magno Patrum consensu triumphus est decretus. Prior C. Calpurnius de Lusitanis et Celtiberis triumphavit. coronas aureas tulit octoginta tres, et duodecim millia pondo argenti. Paucos post dies L. Quinctius Crispinus ex hisdem Lusitanis Celtiberisque triumphavit. tantundem auri atque argenti in eo triumpho translatum. Censores, M. Porcius et L. Valerius, metu mixta expectatione, senatum legerunt: septem moverunt senatu. ex quibus unum insignem et nobilitate et honoribus, L. Quinctium Flamminium consularem. Patrum memoria institutum fertur, ut censores motis senatu adscriberent notas. Catonis et aliae quidem acerbae orationes exstant in eos, quos aut senatorio loco movit, aut quibus equos ademit: longe gravissima in L. Quinctium oratio est, quae

T. Livij Tom. III. D d G

si accusator ante notam, non censor post notam, usus esset, retinere Quinctium in senatu ne frater quidem T. Quinctius, si tum censor esset, potuisset. Inter cetera obiect ei, Philippum Poenum, carum ac nobile scortum, ab Roma in Galliam provinciam spe ingentium donorum perductum. eum puerum, per lasciviam cum cavillaretur, exprobare consuli per saepe solitum, quod sub ipsam spectaculum gladiatorium abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori vendicaret. Forte epulantibus iis, cum jam vino incalissent, nuntiatam in convivio esse, mobilem Bojum cum liberis transfugam venisse; convenire consulem velle, ut ab eo fidem praesens acciperet. Introductum in tabernaculum per interpretem alloqui consulem coepisse. Inter cujus sermonem Quinctius scorto, *Vis tu, inquit, quoniam gladiatorum spectaculum reliquisti, jam hunc Gallum morientem videre?* Et cum is vixdum serio annuisset, ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percussisse, deinde fugienti, fidemque populi Romani, atque eorum, qui aderant, imploranti, latus transfodisse.

XLIII. Valerius Antias, ut qui nec Catonis orationem legisset. et fabulae tantum sine auctore editae credidisset, aliud argumentum, simile tamen et libidine et crudelitate, peragit. Placentiae famosam mulierem, cujus amore deperiret, in convivium arcessitam scribit. ibi jactantem sese scorto inter cetera retulisse, quam acriter quaestiones exercuisset, et quam multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos securi percussurus esset. Tum illam infra eum accubantem negasse, unquam vidisse quenquam securi ferientem, et pervelle id videre. Hic indulgentem amatorem, unum ex illis miseris, attrahi iustum securi percussisse. Facinus, sive eo modo, quo censor obiect, sive, ut Valerius tradit, commissum est, saevum atque atrox: inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis, in sinu consulis recubantis, mactatam humanam victimam esse: et cruore mensam respersam. In extrema oratione Catonis conditio Quinctio fertur, ut,

si id factum negaret, ceteraque, quae objecisset, sponcione defenderet sese: sin fateretur, ignominiane sua quenam doliturum censeret, cum ipse, vino et Venere amens, sanguine hominis in convivio lusisset?

XLIV. In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiageni ademptus equus. in censibus quoque accipiendis tristis et aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamenta et vestem muliebrem et vehicula, quae pluris, quam quindecim millium aeris, essent, in censum referre viatores iussit. item mancipia minora annis viginti, quae post proximum lustrum decem millibus aeris, aut eo pluris, venissent, uti ea quoque decies tanto pluris, quam quanti essent, aestimarentur; et his rebus omnibus terni in millia aeris attribuerentur. aquam publicam omnem, in privatum aedificium aut agrum fluentem, ademerunt; et, quae in loca publica inaedificata immolitate privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. Opera deinde facienda ex decreta in eam rem pecunia, lacus sternendos lapide, detergendasque, qua opus esset, cloacas; in Aventino et in aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt. Et separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset; et viam per Formianum montem. Cato atria duo, Moenium et Titium in lautumiis, et quatuor tabernas, in publicum emit; basilicamque ibi fecit, quae Porcia appellata est. Et vegetalia summi pretiis, ultro tributa infinis locaverunt. quas locationes cum senatus, precibus et lacrimis publicanorum victus, induci et de integro locari iussisset; censores, edicto submotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paulum imminutis pretiis locaverunt. Nobilis censura fuit, simulatumque plena; quae M. Porcium (cui acerbitas ea assignabatur) per omnem vitam exercuerunt. Eodem anno coloniae duae, Potentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum, deductae sunt. Sena jugera in singulos data. diviserunt agrum, coloniasque deduxerunt iidem tresviri, Q. Fabius Labeo, et M. et Q. Fulvii, Flaccus et Nobilior. Consules ejus anni nec domi nec militiae memorabile quidquam egerunt.

U. C. 569.

a. C. N. 183.

XLV. In insequentem annum creantur consules M. Claudium Marcellum, Q. Fabium Labeonem. M. Claudius, Q. Fabius Idibus Martiis, quo die consulatum inierunt, de provinciis suis praetorumque retulerunt. Praetores creati erant C. Valerius flamen Dialis, qui et priore anno petierat, et Sp. Postumius Albinus, et P. Cornelius Sifenna, L. Pupius, L. Julius, Cn. Sicinius. Consulibus Ligures cum iisdem exercitiis, quos P. Claudius et L. Porcius habuerant, provincia decreta est. Hispaniae extra sortem prioris anni praetoribus cum suis exercitibus servatae. Praetores ita sortiri iussi, ut flamine Diali utique altera juris dicendi Romae provincia esset. peregrinam est sortitus. Sifennae Cornelio urbana, Sp. Postumio Sicilia, L. Pupio Apulia, L. Julio Gallia, Cn. Sicinio Sardinia evenit. L. Julius maturare est iustus. Galli Transalpini, per saltus ignotae antea viae (ut ante dictum est) in Italiam transgressi, oppidum in agro, qui nunc est Aquilejensis, aedificabant. Id eos ut prohiberet, quod ejus sine bello posset, praetori mandatum est. si armis prohibendi essent, consules certiores faceret, ex his placere alterum adversus Gallos ducere legiones. Extremo prioris anni comitia habita erant in demortui Cn. Cornelli locum auguris sufficiens. Creatus Sp. Postumius Albinus.

XLVI. Hujus principio anni P. Licinius Crassus pontifex maximus mortuus est: in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pontifex est cooptatus: pontifex maximus est creatus C. Servilius Geminus. P. Licinii funebris causa visceratio data, et gladiatores centum viginti pugnaverunt, et ludi funebres per triduum facti, post ludos epulum. in quo, cum toto foro strata triclinia essent, tempestas, cum magnis procellis coorta, coegit plerosque tabernacula statuere in foro. Eadem paulo post, cum undique differensset, sublata. defunctosque vulgo ferebant, quod inter fatalia vates cecinissent, necesse esse tabernacula in foro statui. Hac religione levatis altera injecta, quod sanguine per biduum pluisset in area Vulcani: et per decemviros supplicatio indicta erat ejus prodigii expiandi causa. Priusquam consules in

in provincias proficiscerentur, legationes transmarinas in senatum introduxerunt. nec unquam ante tantum regionis ejus hominum Romae fuerat. Nam ex quo fama per gentes, quae Macedoniam accolunt, vulgata est, crimina querimoniasque de Philippo non negligenter ab Romanis audiri, multis operae pretium fuisse queri; pro se quaeque civitates gentesque, singuli etiam privatim, (gravis enim accola omnibus erat) Romam, aut ad spem levandae injuriae, aut ad defendendae solatium, venerunt. Et ab Eumene rege legatio cum fratre ejus Athenaeo venit ad querendum, simul quod non deducerentur ex Thracia praesidia, simul quod in Bithyniam Prusiae bellum adversus Eumenem gerenti auxilia missa forent.

XLVII. Respondendum ad omnia juveni tum admodum Demetrio erat; cum haud facile esset, aut ea, quae objicerentur, aut quae adversus ea dicenda erant, memoria complecti. nec enim multa solum, sed etiam pleraque oppido quam parva erant: de controversia finium, de hominibus raptis pecoribusque abactis, de jure aut dicto per libidinem aut non dicto, de rebus per vim aut per gratiam judicatis. nihil horum neque Demetrium docere dilucide, nec se satis liquido discere ab eo senatus cum cerneret posse; simul et tirocinio, et perturbatione juvenis moveretur; quaeri jussit ab eo, equem de his rebus commentarium a patre accepisset? Cum respondisset, accepisse se; nihil prius nec potius visum est, quam regis ipsius de singulis responsa accipere. Librum ex templo poposcerunt; deinde, ut ipse recitaret, permiserunt. Erant autem de rebus singulis in breve coactae causae: ut alia fecisse se secundum decreta legatorum doceret; alia non per se stetit, quo minus faceret, sed per eos ipsos, qui accusarent. Interposuerat et querelas de iniquitate decretorum, et quam non ex aequo disceptatum apud Caecilium foret, indigneque sibi, nec ullo suo merito, insultatum ab omnibus esset. Has notas iritati ejus animi collegit senatus. ceterum alia excusanti juveni, alia recipienti, futura ita, ut maxime vellet senatus, responderi placuit: *Nihil parrem ejus neque re-
cipere, nec magis, quod ex voluntate senatus esset, fecisse,*

nam quod, uscumque ea gesta essent, per Demetrium filium satisfieri voluisset Romanis. Multa et dissimulare, et oblivisci, et pariter praeterita senatum posse, et credere etiam, Demetrio credendum esse. Obsidem enim se animum ejus habere, etsi patri corpus reddiderit: et scire, quantum salva in patrem pietate possit, amicum eum populo Romano esse. Honorisque ejus causa missuros in Macedoniam legatos, ut, si quid minus factum sit, quam debuerit; tum quoque sine periculo rerum praetermissarum fiat. Velle etiam sentire Philippum, integra omnia sibi cum populo Romano Demetrii filii beneficio esse.

XLVIII. Haec, quae augendae amplitudinis ejus causa facta erant, extemplo in invidiam, mox etiam in perniciem adolescentem verterunt. Lacedaemonii deinde introducti sunt. cultae et parvae disceptationes jactabantur; sed, quae maxime rem continerent, erant: utrum restituerentur, quos Aethiopes damnaverant, nec ne; inique, an jure occidissent, quos occiderant. vertebatur et, utrum manerent in Aethiopo concilio Lacedaemonii; an, ut ante fuerat, secretum ejus unius in Peloponneso civitatis jus esset. Restitui, judiciumque facta tolli placuit: Lacedaemonem manere in Aethiopo concilio: scribique id decretum, et consignari a Lacedaemoniis et Aethiopes. Legatus in Macedoniam Q. Marcius est missus: jussus idem in Peloponneso sociorum res adspicere. nam ibi quoque et ex veteribus discordiis residui motus erant, et Messene desciverat a concilio Aethiopo. cujus belli et causas et ordinem si expromere velint, immemor sum propositi, quo statui non ultra attingere externa, nisi qua Romanis cohaerent rebus.

XLIX. Eventus memorabilis est, quod, cum bello superiores essent Aethiopes, Philopoemen praetor eorum capitur, ad praeeoccupandam Coronam (profectus,) quam hostes petebant, in valle iniqua cum equitibus paucis oppressus. Ipsum potuisse effugere Thracum Cretensiumque auxilio tradunt. sed pudor relinquendi equites, nec bilissimos gentis, ab ipso nuper lectos, tenuit. quibus dum locum ad evadendas angustias cogendo ipse agere
pra

praebet, sustinens impetus hostium; prolapsō equo, et suo ipse casu, et onero equi super eum ruentis, haud multum absuit, quin exarimaretur, septuaginta annos jam natus, et diutino morbo, ex quo tum primum reficiebatur, viribus admodum attenuatis. jacentem hostes superflui oppresserunt: cognitumque primum a verecundia memoriaque meritorum, haud secus quam ducem suum, attollunt reficiuntque, et ex valle devia in viam portant, vix sibi met ipsi prae necopinato gaudio credentes; pars nuntios Messenem praemittunt, debellatum esse, Philopoemenem captum adduci. Primum adeo incredibilis visa res, ut non pro vano modo, sed vix pro sano nuntius audiretur. deinde, ut super alium alius idem omnes affirmantes veniebant, tandem facta fides; et, priusquam appropinquare urbi satis scirent, ad spectaculum omnes, simul liberi ac servi, pueri quoque cum feminis, effunduntur. itaque clauserant portam turbae, dum pro se quisque, nili ipse oculis suis credidisset, vix pro comperta tantam rem habiturus videretur. Aegre submoventes obvios intrare portam, qui adducebant Philopoemenem, potuerunt, atque turba conferta iter reliquam clauserat. et, cum pars maxima exclusa a spectaculo esset, theatrum repente, quod viae propinquum erat, compleverunt, et, ut eo in conspectum populi adduceretur, una voce omnes exposcebant. Magistratus et principes, veriti, ne quem motum misericordia praesentis tanti viri faceret, cum alios verecundia pristinae majestatis collata praesenti fortunae, alios recordatio ingentium meritorum motura esset, procul in conspectu eum statuerunt. deinde raptim ex oculis hominum abstraxerunt, praetore Dinocrate dicente, esse, quae pertinentia ad summam belli percontari eum magistratus vellent. Inde abducto eo in curiam, et senatu vocato, consultari coeptum.

L. Jam in vesperascebat, et non modo cetera, sed ne in proximam quidem noctem ubi satis tuto custodiretur, expediebant. Obstupuerant ad magnitudinem pristinae ejus fortunae virtutisque: et neque ipsi domum recipere custodiendum audebant, nec cuiquam uni custodiam

ejus satis credebant. Admonent deinde quidam, esse thesaurum publicum sub terra, saxo quadrato septum, eo vinctus demittitur, et saxum ingens, quo operitur, machina superimpositum est. ita loco potius, quam homini cuiquam, credendam custodiam rati, lucem insipientem expectaverunt. Postero die multitudo quidem integra, memor pristinorum ejus in civitatem meritorum, parcendum, ac per eum remedia quaerenda esse praesentium malorum, censebant: defectionis auctores, quorum in manu respublica erat, in secreto consultants, omnes ad necem ejus consentiebant: sed, utrum maturarent, an differrent, ambigebatur. Vicit pars avidior poenae, missusque, qui venenum ferret. Accepto poculo, nihil aliud locutum ferunt, quam quaelisse, *si sacolumis Lycorras* (is alter imperator Achaeorum erat) *equitesque evassissens?* Postquam dictum est, *incolumes esse; Bene habet,* inquit; et, poculo impavide exhausto, haud ita multo post expiravit. Non diuturnum mortis ejus gaudium auctoribus crudelitatis fuit. victa namque Messene bello exposcentibus Achaeis noxios dedit, ossaque reddita Philopoemenis sunt: et sepultus ab universo Achaico est concilio, adeo omnibus humanis congestis honoribus, ut ne divinis quidem abstineretur. Ab scriptoribus rerum Graecis Latinisque tantum huic viro tribuitur, ut a quibusdam eorum, velut ad insignem notam hujus anni, memoriae mandatum sit, tres claros imperatores eo anno decessisse, Philopoemenem, Hannibalem, P. Scipionem. adeo in aequo eum duarum potentissimarum gentium suavis imperatoribus posuerunt. >

LI. Ad Prusiam regem legatus T. Quinctius Flamininus venit, quem suspectum Romanis et receptus post fugam Antiochi Hannibal, et bellum adversus Eumenum motum faciebat. ibi, seu quia a Flaminino inter cetera objectum Prusiae erat, hominem omnium, qui viverent, infestissimum populo Romano apud eum esse; qui patriae suae primum, deinde, fractis ejus opibus, Antiocho regi auctor belli adversus populum Romanum fuisset; seu quia ipse Prusias, ut gratificaretur praesenti Flaminino Romanisque, per se necandi aut tradendi ejus in poter-

potestatem consilium cepit; a primo colloquio Flamini milites extemplo ad domum Hannibalis custodiendam missi sunt. Semper talem exitum vitae suae Hannibal profecerat animo, et Romanorum inexpiabile odium in se cernens, et fidei regum nihil sane confusus. Prusiae vero levitatem etiam expertus erat. Flamini quoque adventum velut fatalem sibi horrerat. Ad omnia undique infesta, ut iter semper aliquod praeparatum fugae haberet, septem exitus e domo fecerat; et ex iis quosdam occultos, ne custodia sepirentur. Sed grave imperium regum nihil inexploratum, quod investigari voluit, efficit. totius circuitum domus ita custodiis complexi sunt, ut nemo inde elabi posset. Hannibal, postquam est nuntiatum, milites regios in vestibulo esse, postico, quod devium maxime atque occultissimi exitus erat, fugere conatus, ut id quoque occurfu militum obseptum sensit, et omnia circa clausa custodiis dispositis esse, venenum (quod multo ante praeparatum ad tales habebat casus) poposcit. *Liberemus, inquit, diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis expectare longum censet. Nec magnam, nec memorabilem ex inermi prodigioque Flaminium victoriam feret. mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumentor. Harum patres Pyrrho regi, hosti armato, exercitum in Italia habenti, ut a veneno caveret, praedixerunt. hi legatum consularem, qui auctor esset Prusiae per scelus occidendi hospitis, miserunt.* Exsecratus deinde in caput regnumque Prusiae, et hospitales Deos violatae ab eo fidei testes invocans, poculum exhaustit. Hic vitae exitus fuit Hannibalis.

LII. Scipionem et Polybius, et Rutilius hoc anno mortuum scribunt. Ego neque his, neque Valerio assentior: his, quod, censoribus M. Porcio, L. Valerio, principem senatus ipsum L. Valerium censorem lectum invenio; cum superioribus tribus lustris Africanus fuisset: quo vivo, nisi ut ille senatu moveretur, quam notam nemo memoriae prodidit, alius princeps in locum eius lectus non esset. Antiatem auctorem refellit tribu-
nus plebis M. Naevius, adversus quem oratio inscripta

P. Africanus est. Hic Naevius in magistratuum libris est tribunus plebis, P. Claudio, L. Porcio consulibus: sed iniiit tribunatum, Ap. Claudio, M. Sempronio consulibus, ante diem quartum Idus Decembres. inde tres menses ad Idus Martias sunt; quibus P. Claudius, L. Porcius consulatum inierunt. Ita et vixisse in tribunatu Naevii videtur, diesque ei dici ab eo potuisse; decessisse autem ante L. Valerii et M. Porcii censuram. Trium clarissimorum suae cujusque gentis virorum non magis tempore congruente comparabilis mors videtur esse, quam quod nemo eorum satis dignum splendore vitae exitum habuit. Jam primum omnes non in patrio solo mortui, nec sepulti sunt. veneno abstulit Hannibal et Philopoemen; exsul Hannibal, proditus ab hospite; captus Philopoemen in carcere et in vinculis expiravit. Scipio, etiam non exsul, neque damnatus, die tamen dicta, ad quam non affuerat reus, absens citatus, voluntarium non sibi:net ipse solum, sed etiam funeri suo, exsilium indixit.

LIII. Dum ea in Peloponneso (a quibus divertit oratio) geruntur, reditus in Macedoniam Demetrii legatorumque aliter aliorum affecerat animos. vulgus Macedonum, quos belli ab Romanis imminetis metus teruerat, Demetrium, ut pacis auctorem, cum ingenti favore conspiciebant; simul et spe haud dubia regnum ei post mortem patris destinabant. *Nam, etsi minor aetate, quam Perseus, esset, hunc tamen iusta marrefamiliae, illum pellice ortum esse: illum, ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere; hunc insignem Philippi similitudinem prae se ferre. Ad hoc, Romanos Demetrium in paterno folio locaturos: Persei nullam apud eos gratiam esse.* Haec vulgo loquebantur. itaque et Persea cura angebat, ne parum pro se una aetas valeret, cum omnibus aliis rebus frater superior esset: et Philippus ipse, vix sui arbitrii fore, quem heredem regni relinqueret, credens, sibi quoque graviolem esse, quam vellet, minorem filium censebat. Offendebatur interdum concursu Macedonum ad eum, et alteram jam se vivo regiam esse indignabatur. Et ipse juvenis haud dubie inflatior redierat, subnifus erga se iudicii senatus, concessis-

illisque fili, quae patri negata essent: et omnis mentio Romanorum, quantam dignitatem ei apud ceteros Macedonas, tantam invidiam, non apud fratrem modo, sed iam apud patrem, conciliabat: utique postquam alii legati Romani venerunt, et cogebatur decedere Thracia, raesidiaque deducere, et alia, aut ex decreto priorum gatorum, aut ex nova constitutione senatus, facere. ad omnia moerens quidem et gemens, (eo magis, quod sium frequentiore prope cum illis, quam secum, crebat) obedienter tamen adversus Romanos faciebat, ne nam movendi extemplo belli causam praerberet. Aver-ndos etiam animos a suspicione italium consiliorum rax, mediam in Thraciam exercitum in Odrysas, et Denezetos, et Bessos duxit. Philippopolin urbem, fuga esertam oppidanorum, qui in proxima montium jugam familiis receperant sese, cepit: campestrisque bararos, depopulatus agros eorum, in deditionem accepit. elicto inde ad Philippopolin praelidio, quod haud multo est ab Odrysis expulsum est, oppidum in Deuriopondere instituit. Paeoniae ea regio est prope Erigonum uvium; qui, ex Illyrico per Paeoniam fluens, in Axium mnem editur: Haud procul Stobis, vetere urbe, novam urbem Perseida, ut is filio majori haberetur honos, appellari iussit.

LIV. Dum haec in Macedonia geruntur, consules a provincias profecti. Marcellus nuntium praemisit ad Porcium proconsulem, ut ad novum Gallorum oppidum legiones admoeret. Advenienti consuli Galli sese ediderunt. duodecim millia armatorum erant. plerique arma ex agris rapta habebant. ea aegre patientibus s adempta, quaeque alia aut populantes agros rapuerant, ut secum attulerant. de his rebus qui quererentur, letatos Romam miserunt. Introducti in senatum a C. Varrione praetore exposuerunt, *Se, superante in Gallia multitudine, inopia coactos agri et egestate, ad quaerendam dem Alpes transgressos. quae inculta per solitudines iderent, ibi sine ullius injuria confedisse. Oppidum uoque aedificare coepisse: quod indicium esset, nec agro, ac urbi ulli vim allataros venisse. Nuper M. Claudium*

ad

ad se nuntium misisse, bellum se cum iis, ni dederentur, gesturum. Se, certam, etsi non speciosam, pacem, quam incerta belli, praecipuaes, dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem, populi Romani. Post paucos dies, iustos, et agro et urbe decedere, sese tacitos abire, quo terrarum possent, in animo habuisse. arma deinde sibi, et postremo omnia alia, quae ferrent agerentque, ademsa. Orare se senatum populumque Romanum, ne in se iniurias dedito acerbius, quam in hostes, factirent. Huic orationi senatus ita responderi iussit: Neque illos recte fecisse, cum in Italiam venerint, oppidumque in alieno agro, nullius Romani magistratus, qui ei provinciae praefisset, permissu, aedificare conati sint: neque senatui placere, dedito spoliari. Itaque se cum iis legatos ad consulium missuros; qui, si redeant, unde venerint, omnia iis sua reddi jubeant; quique proximus eant trans Alpes, et denunzient Gallicis populis, multitudinem suam domi contineant. Alpes prope inexsuperabilem suam in medio esse. non utique iis melius fore, quam qui eas primi pervias fecissent. Legati missi L. Furius Purpureo, Q. Minucius, L. Manlius Acidinus. Galli, redditis omnibus, quae sine cujusquam injuria habebant, Italia excellerunt.

LIV. Legatis Romanis Transalpini populi benigne responderunt. Seniores eorum nimiam lenitatem populi Romani castigarunt: Quod eos homines, qui gentis injussu profecti occupare agrum imperii Romani, et in alieno solo aedificare oppidum conati sint, impuniter dimiserint. Debuisse gravem temeritatis mercedem statui. quod vero etiam sua reddiderint, vereri, ne tanta indulgentia plures ad talia audenda impellantur. Et exceperunt, et prosequuti cum donis legatos sunt. M. Claudius consul, Gallis ex provincia exactis, Istriam bellum moliri coepit, literis ad senatum missis, ut sibi in Istriam traducere legiones liceret. Id senatui placuit. Illud agitabant, uti colonia Aquileja deduceretur, nec satis constabat, utrum Latinam, an civium Romanorum, deduci placeret. postremo Latinam potius coloniam deducendam Patres censuerunt. Triumviri creati sunt P. Scipio Na-

sica.

a, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Eodem anno utina et Parma coloniae Romanorum civium sunt deductae. bina millia hominum in agro, qui proxime Borum, antè Tuscorum fuerat, octona jugera Parmae, una Mutinae acceperunt. Deduxerunt triumviri M. Aemilius Lepidus, T. Aebutius Carus, I. Quinctius Ippinus. Et Saturnia colonia civium Romanorum in ruinam Caletranum est deducta. deduxerunt triumviri Fabius Labeo; C. Afranius Stellio, Ti. Sempronius Tacchus. jugera in singulos data decem.

LVI. Eodem anno A. Terentius proconsul hand proflumine Ibero, in agro Aufetano, et proelia secunda cum Celtiberis fecit, et oppida, quae ibi commuerant, aliquot expugnavit. Ulterior Hispania eo anno pace fuit, quia et P. Sempronius proconsul diutino morbo est implicitus, et, nullo lacessente, peropportune iecerunt Lusitani. Nec in Liguribus memorabile ullaquam a Q. Fabio consule gestum. M. Marcellus, Isthria revocatus, exercitu dimisso, Romam comitionum causa rediit. Creavit consules Cn. Raebium Tamillum et L. Aemilium Paulum. cum M. Aemilio Lepido hic aedilis curulis fuerat: a quo consule quintus nus erat, cum is ipse Lepidus post duas repulsas confactus esset. Praetores inde facti Q. Fulvius Flaccus, Valerius Laevinus, P. Manlius iterum, M. Ogulnius Illus, L. Caecilius Denton, C. Terentius Illira. Supplicio extremo anno fuit prodigiorum causa; quod sanctum per biduum pluisse in area Concordiae satis credit; nuntiatumque erat, haud procul Sicilia insulam, ae non ante fuerat, novam editam e mari esse. Hannibalem hoc anno Antias Valerius decessisse auctor est, satis ad eam rem ad Prusiam missis, praeter T. Quintum Flaminium, (cujus in ea re celebre est nomen) L. Aemilium Alistico et P. Scipione Nafica.

EPITOME LIBRI XL.

Cum Philippus liberos eorum, quos occiderat, conquiri obsides iussisset, Theoxena, pro liberis suis et sororis admodum pueris verita regis libidinem, prolatis in medium gladiis et poculo, in quo erat venenum, suasti iis, ut imminens ludibrium morte effugerent: quod cum persuassisset, ipsa se cum viro e navi in mare praecipitavit. Certamina inter Philippi Macedoniae regis liberos Perseus et Demetrius referuntur: et ut fraude fratris sui Demetrius confectis criminibus, inter quae accusatione parricidii et affectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, veneno necatus est; regnumque Macedoniae mortuo Philippo ad Perseus devenit. Item res in Liguribus et in Hispania contra Celtiberos a compluribus feliciter gestas continet. Libri Numa Pompilii in agro L. Petillii scribae sub Janiculo a cultoribus agri, in arca lapidea clausi, et Graeci et Latini, inventi sunt; in quibus cum plura, quae dissolvendarum religionum, praetor, ad quem delati erant, legisset, juravit senatui, contra rempublicam esse, ut legerentur servarenturque: et ex senatusconsulto in Comitio exusti sunt. Colonia Aquileja deducta est. Philippus, aegritudine animi confectus, quod Demetrius filium, falsis Persei alterius filii delationibus impulsus, veneno succulisset, et de poena Persei cogitavit, voluitque Antigonus potius amicum suum successorem regni sui relinquere. Sed in hac cogitatione morte raptus est. regnum Perseus excepit.

LIBER XL.

I. Principio insequentis anni consules praetoresque fortiti provincias sunt. consulibus nulla, praeter Ligures, quae decerneretur, erat. Jurisdictio urbana M. Ognulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio evenit; Hispaniarum Q. Fulvio Flacco citerior, P. Manlio ulterior, L. Caecilio Dentri Sicilia, C. Terentio Istrae Sardinia. Consules de-

U. C. 570.

a. C. N. 182.

ectus habere ius. Q. Fabius ex Liguribus scripserat, uanos ad rebellionem spectare; periculumque esse, ne petum in agrum Pisanum facerent. Et ex Hispaniis, priorem in armis esse, et cum Celtiberis bellari sciebat: in ulteriore, quia diu aeger praetor esset, luxuria otio solutam disciplinam militarem esse. Ob ea novus exercitus conscribi placuit: quatuor legiones in Ligures, singulae quina millia et ducenos pedites, trecenos erent equites: sociorum iisdem Latini nouenis quinque millia peditum addita, et octingenti equites. hi consulares exercitus essent. Scribere praeterea iussit septem millia peditum sociorum ac Latini nominis, et adringentos equites; et mittere ad M. Marcellum in Hispaniam, cui ex consulatu prorogatum imperium erat. Hispaniam etiam utramque quae ducebantur, quatuor millia peditum civium Romanorum et ducenti equites, sociorum septem millia peditum cum trecentis equitibus scribi iussa. et Q. Fabio Labeoni cum exercitu, eam habebat in Liguribus, prorogatum in annum imperium est.

II. Ver procellosum eo anno fuit. pridie Parilia, die, ferme die, atrox cum vento tempestas coorta multis sacris profanisque locis stragem fecit: signa aenea in Capitolio dejecit: forem ex aede Lunae, quae in Avenio est, raptam tulit, et in posticis partibus Cereris templi affixit: signa alia in circo maximo cum columnis, quibus superstabant, evertit: fastigia aliquot templorum, columnis abrupta, foede dissipavit. Itaque in procerum versa ea tempestas, procurarique haruspices iussit. simul procuratum est, quod tripodem mulum ante natum nuntiatum erat, et a Formis aedem Apollinis ac Cajetae de coelo tactam. ob ea prodigia viginti diebus majoribus sacrificatum est, et diem unum supplicio fuit. Per eosdem dies ex literis A Terentii proretoris cognitum, P. Sempronium in ulteriore provincia, cum plus annum aeger fuisset, mortuum esse. eo itur in Hispaniam praetores iussi proficisci. Legiones transmarinae deinde in senatum introductae sunt. una Eumenis et Pharnacis regum, et Rhodiorum, quatuor de Sinopenum clade. Philippum quoque legatum

et

et Achaeorum, et Lacedaemoniorum, sub idem tempus venerunt. iis, prius Marcio audito, qui ad res Graeciae Macedoniaeque visendas missus erat, responsa data sunt. Asiae regibus ac Rhodiis responsum est, legatos ad eas res visendas missurum senatum.

III. De Philippo auxerat curam Marcus. nam ita fecisse eum, quae senatui placuissent, fatebatur, ut facile appareret, non diutius, quam necesse esset, facturum. neque obscurum erat rebellaturum, omniaque, quae tunc ageret diceretque, eo spectare. Jam primum omnem fere multitudinem civium ex maritinis civitatibus cum familiis suis in Emathiam, quae nunc dicitur, quondam appellata Paeonia est, traduxit: Thracibusque et aliis barbaris urbes tradidit habitandas, fidiora haec genera hominum fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum tota Macedonia fecit; relinquentesque penates suos cum conjugibus ac liberis pauci tacitum dolorem continebant; execrationesque in agminibus proficiscentium in regem, vincente odio metum, exaudiebantur. His ferox animus omnes homines, omnia loca temporaque suspecta habebat. Postremo negare popalam coepit, satis tutum sibi quidquam esse, nisi liberos eorum, quos interfecisset, comprehensos in custodia haberet, et tempore alium alio tolleret.

IV. Eam crudelitatem, foedam per se, foediorum unius domus clades fecit. Herodicum, principem Thebalorum multis ante annis occiderat: generos quoque ejus postea interfecit. in viduitate relictas filias, singulos filios parvos habentes. Theoxena et Archo nomina mulieribus erant. Theoxena, multis petentibus, aspernata nuptias est. Archo Poridi cuidam, longe principis gentis Aeneatum, nupsit; et, apud eum plures enisa partus, parvis admodum relictis omnibus, decessit. Theoxena, ut in suis manibus liberi sororis educarentur, Poridi nupsit: et, tanquam omnes ipsa enisa foret, suum fororisque filios in eadem habebat cura. postquam regis edictum de comprehendendis liberis eorum, qui interfecti essent, accepit; ludibrio futuros, non regis modo, sed

sed custodum etiam libidini, rata, ad rem atrocem animum adiecit; ausaque est dicere, se sua manu potius omnes interfectorum, quam in potestatem Philippi venirent. Poris, abominatus mentionem tam foedi facinoris, Athenas deportaturum eos ad fidos hospites dixit, comitemque ipsum fugae futurum esse. Proficiscuntur ab Thessalonica Aeneam ad statum sacrificium, quod conditori Aeneae cum magna caerimonia quotannis faciunt. ibi die per sollemnes epulas consumto, navem praeparatam a Poride, sopitis omnibus, de tertia vigilia conscendunt, tanquam redituri in Thessalonicam: sed trajicere in Euboeam erat propositum. Ceterum in adversum ventum nequidquam eos tendentes prope terram lux oppressit: et regum, qui praeerant custodiae portus, lembum armatum ad pertrahendam eam navium miserunt, cum gravi edicto, ne reverterentur sine ea. Cum jam appropinquabant, Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat; interdum manus ad coelum tendens Deos, ut ferrent opem, orabat. ferox interim femina, ad multo ante praecogitatum revoluta facinus, venenum diluit, ferrumque promit: et, posito in conspectu poculo, strictisque gladiis, *Mors, inquit, tua vindicta est. Viae ad mortem hae sunt: qua quemque animus fert, effugisse superbiam regiam. Agite, juvenes mei, primum, qui majores estis, capite ferrum; aut haurite poculum, si seignior mors juvat.* Et hostes adcrant, et auctor mortis instabat. Alii alio leto absumpti semianimes e nave praecipitantur. ipsa deinde, virum comitem mortis complexa, in mare sese dejecit. nave vacua dominis regum potiti sunt.

V. Hujus atrocitas facinoris novam velut flammam regis invidiae adiecit, ut vulgo ipsum liberosque ejus execrarentur. quae dirae brevi ab omnibus Diis exaudita, ut saeviret ipse in suum sanguinem, effecerunt. Perseus enim, cum in dies magis cerneret favorem dignitatemque Demetrii fratris apud Macedonum multitudinem crescere, et gratiam apud Romanos, sibi sperni nullam regni superesse, nisi in scelere, ratus, ad id unum omnes cogitationes intendit. ceterum cum se ne ad id

quidem, quod muliebri cogitabat animo, satis per se validum crederet, singulos amicorum patris tentare sermonebus perplexis institit. et primo quidam ex his aspernantium tale quidquam speciem praeberunt, quia plus in Demetrio spei ponebant. deinde, crescente in dies Philippi odio in Romanos, cui Perseus indulgeret, Demetrius summa ope adversaretur, prospicientes animo exitum incauti a fraude fraterna juvenis, adjuvandum, quod futurum erat, rati, fovendamque spem potentioris, Perseo se adjungunt. cetera in suum quaeque tempus agenda differunt. in praesentia placet, omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad consilia belli, ad quae jam sua sponte animum inclinasset. Simul, ut Demetrius in dies suspectior esset, ex composito sermones ad spreptionem Romanorum trahebant. ibi cum alii mores et instituta eorum, alii res gestas, alii speciem ipsius urbis, nondum exornatae neque publicis neque privatis locis, alii singulos principum eluderent; juvenis incautus, et amore nominis Romani, et certamine adversus fratrem, omnia tuendo suspectum se patri et opportunum criminibus faciebat. Itaque expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorum habebat. totus in Persea versus, cum eo cogitationes ejus rei dies ac noctes agitabat. Redierant, quos forte miserat in Bactanas ad arcessenda auxilia, adduxerantque inde nobiles juvenes, et regii quosdam generis: quorum unus sororem suam in matrimonium Philippi filio pollicebatur: erexeratque confociatio gentis ejus animum regis. Tum Perseus, *Quid ista profunt?* inquit. *nequaquam tantum in externis auxiliis est praesidii, quantum periculi fraude domestica. Proditorem nolo dicere, certe speculatorem habemus in sinu: cujus, ex quo obses Romae fuit, corpus nobis reddiderunt Romani, animum ipsi habent. Omnium paene Macedonum in eum ora conversa sunt: nec regem se alium renur habituros esse, quam quem Romani dedissent.* His per se aegra mens lenis stimulabatur. et animo magis, quam vultu, ea crimina accipiebat.

VI. Forte lustrandi exercitus venit tempus, cujus sollempne est tale. Caput mediae canis praecisae et prior pars

pars ad dexteram, cum extis posterior ad laevam viae ponitur. inter hanc divisam hostiam copiae armatae traducuntur. praefertur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedoniae regum: deinde rex ipse cum liberis sequitur: proxima est regia cohors cithaerumque corporis; postremum agmen Macedonum cetera multitudo claudit. Latera regis duo filii juvenes cingebant, Perseus jam tricesimum annum agens, Demetrius quinquennio minor; medio juventae robore ille, hic flore; fortunati patris matura soboles, si mens sana fuisset. Mos erat, lustrationis sacro peracto, exercitum decurrere, et divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnae. Regii juvenes duces ei ludicro certamini dati. ceterum non imago fuit pugnae, sed, tanquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt, multaque vulnera ludibus facta; nec praeter ferrum quidquam defuit ad justam belli speciem. Pars ea, quae sub Demetrio erat, longe superior fuit. id aegre patiente Perseo, laetari prudentes amici ejus, eamque rem ipsam dicere praebituram causam criminandi juvenis.

VII. Convivium eo die sodalium, qui simul decurrerant, uterque habuit, cum vocatus ad coenam ab Demetrio Perseus negasset. Festo die invitatio benigna et hilaritas juvenalis utrosque in vinum traxit. Commemoratio ibi certaminis ludicri et jocosa dicta in adversarios, ita ut ne ipsis quidem ducibus abstineretur, jactabantur. Ad has excipiendas voces speculator ex convivis Persei missus, cum incautior obversaretur, exceptus a juvenibus forte triclinio egressis, male mulcatur. Hujus rei ignarus Demetrius, *quin commissarum, inquit, ad fratrem imus? et iram ejus, si qua ex certamine resider, simplicitate et hilaritate nostra lenimus?* Omnes se ire conclamantur, praeter eos, qui speculatoris ab se pulsati praesentem ultionem metuebant. cum eos quoque Demetrius traheret, ferrum veste abdiderunt, quo se tutari, si qua vis fieret, possent. Nihil occulti esse in intestina discordia potest. utraque domus speculatorum et proditorum plena erat. Praecurrit index ad Persea, ferro incoinctos nuntians cum Demetrio quatuor adolescentes

causa belli causa apparebat, (nam ab iis pulsatum con-
 siderari non audebat) tamen, infamandae rei causa, ja-
 ctantur: quod scilicet patet: et ex parte superiore aedium, ver-
 gunt in vitium fenestris, commissatores, tanquam ad cae-
 lum suam venientes, aditu januae arceat. Demetrius,
 invidiam, quod excluderetur, paulisper vociferatus,
 convivium redit, totius rei ignarus.

VIII. Postero die Perseus, quam primum conve-
 niendi potestas patris fuit, regiam ingressus, perturbato
 vultu in conspectu patris tacitus procul constitit. cui,
 cum pater, *Sarin' salvae?* et, *quaenam ea moestitia esset?*
 interrogaret eum, *De lucro tibi, inquit, vivere me scito.*
Jam non occultis a fratre petimur infidiis. Nocte cum
armatis domum ad interficiendum me venit: clausisque
foribus, parietum praesidio me a furore ejus sum rusa-
tus. Cum pavorem mixtum admiratione patri injecisset,
Atqui, si aures praebere potes, inquit, manifestam rem
teneas, faciam. Enimvero se, Philippus dicere, *audi-*
turum, vocarique extemplo Demetrium jussit: et senio-
 res duos amicos, expertos inter fratres certaminum, in-
 frequentes jam in regia, Lyfimiathum et Onomastrum ar-
 cessit, quos in consilio haberet. Dum veniunt amici,
 solus, filio procul stante, multa secum animo volutans,
 inambulavit. postquam venisse eos nuntiatum est, se-
 cessit in partem interioriorem cum duobus amicis, totidem
 custodibus corporis: filiis, ut ternos inermes secum in-
 troducerent, permisit. Ibi cum confedisset: *Sedeo, in-*
quit, miserrimus pater, judex inter duos filios, accusa-
tores parricidii, et reum; aut conficti, aut admissi cri-
minis labem apud meos inventurus. Jam pridem quidem
 hanc procellam imminentem timebam, cum vultus inter
 vos minime fraternos cernebam, cum voces quasdam exau-
 direm. sed interdum spes animum subibat, deslagrare
 iras vestras, purgari suspensiones posse. etiam hostes, ar-
 mis positis, foedus icisse, et privatas multorum simulas
 finitas. subjuram vobis aliquando germanitatis memo-
 riam, puerilis quondam simplicitatis consuetudinisque
 inter vos, meorum denique praeceptorum; quae, vereor,
 ne vana surdis auribus cecimerim. Quosies ego, audien-
 tibus

U. C. 570.

a. C. N. 182.

tibus vobis, detestatus exempla discordiarum fraternarum, horrendos eventus eorum retuli, quibus se stirpemque suam, domos, regna, funditus everterent? Meliora quoque exempla parte altera posui; sociabilem consortionem inter binos Lacedaemoniorum reges, salutarem per multa secula ipsis patriaeque. Eandem civitatem, postquam mos sibi cuique rapiendi tyrannidem exortus sit, everfam. Jam hos Eumenem Atiatumque fratres, a quam exiguis rebus, prope ut puderet regii nominis, mihi, Antiocho, et cuilibet regum hujus aetatis, nulla re magis, quam fraterna unanimitate, regnum aequasse. Ne Romanis quidem exemplis abstinui, quae aut visa, aut audita habebam: T. et L. Quinctiorum, qui bellum mecum gesserunt, P. et L. Scipionum, qui Antiochum devicerunt; patris patruique eorum, quorum perpetuam vitae concordiam mors quoque miscuit. Neque vos illorum scelus, similisque sceleri eventus, detertere a recordi discordia potuit; neque horum bona mens, bona fortuna, ad sanitatem flectere. Vivo et spirante me, hereditatem meam imbo et spe et cupiditate improbo crevistis. Eo usque me vivere vultis, donec, alterius vestrum superstes, haud ambiguus regem alterum mea morte faciam. Nec fratrem, nec patrem potestis pati. nihil cari, nihil sancti est: in omnium vicem regni unius insatiabilis amor successit. Agite, conscelerate aures paternas: decernite criminibus, mox ferro decreturi: dicite palam, quidquid aut veri potestis, aut comminisci libet. Referatae aures sunt, quae posthac secretis alterius ab altero criminibus clauduntur. Haec, furens ira, cum dixisset, lacrimae omnibus obortae, et diu moestum silentium tenuit.

IX. Tum Perseus: *Aperienda nimirum nocte janua fuit, et armati commissatores accipiendi, praebendumque ferro jugulum, quando non creditur, nisi perpetratum, facinus; et eadem peritus insidiis audio, quae laero atque insidiator. Non nequidquam illi unum Demerium filium re habero, me subditum et pellice genitum appellavit. nam, si gradum, si caritatem filii apud te haberem, non in me, querentem deprehensas insidias, sed in eum, qui fecisset, facivres: nec adeo tibi vilis vita esset nostra, ut nec pra-*

verito periculo meo movereris, neque futuro, si insidiantibus sit impune. Itaque, si mori tacitum oportet, taceamus, precati tantum Deos, ut a me coeptum scelus in me finem habeat, nec per meum latus tu petaris. Sim autem (quod circumventis in solitudine natura ipsa subjicit, ut hominum, quos nunquam viderint, fidem tamen implorent) mihi quoque, ferrum in me strictum cernenti, vocem mittere liceat; per te, patriumque nomen, quod uiri nostrum sanctius sit, jam pridem sentis, ita me audias, precor, tanquam si, voce et comploratione nocturna excitus, mihi quiritali intervenisses, Demetrium cum armatis nocte intempesta in vestibulo meo deprehendisses. quid tum vociferarer in re praesenti pavidus, hoc nunc postero die queror. Frater, non comissantium in vicem jam diu vivimus inter nos. regnare utique vis: huic spei tuae obstat aetas mea, obstat gentium jus, obstat vetustus Macedoniae mos, obstat vero etiam patris iudicium. Haec transcendere, nisi per meum sanguinem, non potes. omnia moliris et tentas. adhuc seu cura mea, seu fortuna, restitit parricidio tuo. Hesternam die in lustratione, et decursu, et simulacro ludicro pugnae, funestum prope proelium fecisti: nec me aliud a morte vindicavit, quam quod me ac meos vinci passus sum. Ab hostili proelio, tanquam fraterno lusu, pertrahere me ad coenam voluisti. Credis, me, pater, inter inermes convivae coenaturum fuisse, ad quem armati comissarum venerunt? credis nihil a gladiis nocte periculum fuisse, quem sudibus, te inspicente, prope occiderunt? Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum, quid cum ferro succinctis juvenibus venis? Convivam me tibi committere ausus non sum; comissatorem te cum armatis venientem recipiam? Si aperta janua fuisset, funus meum parares hoc tempore, pater, quo querentem audis. Nihil ego, tanquam accusator, criminoze nec dubia argumentis colligendo ago. Quid enim? negat se cum multitudine venisse ad januam meam? an ferro succinctos secum fuisse? Quos nominavero, arcesse possunt quidem omnia audere, qui hoc ausi sunt; non tamen audebunt negare. Si deprehensos intra limen meum cum ferro ad te deducerem, pro manifesto haberes; faceres pro deprehensis habe.

X. *Exsecrare nunc cupiditatem regni, et furias fraternas concita. sed, ne sint caecae, pater, execrationes tuae, discernere et dispice infidiatorem et peritum infidiis. noxium huic esse caput. Qui occisurus fratrem fuit, habeat etiam iratos paternos Deos: qui perituro fraterno scelere fuit, perfugium in patris misericordia et justitia habeat. Quo enim alio confugiam, cui non sollemne iustitiae exercitus tui, non decursus militum, non domus, non epulae, non nox, quod quiescem data naturae beneficio mortalibus, tuta est? Si icro ad fratrem invitatus, moriendum est: si recepero intra januam commissatum fratrem, moriendum est. nec eundo, nec manendo infidias evito. quo me conferam? Nihil praeter Deos, pater, et te colui. non Romanos habeo, ad quos confugiam. perisse expectant, quia tuis injuriis doleo, quia ademptas tot urbes, tot gentes, modo Thraciae maritimam oram, indignor. nec me, nec te incolui, Macedoniam suam futuram sperant. Si me scelus fratris, te senectus, absumseris, aut ne ea quidem expectata fuerit, regem regnumque Macedoniae sua futura sciunt. Si quid extra Macedoniam tibi Romani reliquissent, mihi quoque id relictum crederem receptaculum. At in Macedonibus satis praesidium est. Vidisti hesterno die imperum in me milisum. Quid illis defuit, nisi ferrum? Quod illis defuit interdium, convivae fratris noctu sumserunt. Quid de magna parte principum loquar, qui in Romanis spem omnem dignitatis et fortunae posuerunt, et in eo, qui omnia apud Romanos potest? neque, Hercule, istum mihi tantum fratri majori, sed prope est, ut tibi quoque ipsi, regi et patri, praeferaut. Iste enim est, cujus beneficio poenam tibi senectutis remisit, qui nunc te ab armis Romanis protegit, qui tuam senectutem obligatam et obnoxiam adolescentiae suae esse aequum censet. Pro isto Romani stant, pro isto omnes urbes tuo imperio liberatae, pro isto Macedones, qui pace Romana gaudent. Mihi praeter te, pater, quid inquam aut spei, aut praesidii est?*

XI. *Quo spectare illas literas ad te nunc missas T. Quinctii credis, quibus, et bene te consuluisse rebus tuis, ais, quod Demetrium Romam miseris, et hortatus, ut*

iterum, et cum pluribus legatis et primoribus Macedonum, remittas eum? T. Quinctius nunc est auctor omnium rerum isti et magister. Eum sibi, te abdicato patre, in l. cum tuum substituis. illic ante omnia clandestina concocia sunt consilia. Quaeruntur adjutores consiliis, cum te plures, et principes Macedonum, cum isto mittere jubet. Qui hinc integri et sinceri Romam eunt, Philippum regem se habere credentes, imbuti illinc et infecti Romanis delinimentis redeunt. Demetrius iis unus omnia est. cum jam regem, vivo patre, appellant. Haec si indignor, audiendum est statim, non ab aliis solum, sed etiam a te, pater, cupiditatis regni crimen. Ego vero, si in medio ponitur, non agnosco. quem enim suo loco moveo, ut ipse in ejus locum succedam? Unus ante me pater est: et, ut diu sit, Deos rogo. Superstes (et ita sim, si merebor, ut ipse me esse velit) hereditatem regni, si pater traderet, accipiam. Cupit regnum, et quidem scelerate cupit, qui transcendere festinat ordinem aetatis, naturae, moris Macedonum, juris gentium. Obstat frater major, ad quem jure, voluntate etiam patris, regnum pertinet. Tollatur: non primus regnum fraternae caecae petiero. Pater senex, et filio solus orbatus, de se magis timebit, quam ut filii necem ulciscatur. Romani laetabuntur, probabunt, defendent factum. Haec spes incertae, pater, sed non inanes sunt. ita enim se res habet: periculum vitae propellere a me potes, puniendo eos, qui ad me interficiendum ferrum sumserunt: si facinori eorum successerit, mortem meam idem su persequi non poteris.

XII. Postquam dicendi finem Perseus fecit, conjecti eorum, qui aderant, oculi in Demetrium sunt, velut confestum responsurus esset. deinde diu fuit silentium, cum perfusum fletu appareret omnibus loqui non posse. Tandem vicit dolorem ipsa necessitas, cum dicere juberent; atque ita orsus est: *Omnia, quae reorum antea fuerant auxilia, pater, praecoccupavit accusator. Simulatis lacrimis in alterius perniciem veras meas lacrimas suspectas tibi fecit. cum ipse, ex quo ab Roma redii, per occulta cum suis colloquia dies noctesque insidietur; ultro tibi non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percusso-*

cufforis, speciem induis. Periculo suo te exteres, ut innoxio fratri per eundem se mares perniciem. perfugium sibi nusquam gentium esse ait, ut ego ne apud te quidem quidquam spei reliquae habeam. Circumventum, solum, inopem, invidia gratiae externae, quae obeſt potius, quam prodeſt, onerat. Jam illud quam accuſatorie, quod noctis hujus crimen miſcuit cum cetera infectatione vitae meae? ut es hoc, quod jam, quale fit, ſcies, ſuſpectum alio vitae noſtrae timore faceret: et illam vanam criminationem ſpei, voluntatis, conſiliorum meorum nocturno hoc ficto et composito argumento fulciret. Simul et illud quaefiſit, ut repentina et minime praeparata accuſatio videretur, quippe ex noctis hujus metu et tumultu repentino exorta. Oportuit autem, Perſeu, ſi proditor ego patris regniſque eram, ſi cum Romanis, ſi cum aliis inimicis patris inieram conſilia, non expectatam fabulam noctis hujus eſſe, ſed proditorum meae ante me accuſatum: ſi illa ſeparata ab hac vana accuſatio erat, invidiamque tuam adverſus me magis, quam crimen meum indicatura, hodie quaque tam aut praetermitti, aut in aliud tempus differri: ut perſpiceretur, utrum ego tibi, an tu mihi, novo quidem et ſingulari genere odii, inſidias feciſſes. Ego tamen, quantum in hac ſubita perturbatione potero, ſeparabo ea, quae tu confuſiſti: et noctis hujus inſidias, aut tuas, aut meas, deregam. Occidendi ſui conſilium me inſiſſe, videri vult: ut ſcilicet, majore fratre ſublato, cujus jure gentium, more Macedonum, tuo etiam, ut ait, iudicio regnum eſt futurum, ego minor in ejus, quem occidiſſem, ſuccederem locum. Quid ergo illa ſibi vult pars altera orationis, qua Romanos a me cultos ait, atque eorum ſidacia in ſpem regni me veniſſe? nam ſi et in Romanis tantum momenti eſſe credebam, ut, quem vellet, imponerent Macedoniae regem, et meae tantum apud eos gratiae conſidebam, quid opus parricidio fuit? An, ut cruciatum fraternam caede diadema gererem? ut illis iſtis, apud reges aut vera, aut certe ſimulata, probitate partem gratiam habeo, ſi quam forte habeo, exſecrabilis et inviſus aſſum? niſi T. Quinctium credis, cujus virtute et conſiliis me nunc arguis regi, cum et ipſe tali pietate vivat cum fratre, mihi fraternae caedis fuiſſe auctorem. Idem non

Romanorum solum gratiam, sed Macedonum iudicia, ac paene omnium Deorum hominumque consensum collegis, per quae omnia se mihi parem in certamine non futurum crediderit. idem, tanquam in aliis omnibus rebus inferior essem, ad sceleris spem ultimam confugisse me infirmulas. Vis hanc formulam cognitionis esse, ut, uter timuerit, ne alter dignior videretur regno, is consilium opprimenti fratris cepisse iudicetur?

XIII. Exsequamur tamen quocumque modo confecti ordinem criminis. Pluribus modis se petitum criminatus est, et omnes insidiarum vias in unum diem contulit. Volui interdum eum post lustrationem, cum concurrimus, et quidem, si Diis places, lustrationum die occidere: volui, cum ad coenam invitavi, veneno scilicet tollere: volui, cum commissarum gladiis accincti me secuti sunt, ferro interficere. Tempora quidem qualia sunt ad parricidium electa, videlicet: lusus, convivii, commissationis. Quid? dies qualis? quo lustratus exercitus, quo inter divisam victimam, praedaris omnium, qui unquam fuerunt, Macedoniae regnum armis regis, duo soli tua regentes latera, pater, praevecti sumus, et securum est Macedonum agmen. Hoc ego, etiam si quid anse admissem piaculo dignum, lustratus et expiatus sacro, tum cum maxime in hostiam itinere nostro circumdatam intuens, parricidium, venena, gladios, in commissationem praeparatos, volutabam in animo: ut quibus aliis deinde sacris contaminatam omni scelere mentem expiarem? Sed caecus criminandi cupiditate animus, dum omnia suspecta efficere vult, aliud alio confundit, nam, si veneno te inter coenam tollere volui, quid minus aptum fuit, quam pertinaci certamine et concursu iratus te efficere, ut merito, sicut fecisti, invitatus ad coenam abnueres? Cum autem iratus negasses, utrum, ut placarem te, danda opera fuit, ut aliam quaererem occasionem, quoniam semel venenum paraveram? an ab illo consilio velut transfiliendum ad aliud fuit, ut ferro te, et quidem eo die, per speciem commissationis, occiderem? Quo deinde modo, si te metu mortis credebam coenam evitasse meam, non ab eodem metu commissationem quoque evitaturum existimabam?

XIV. *Non est res, qua erubescam, pater, si die festo inter aequales largiore vino sum usus. tu quoque, velim, inquiras, qua laetitia, quo lusu apud me celebratum hesternum convivium sit, illo etiam (pravo forsitan) gaudio provehente, quod in juvenali armorum certamine pars nostra non inferior fueras. miseria haec et meus crapulam facile excusserunt; quae si non intervenissent, insidiatores nos sopiti jaccremus. Si domum tuam expugnaturus, capta domo dominum interfectorus eram, non temperassem vino in unum diem? non milites abstinuissem meos? Et, ne ego me solus nimia simplicitate tucar, ipse quoque minime malus ac suspicax frater, Nihil aliud scio, inquit, nihil arguo, nisi quod cum ferro commissatum venerunt. Si quaeram, unde id ipsum scieris? necesse erit te fateri, aut speculatorum tuorum plenam domum fuisse meam, aut illos ita aperte sumfisse ferrum, ut omnes viderent. et, ne quid ipse aut prius inquisisse, aut nunc criminoso argumentari videretur, te quaerere ex iis, quos nominasset, jubebat, an ferrum habuissent? ut, tanquam in re dubia, cum id quaesisses, quod ipsi farentur, pro convictis haberentur. Quin tu illud quaeri jubes, num tui occidendi causa ferrum sumferint? num me auctore et sciente? Hoc enim videri vis, non illud, quod farentur, et palam est, et sui se tuendi causa sumfisse dicunt. Recte, an perperam fecerint, ipsi sui facti rationem reddent. Meam causam, quae nihil eo facto contingitur, ne miscueris: aut explica, utrum aperte, an clam te aggressuri fuerimus. Si aperte, cur non omnes ferrum habuimus? cur nemo praeter eos, qui tuum speculatorem pulsarunt? si clam, quis ordo consilii fuit? Convivio soluto, cum commissator ego discessissem, quatuor substitissent, ut sopitum te aggredierentur? quomodo fefellerint, et alieni, et mei, et maxime suspecti, quia paulo ante in vixta fuerant? quomodo autem, trucidato te, ipsi evadere fuerint? quatuor gladiis domus tua capi et expugnari potuit?*

XV. *Quin tu, omissa ista nocturna fabula, ad id, quod doles, quod invidiam urit, reverteris? Cur usquam regni, tui mentis sit, Demetri? cur dignior patris fortu-*

*fortunaе successor quibusdam videris, quam ego? cur spem meam, quae, si tu non esses, certa erat, dubiam et sollicitam facis? Haec sentit Perseus, etsi non dicit: haec istum inimicum, haec accusatorem faciunt: haec domum, haec regnum tuum criminibus et suspicionibus replent. Ego autem, pater, quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere unquam de eo forsitan debeam, quia minor sum, quia tu me majori cedere vis; sic illud nec debui facere, nec debeo, ut indignus te patre, indignus omnibus videar. id enim virtutis meis, non cedendo, cui jus fasque est, non modestia, consequar. Romanos objicis mihi, et ea, quae gloriae esse debent, in crimen vertis. Ego, nec obsec Romanis ut traderer, nec ut legatus mixerer Romam, petii. a te missus ire non recusavi. utroque tempore ita me gessi, ne tibi pudori, ne regno tuo, ne genti Macedonum essem. Itaque mihi cum Romanis amicitiae causa tu fuisti, pater. Quoad tecum illis pax manebit, mecum quoque gratia erit: si bellum esse coeperit, qui obsec, qui legatus pro patre non inutilis fui, idem hostis illis acerrimus ero. Nec hodie, ut profici mihi gratia Romanorum, postulo; ne obsec, tantum deprecor. nec in bello coepit, nec ad bellum reservatur. Pacis pignus fui, ad pacem retinendam legatus missus sum. neutra res mihi nec gloriae, nec crimini sit. Ego, si quid impie in te, pater, si quid scelerate in fratrem admisi, nullam deprecor poenam. si innocens sum, ne invidia conflagrem, cum crimine non possim, deprecor. Non hodie me primum frater accusat: sed hodie primum aperte, nullo meo in se merito. Si mihi pater succenserat, te majoram fratrem pro minore deprecari oportebat, te adolescentiae, te errori veniam impetrare. in eo, ubi praesidium esse oportebat, ibi exitium est. E. convivio et comissionibus prope semisomnus raptus sum ad causam parricidii dicendam. sine advocatis, sine patronis, ipsa pro me dicere cogor. Si pro alio dicendum esses, tempus ad meditandum et componendam orationem sumsissem, cum quid aliud, quam ingenii fama, periclitarer? Ignarus, quid arcessitur essem, te iratum et jubentem dicere causam, fratrem accusantem audiui. Ille diu ante praeparata, meditata in me oratione est usus: ego id tantum temporis, qua accu-
facue*

U. C. 570.

a. C. N. 182.

satus sum, ad cognoscendum, quid ageretur, habui. Utrum momento illo horae accusatorem audirem? an defensionem meditarer? Astonitus repentino atque inopinato malo, vix, quid objiceretur, intelligere potui: ne dum satis sciam, quo modo me tuear. Quid mihi spei esset, nisi patrem iudicem haberem? apud quem etiamsi caritate a fratre majore vincor, misericordia certe reus vinci non debeo. Ego enim, ut me mihi tibi que serves, precor: ille, ut me in securitatem suam occidas, postulas. Quid eum, cum regnum ei tradideris, facturum credis in me esse, qui jam nunc sanguine meo sibi indulgeri aequum censet?

XVI. Dicenti haec lacrimae simul spiritum et vocem intercluserunt. Philippus, submotis iis, paulisper colloctus cum amicis, pronuntiavit: *Non verbis se, nec animi horae disceptatione, causam eorum dijudicaturum, sed inquirendo in utriusque vitam, mores; et dicta factaque in magnis parvisque rebus observando: ut omnibus appareret, noctis proxima crimen facile revictum; suspectam nimirum cum Romanis Demetrii gratiam esse. Haec, vivo Philippo, velut semina jacta sunt Macedoniae belli, quod maxime cum Perseo gerendum erat. Consules ambo in Ligures, quae tum una consularis provincia erat, proficiscuntur. et, quia prospere ibi res gesserunt, supplicatio in unum diem decreta est. Ligurum duo millia fere ad extremum finem provinciae Galliae, ubi castra Marcellus habebat, venerunt, uti recipientur, orantes. Marcellus, opperiri eodem loco Liguribus iussis, senatum per literas consuluit. Senatus subscribere M. Ogulnium praetorem Marcello iussit: *Vetus fuisse, consules, quorum provincia esset, quam se, quid et Republica esset, decernere; tum quoque non placere, si per traditionem Ligures recipiet, receptis arma adimi: atque, ut ad consulem mitti, senatum aequum censere.* Praetores eodem tempore, P. Manlius in ulteriorem Hispaniam, quam et priore praetura provinciam obtinuerat; Q. Fulvius Flaccus in citeriorem pervenit, exercitumque a Tentatio accepit. nam ulterior morte P. Sempronii proconsulii sine imperio fuerat. Fulvium Flaccum oppidum*

Hispa

Hispanum, Urbicuam nomine, oppugnantem Celtiberi adorti sunt. Dura ibi proelia aliquot facta: multi Romani milites et vulnerati, et interfecti sunt. victi perseverantia Fulvii, quod nulla vi abstrahi ab oblidione potuit, Celtiberi, fessi proeliis variis abscefferunt. urbs, amoto auxilio eorum, intra paucos dies capta et direpta est: praedam militibus praetor concessit. Fulvius, hoc oppido capto, P. Manlius, exercitu tantum in unum coacto, qui dissipatus fuerat, nulla alia memorabili gesta re, exercitus in hiberna deduxerunt. Haec ea aetate in Hispania gesta. Terentius, qui ex ea provincia decesserat, ovans urbem iniit. translatum, argenti pondi novem millia. trecenta viginti: auri octoginta pondo, et duae coronae aureae pondo sexaginta septem.

XVII. Eodem anno inter populum Carthaginiensem et regem Masinissam in re praesenti disceptatores Romani de agro fuerunt. ceperat eum ab Carthaginienfibus pater Masinissae, Gala: Galam Syphax inde expulerat: postea, in gratiam soceri Hasdrubalis, Carthaginienfibus dono dederat. Carthaginienfes eo anno Masinissa expulerat. Haud minore certamine animorum, quam cum ferro et acie dimicarunt, res acta apud Romanos. Carthaginienfes, quod primo majorum suorum fuisset, deinde ab Syphace ad se pervenisset, repetebant. Masinissa, *paterni regni agrum se et recepisse, et habere jure gentium*, ajebat, *et causa, et possessione superiorem esse. nihil aliud se in ea disceptatione metuere, quam ne pudor Romanorum, dum vereantur, ne quid socio atque amico regi adversus communes suos atque illius hostes indulgisse videantur, damno sit.* Legati possessionis jus non mutarunt. causam integram Romam ad senatum rejecerunt. In Liguribus nihil postea geltum. recesserant primum in devios saltus: deinde, dimisso exercitu, passim in vicis castellaque sua dilapsi sunt. Consules quoque dimittere exercitum voluerunt, ac de ea re Patres confuherunt. Alterum ex his, dimisso exercitu, ad magistratus in annum creandos venire Romam jusserunt: alterum cum legionibus suis Pisis hiemare. Fama erat, Gallos Transalpinos juventutem armare: nec, in quam re-

onem Italiae effusura se multitudo esset, sciebatur. ita ter se consules compararunt, ut Cn. Baebius ad comitia iret, quia M. Baebius frater ejus consultum stabat.

XVIII. Comitia consulibus rogandis fuere. creati Cornelius Cethegus, M. Baebius Tamphilus. Praetores inde facti, duo Q. Fabii, Maximus et Buteo, Ti. Claudius Nero, Q. Petillius Spurius, M. Pinarius Rufus, L. Duronius. His, inuito magistratu, provinciae forte evenerunt. Ligures consulibus; praetoribus, Petillio urbana, Q. Fabio Maximo peregrina, Q. Fabio Buteoni Gallia, Ti. Claudio Nerone Sicilia, M. P. P. Sardinia, L. Duronio Apulia; et Istri adjecti, quod amentini Brundisinique nuntiabant, maritimos agros festos transmarinarum navium latrocinii esse. eadem afflictienses de Ligurum navibus querebantur. Exercitus inde decreti: quatuor legiones consulibus, (quinta illia duccenos Romanos pedites, treccenos haberent equos) et quindecim millia socium ac Latini nominis, octingenti equites. In Hispaniis prorogatum veteribus praetoribus imperium est cum exercitibus, quos habent. et in supplementum decreta tria millia civium Romanorum, ducenti equites: et socium Latini nominis sex millia peditum, trecenti equites. Nec rei navalis cura missa. duumviros in eam rem consules creare jussi, ut quos naves viginti deductae navalibus sociis civibus romanis, qui servitatem servissent, complerentur; in tantum tantum ut iis praecessent. Inter duumviros ita disca tuenda denis navibus maritima ora, ut promontorium iis Minervae, velut cardo, in medio esset: alter dextram partem usque ad Mastiliam, laevam alter usque ad Barium tueretur.

XIX. Prodigia multa foeda et Romae eo anno visa, nuntiata peregre. In area Vulcani et Concordiae sanctum pluit; et pontifices hastas motas nuntiavere, et inuvii simulacrum Junonis Solpitaee lacrimasse. et pestilentia in agris, forisque, et conciliabulis, et in urbe nata erat, ut Libitina tunc vix sufficeret. His prodigiis

giis cladibusque anxii Patres decreverunt, ut et confules, quibus Diis videretur, hostiis maioribus sacrificarent, et decemviri libros adirent. Eorum decreto supplicatio circa pulvinaria Romae in diem unum indicta est. iisdem auctoribus et senatus censuit, et confules edixerunt, ut per totam Italiam triduum supplicatio et feriae essent. Pestilentiae tanta vis erat, ut, cum propter defectionem Corforum, bellumque ab Iliensibus concitatum in Sardinia, octo millia peditum ex focis Latini nominis scribi placuisset, et trecentos equites, quos M. Pinarius praetor secum in Sardiniam trajiceret, tantum hominum demortuum esse, tantum ubique aegrorum confules renuntiaverint, ut is numerus effici militum non potuerit. quod deerat militum, sumere a Cn. Baebio proconfule, qui Pitis hibernabat, iussus praetor, atque inde in Sardiniam trajicere. L. Duronio praetori, cui provincia Apulia evenerat, adjecta de Bacchanalibus quaestio est: cujus residua quaedam velut semina ex prioribus malis jam priore anno apparuerant: sed magis inchoatae apud L. Pupium praetorem quaestiones erant, quam ad exitum ullum perductae. id perficere novum praetorem, ne serperet iterum latius, Patres iusserunt. Et leges de ambitu confules ex auctoritate senatus ad populum tulerunt.

XX. Legationes deinde in senatum introduxerunt. Regum primas, Eumenis, et Ariarathis Cappadocis, et Pharnacis Pontici. nec ultra quidquam eis responsum est, quam missuros, qui de controversiis eorum cognoscerent, statuerentque. Lacedaemoniorum deinde exulum et Achaeorum legati introducti sunt. et spes data exsulibus est, scripturum senatum Achaeis, ut restituerentur. Achaei de Messene recepta, compositisque ibi rebus, cum assensu Patrum expoluerunt. Et a Philippo rege Macedonum duo legati venerunt, Philocles et Apelles, nulla super re, quae ab senatu petenda esset: speculatum magis inquitumque missi de iis, quorum Perseus Demetrium inimulasset sermonum, cum Romanis; maxime cum T. Quinctio, adversus fratrem de regno habiturum, Hos, tanquam medios, nec in alterius favorem inci-

inclinatos, miserat rex. erant autem et hi Persei fraudis in fratrem ministri et participes. Demetrius, omnium, praeterquam fraterni sceleris, quod nuper eraperat, ignarus, primo neque magnam, neque nullam spem habebat, patrem sibi placari posse minus deinde in dies patris animo fidebat, cum obsideri aures a fratre cerneret. Itaque, circumspiciens dicta factaque sua, ne cujus suspiciones auget, maxime ab omni mentione et contigione Romanorum abstinerebat; ut neque scribi sibi vellet, quia hoc praecipue criminum genere exasperari animum sentiebat.

XXI. Philippus, simul ne otio miles deterior fieret, simul avertendae suspicionis causa quidquam a se agitari de Romano bello, Stobos Paeoniae exercitu indicio, in Maedicam ducere pergit. Cupido eum ceperat in verticem Haemi montis ascendendi, quia vulgatae opinioni crediderat, Ponticum simul et Hadriaticum mare, et Histrum amnem, et Alpes conspici posse. Subjecta oculis ea haud parvi momenti futura ad cogitationem Romanorum belli. Percontatus regionis peritos de ascensu Haemi, cum satis inter omnes constaret, viam exercitui nullam esse, paucis et expeditis perdifficillimum aditum, ut sermone familiari minorem filium permulceret, quem staterat non ducere secum, primum quaerit ab eo, *Cum tanta difficultas itineris proponatur, utrum perseverandum sit in incepto, an abstinendum? Si vergat tamen ire, non posse oblivisci se in talibus rebus Antigoni: qui, saeva tempestate jactatus, cum in eadem nave secum suos omnes habuisset, praecepisse liberis diceretur, ut et ipsi meminissent, et ita posteris proderent, ne quis cum tota gente simul in rebus dubiis periclitari auderet. Memorem ergo se praecepti ejus, duos simul filios non commissurum in aleam ejus, qui proponeretur, casus; et quoniam minorem filium secum duceret, minorem ad subsidia spei et custodiam regni remissurum in Macedoniam esse. Non fallabat Demetrium, ablegari se, ne adesset consilium, cum in conspectu locorum consultaret, qua proxime itinera ad mare Hadriaticum atque Italiam ducerent, quaeque belli ratio esset futura. Sed non solum parendum patri*

T. Livii Tom. III. Ff tum

tum, sed etiam assentiendum erat, ne invitum parere suspicionem faceret. Ut tamen iter ei tutum in Macedonia esset, Didas, ex praetoribus regis unus, qui Paeoniae praerat, iussus est prosequi eum cum modico praesidio. Hunc quoque Perseus, sicut plerosque patris amicorum, ex quo haud dubium cuiquam esse coeperat, ad quem, ita inclinato regis animo, hereditas regni pertineret, inter conjuratos in fratris perniciem habuit. in praesentia dat ei mandata, ut per omne obsequium indueret se in quam maxime familiarem usum, ut elicere omnia arcana, specularique abditos ejus sensus posset. Ita digreditur Demetrius cum infestioribus, quam si solus iret, praesidiis.

XXII. Philippus, Maedicam primum, deinde solitudines interjacentes Maedicae atque Haemo transgressus, septem demum castris ad radices montis pervenit. ibi unum moratus diem ad deligendos, quos duceret secum, tertio die iter est ingressus. Modicus primo labor in imis collibus fuit. quantum in altitudinem egrediebantur, magis magisque silvestria et pleraque in via loca excipiebant. Pervenere deinde in tam opacum iter, ut, prae densitate arborum immistorumque aliorum in aliis ramorum, perspicere coelum vix posset: ut vero jugis appropinquabant, quod rarum in aliis locis esset, adeo omnia contexta nebula, ut haud secus quam nocturno itinere impedirentur. tertio demum die ad verticem perventum. Nihil vulgatae opinioni, digressi inde, detraxerunt: magis, credo, ne vanitas itineris ludibrio esset, quam quod diversa inter se maria, montesque, et amnes, ex uno loco conspici potuerint. Vexati omnes, et ante alios rex ipse, quo gravior aetate erat, difficultate vias est. Duabus aris ibi Jovi et Soli sacris cum immolasset, qua triduo ascenderat, biduo est degressus, frigore nocturna maxime metuens, quae caniculae ortu similes brumalibus erant. Multis per eos dies difficultatibus confictatus, nihilo laetiora in castris invenit: ubi summa penuria erat, ut in regione, quam ab omni parte solitudines clauderent. Itaque unum tantum moratus diem, quietis eorum causa, quos habuerat secum, itinere inde

simili fugae in Dentheletos transcurrit. Socii erant sed propter inopiam haud secus quam hostium fines Macedones populati sunt. rapiendo enim passim villas primum, dein quosdam vicos etiam evastarunt, non sine magno pudore regis, cum sociorum voces, nequidquam Deos sociales nomenque suum implorantes, audiret. Frumento inde sublato, in Maedicam regressus, urbem, quam Petram appellant, oppugnare est adortus. ipse a campetri aditu castra posuit. Perseum filium cum modica manu circummisit, ut a superioribus locis urbem aggrederetur. Oppidani, cum terror undique instaret, obsequiis datis, in praesentia dederunt sese. iidem, postquam exercitus recessit, obliti obsidum, relicta urbe, in loca munita et montes refugerunt. Philippus, omni genere laboris sine ullo effectu fatigatis militibus, et fraude praetoris Didae auctis in filium suspicionibus, in Macedoniam rediit.

XXIII. Missus hic comes, (ut ante dictum est) cum simplicitatem juvenis incauti, et suis haud immerito succensentis, assentando indignandoque et ipse vicem ejus, captaret, in omnia ultro suam offerens operam, fide data, arcana ejus elicit. Fugam ad Romanos Demetrius meditabatur, cui consilio adjutor Deum beneficio oblatus videbatur Paeoniae praetor, per cujus provinciam spem ceperat elabi tuto posse. Hoc consilium extemplo et fratri proditur, et, auctore eo, indicatur patri. Litterae primum ad obsidentem Petram allatae sunt. inde Herodorus (princeps hic amicorum Demetrii erat) in custodiam est conjectus, et Demetrius dissimulanter asseruari iussus. Haec super cetera tristem adventum in Macedoniam regi fecerunt. movebant eum et praesentia gravis: expectandos tamen, quos ad exploranda omnia Romanam miserat, censebat. His anxius curis cum aliquot menses egisset, tandem legati, jam ante praemeditanti in Macedonia, quae ab Roma renuntiarent, venerunt: qui, super cetera scelera, falsas etiam literas, signo ad Asterino T. Quinctii signatas, reddiderunt regi. Deprecatio erat in literis, si quid adolescens, cupiditate regni prolapsus, secum egisset. nihil eum adversus suorum

rum quemquam facturum: neque eum sese esse, qui ullius impii consilii auctor futurus videri possit. Hae literae fidem Persei criminibus fecerunt. Itaque Herodorus, extemplo diu excruciatu, sine indicio rei ullius in tormentis moritur.

XXIV. Demetrium iterum ad patrem accusavit Perseus. fuga per Paeoniam praeparata arguebatur, et corrupti quidam, ut comites itineris essent; maxime falsae literae T. Quinctii urgebant. nihil tamen palam gravius pronuntiatum de eo est, ut dolo potius interficeretur: nec id cura ipsius, sed ne poena ejus consilia adversus Romanos nudaret. Ab Thessalonica Demetriadem ipsi cum iter esset, Astraeum Paeoniae Demetrium mittit cum eodem comite Dida, Perseum Amphipolim, ad obsides Thracum accipiendos. digredienti ab se Didae mandata dedisse dicitur de filio occidendo. Sacrificium ab Dida seu institutum, seu simulatum est. ad quod celebrandum invitatus Demetrius ab Altraeo Heraclaeam venit. in ea coena dicitur venenum datum. Poculo epoto, extemplo sensit. et mox coortis doloribus, relicto convivio, cum in cubiculum recepisset sese, crudelitatem patris conquerens, parricidium fratris, ac Didae scelus inculans, torquebatur. intromissi deinde Thyrsis quidam Stuberaeus et Beroeaeus Alexander, injectis tapetibus in caput faucesque, spiritum intercluserunt. Ita innoxius adolescens, cum in eo ne simplici quidem genere mortis contenti inimici fuissent, interficitur.

XXV. Dum haec in Macedonia geruntur; L. Aemilius Paulus, prorogato ex consulatu imperio, principio veris in Ligures Ingaunos exercitum introduxit. Ubi primum in hostium finibus castra posuit, legati ad eum, per speciem pacis petendae, speculatum venerunt. negante Paulo, nisi cum deditis pacisci se pacem, non tam id recubant, quam tempore opus esse ajebant, ut generi agresti hominum persuaderetur. ad hoc decem dierum induciae cum darentur, petierunt deinde, *ne trans montes proximos castris pabularum lignarumque milites irent. cuncta ea loca suorum finium esse.* Id ubi impetraverit, post eos

eos ipfos montes, unde averterent hostem, exercitu omni coacto, repente multitudine ingenti castra Romanorum oppugnare simul omnibus portis aggressi sunt. Summa vi totum diem oppugnarunt, ita ut ne efferendi quidem signa Romanis spatium, nec ad explicandam aciem locus esset. Conferti in portis, obstando magis, quam pugnando, castra tutabantur. Sub occasum solis cum recessissent hostes, duos equites ad Cn. Baebium proconsulem cum literis Pisas mittit, ut obsesso sibi per inducias quamprimum subsidio veniret. Baebius exercitum M. Finario praetori, eunti in Sardiniam, tradiderat. ceterum et senatum literis certiore fecit, obsideri a Liguribus L. Aemilium, et M. Claudio Marcello, cujus proxima inde provincia erat, scripsit, ut, si videretur ei, exercitum ex Gallia traderet in Ligures, et L. Aemilium liberaret obsidione. Haec sera futura auxilia erant. Ligures postero die ad castra redeunt. Aemilius, cum et venturos scisset, et educere in aciem potuisset, intra vallum suos tenuit, ut extraheret rem in id tempus, quo Baebius cum exercitu venire a Pisas posset.

XXVI. Romae magnam trepidationem literae Baebii fecerunt: eo majorem, quod paucos post dies Marcellus, tradito exercitu Fabio, Romam cum venisset, spem ademit, eum, qui in Gallia esset, exercitum in Ligures traduci posse, quia bellum cum Istris esset, prohibentibus coloniam Aquilejam deduci. eo profectum Fabium, neque inde regredi, bello inchoato, posse. Una, et ea ipsa tardior, quam tempus postulabat, subsidii spes erat, si consules maturassent in provinciam ire. id ut facerent, pro se quisque Patrum vociferari. Consules, nisi confecto delectu, negare se ituros, nec suam significationem, sed vim morbi, in causa esse, quo serius perficeretur. non tamen potuerunt sustinere consensum senatus, quin patenti exirent, et militibus, quos conscriptos haberent, siam edicerent, quo Pisas convenirent. permittum, ut, qua irent, protinus subitarios milites scriberent, ducerentque secum. Et praetoribus, Q. Petillio et Q. Fabio, imperatum est, ut Petillius duas legiones civium Romanorum tumultuarias scriberet, et omnes minores quin-

quaginta annis sacramento rogaret: Fabio, ut sociis Latini nominis quindecim milia peditum, octingentos equites imperaret. Duumviri navales creati C. Matienus et C. Lucretius, navesque iis ornatae sunt; Matienoque, cujus ad Gallicum sinum provincia erat, imperatum est, ut classem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram, si quo usui esse L. Aemilio atque ejus exercitui posset.

XXVII. Aemilius, postquam nihil usquam auxilii ostendebatur, interceptos credens equites, non ultra differendum ratus, quin per se fortunam tentaret, priusquam hostes venirent, qui jam segnius socordiusque oppugnabant, ad quatuor portas exercitum instruxit, ut, signo dato, simul ex omnibus partibus eruptionem facerent. Quatuor extraordinariis cohortibus duas adjunxit, praeposito M. Valerio legato: erumpere extraordinaria porta iussit. ad dexteram principalem hastatos legionis primae instruxit: principes ex eadem legione in subsidiis posuit: M. Servilius et L. Sulpicius, tribuni militum, his praeposuit. Tertia legio adversus principalem sinistram portam instructa est. id tantum mutatum; principes primi, et hastati in subsidiis locati: Sex. Julius Caesar et L. Aurelius Cotta, tribuni militum, huic legioni praepositi sunt. Q. Fulvius Flaccus legatus cum dextera alia ad quaestoriam portam positus: duae cohortes et triarii duarum legionum in praesidio castrorum manere iussit. Omnes portas concionabundus ipse imperator circumiit; et, quibuscunque irritamentis poterat, iras militum acuebat; nunc fraudem hostium incusans, qui, pace petita, induciis datis, per ipsum induciarum tempus contra jus gentium ad castra oppugnanda venissent: nunc, quantus pudor esset, edocens, ab Liguribus, latronibus verius, quam hostibus iustis, Romanum exercitum oblati. *Quo ore quisquam vestrum, si hinc alieno praesidio, non vestra virtute, evaseritis, occurrer, non dico eis militibus, qui Hannibalem, qui Philippum, qui Antiochum, maximos nostrae aetatis reges ducesque, vicerunt; sed, iis, qui hos ipsos Ligures aliquoties, pecorum modo fugientes, per saltus invios consecrati ceciderunt? Quod Hispani,*
quod

quod Galli, quod Macedones Poenive non audcans, Ligusticus hostis vallum Romanum subis, obsides ulro, et oppugnas! quem, scrutantes antea devios saltus, abditum et latentem vix inveniebamus. Ad haec consortiens reddebatur militum clamor, nullam militum culpam esse, quibus nemo ad erumpendum signum dedisset. Daret signum: intellectuum, eosdem, qui antea fuerint, et Romanos et Ligures esse.

XXVIII. Bina cis montes castra Ligurum erant. ex iis, primis diebus, sole orto, pariter omnes compositi et instructi procedebant: tum, nisi exfatiiati cibo vinoque, arma non coepiebant. dispersi, inordinati exibant; ut quibus pro spe certum esset, hostes extra vallum signa non elaturos. Adversus ita incompositos eos venientes, clamore pariter omnium, qui in castris erant, clamor quoque et lixarum, sublato, simul omnibus portis Romani eruperunt. Liguribus adeo improvisa res fuit, ut perinde, ac si insidiis circumventi forent, trepidarent. Exiguam temporis aliqua forma pugnae fuit. fuga deinde effusa, et fugientium passim caedes erat. Equitibus dato signo, ut conscenderent equos, nec effugere quemquam sinerent, in castra omnes trepida fuga compulsi sunt: deinde ipsis exuti castris. Supra quindecim millia Ligurum eo die occisa, capta duo millia et quingenti. Triduo post Ligurum Ingaunorum omne nomen, obsidibus datis, in ditionem venit. gubernatores nautaeque conquisiti, qui praedatores fuissent navibus, atque omnes in custodiam conjecti. Et a C. Matieno duumviro naves ejus generis in Ligustina ora triginta duae captae sunt. Haec qui nuntiarent, literasque ad senatum ferrent, L. Aurelius Cotta, C. Sulpicius Gallus Romam missi; simulque peterent, ut L. Aemilio confecta provincia decedere et deducere secum milites liceret, atque dimittere. Utrumque permissum ab senatu, et supplicatio ad omnia palatinaria per triduum decreta: jusque praetores, Petillius urbanas dimittere legiones, Fabius sociis atque nemini Latino remittere delectum: et uti praetor urbanus consulibus scriberet, senatum aequum censere, subitarios milites, tumultus causa conscriptos, primo quoque tempore dimitti.

XXIX. Colonia Graviscae eo anno deducta est in agrum Etruscum, de Tarquinienfibus quondam captum. Quina jugera agri data. tresviri deduxerunt, C. Calpurnius Piso, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Istra. Siccitate et inopia frugum insignis annus fuit. Sex menses nunquam pluuisse memoriae proditum est. Eodem anno in agro L. Petillii scribae sub Janiculo, dum cultores agri altius moliantur terram, duae lapideae arcae, octonos ferme pedes longae, quaternos latae, inventae sunt, operculis plumbo devinctis. Literis Latinis Graecisque utraque arca inscripta erat; in altera Numam Pompilium, Pomponis filium, regem Romanorum, sepultum esse; in altera libros Numae Pompilii inesse. Eas arcas cum ex amicorum sententia dominus aperuisset, quae titulum sepulti regis habuerat, inanis inventa, sine ullo vestigio corporis humani, aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus absumtis. in altera duo fascis, candelis involuti, septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissima specie. Septem Latini de jure pontificio erant; septem Graeci de disciplina sapientiae, quae illius aetatis esse potuit. Adjicit Antias Valerius, Pythagoricos fuisse, vulgatae opinioni, qua creditur, Pythagorae auditorem fuisse Numam, mendacio probabili accommodata fide. Primo ab amicis, qui in re praesenti fuerunt, libri lecti. mox pluribus legentibus cum vulgarentur, Q. Petillius praetor urbanus, studiosus legendi, eos libros a L. Petillio sumsit. et erat familiaris usus, quod scribam eum quaestor Q. Petillius in decuriam legerat. Lectis rerum summis, cum animadvertisset, pleraque dissolvendarum religionum esse, L. Petillio dixit, *Sese eos libros in ignem conjecturum esse. prius, quam id faceret, se ei permittere, uti, si quod seu jus, seu auxilium se habere ad eos libros repetendos existimaret, experiretur: id integra sua gratia eum facturum.* Scriba tribunus plebis adit; ab tribunis ad senatum res est rejecta. Praetor se jusjurandum dare paratum esse ajebat, libros eos legi servarique non oportere. Senatus censuit, *Satis habendum, quod praetor jusjurandum pulliceretur. libros primo quoque tempore in comizio cremandos esse. pretium pro libris, quantum Q. Petillio praetori majorique*

rique parti tribunorum plebis videretur, domino esse solvendum. id scriba non accepit. libri in comitio, igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt.

XXX. Magnum bellum ea aetate coortum in Hispania citeriore. ad quinque et triginta millia hominum, quantum nunquam ferme antea, Celtiberi comparaverant. Q. Fulvius Flaccus eam obtinebat provinciam. is, quia armare juventutem Celtiberos audierat, et iple, quanta poterat, a sociis auxilia contraxerat; sed nequaquam numero militum hostem aequabat. Principio veris exercitum in Carpetaniam duxit, et castra locavit ad oppidum Aehuram, modico praesidio in urbe posito. Paucis post diebus Celtiberi, mille duo ferme inde, sub colle posuerunt castra. quos ubi adesse praetor Romanus sensit, M. Fulvium fratrem cum duabus turmis sociorum equitum ad castra hostium speculatum misit, quam proxime succedere ad vallum iussit, ut videret, quanta essent; pugna abstineret, reciperetque sese, si hostium equitatum exeuntem vidisset. Ita, ut praeceptum erat, fecit. Per dies aliquot nihil ultra motum, quam ut hae duae turmae ostenderentur: dein subducerentur, ubi equitatus hostium castris procucurisset. Postremo Celtiberi, omnibus simul peditum equitumque copiis castris egressi, acie directa medio ferme spatio inter bina castra constiterunt. Campus erat planus omnis et aptus pugnae. ibi stetero Hispani hostem expectantes. Romanus intra vallum suos continuit per quadriduum continuum: et illi eodem loco sociam instructam tenuerunt. Ab Romanis nihil motum. inde quievire in castris Celtiberi, quia pugnae copia non fiebat: equites tantum in stationem egrediebantur, ut parati essent, si quid ab hoste moveretur. pone castra utrique pabulatum et lignatum ibant, neutri alteros impediens.

XXXI. Praetor Romanus, ubi satis tot dierum quiete credidit spem factam hosti, nihil se priorem moturum, A. Acilium cum ala sinistra et sex millibus provincialium auxiliorum circumire montem jubet, qui ab tergo hostibus erat; inde, ubi clamorem audisset, decurrere ad castra

castra eorum. nocte profecti sunt, ne possent conspici. Flaccus luce prima C. Scribonium, praefectum locorum, ad vallum hostium cum equitibus extraordinariis sinistrae alae mittit. quos ubi et propius accedere, et plures, quam soliti erant, Celtiberi conspexerunt, omnium equitatus effunditur castris: simul et peditibus signum ad exeundum datur. Scribonius, uti praeceptum erat, ubi primum fremitum equestrium audivit, avertit equos, et castra repetit. eo effusus sequi hostes. primo equites, mox et peditum acies aderat, haud dubia spe, castra eo die se oppugnuros. quingentos passus, non plus, a vallo aberant. Itaque, ubi Flaccus satis abstractos eos a praesidio castrorum suorum ratus est, intra vallum exercitu instructo, tribus partibus simul erumpit, clamore non tantum ad ardorem pugnae excitandum sublato, sed etiam ut, qui in montibus erant, exaudirent. ne morati sunt, quin decurrerent, sicut imperatum erat, ad castra: ubi quinque millium armatorum, non amplius, relictum erat praesidium. quos cum et paucitas sua, et multitudo hostium, et improvisa res terruisset, prope sine certamine capiuntur castra. castris, quae pars maxime a pugnantibus conspici poterat, iniecit Acilius ignem.

XXXII. Postremi Celtiberorum, qui in acie erant, primi flammam conspexere. deinde per totam aciem vulgatum est, castra amissa esse, et tum cum maxime ardere. unde illis terror, inde Romanis animus crevit. jam clamor suorum vincientium accidebat, jam ardentia hostium castra apparebant. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt. ceterum, postquam receptus pulsus nullus erat, nec usquam, nisi in certamine, spes, pertinacius de integro capessunt pugnam. Acie media urgebantur acriter a quinta legione. adversus laevum cornu, in quo sui generis provincialia auxilia instruxisse Romanos cernebant, cum maiore fiducia intulerant signa. Jam prope erat, ut sinistrum cornu pelleretur Romanis, ni septima legio successisset. simul ab oppido Aebura, qui in praesidio relictus erant, in medio ardore pugnae adveniunt, et Acilius ab tergo erat. Diu in medio caesi Cel-

tibe-

tiberi. qui supererant, in omnes passim partes capessunt fugam. Equites, bipartito in eos emissi, magnam caedem edidere, ad viginti tria millia hostium eo die caesa: capta quatuor millia et septingenti, cum equis plus quintis, et signa militaria octoginta octo. Magna victoria, non tamen incruenta fuit. Romani de duabus legionibus milites paulo plus ducenti, socium Latini nominis octingenti triginti, externorum auxiliarium duo millia ferme et quadringenti ceciderunt. Praetor in castra victorem exercitum reduxit. Acilius manere in castris ab se captis iussus. postero die spolia de hostibus lecta, et pro conioiione donati, quorum virtus insignis fuerat.

XXXIII. Saucis deinde in oppidum Aeburam devectis, per Carpetaniam ad Contrebiam ductae legiones. ea urbs circumfessa, cum a Celtiberis auxilia arcessisset, morantibus iis, non quia ipsi cunctati sunt, sed quia profectos a domo inexplicabiles continuis imbribus viae et inflati amnes tenebant, desperato auxilio suorum, in deditionem venit. Flaccus quoque, tempestatibus foedia coactus, exercitum omnem in urbem introduxit. Celtiberi, qui a domo profecti erant, deditionis ignari, cum tandem, superatis, ubi primum remiserunt imbres, amnibus, Contrebiam venissent, postquam castra nulla extra moenia viderunt, aut in alteram partem translata rati, aut recessisse hostes, per negligentiam effusi ad oppidum accesserunt. In eos duabus portis Romani eruptionem feberunt, et incompósitos adorti fuderunt. Quae res ad resistendum eos et ad capessendam pugnam impedit, quod non uno agmine, nec ad signa frequentes veniebant, eadem magnae parti ad fugam saluti fuit. Sparsi enim toto passim campo se diffuderunt: nec usquam confertus eos hostis circumvenit. tamen ad duodecim millia sunt caesa: capta plus quinque millia hominum, equi quadringenti, signa militaria sexaginta duo. Qui palati a fuga domum se recipiebant, alterum agmen Celtiberorum venientium, deditionem Contrebiae et suam cladem narrando, averterunt. extemplo in vicis castellaque sua omnes dilapsi. Flaccus, a Contrebia profectus, per Celtiberiam populabundus ducit legiones: multa castella oppu-

oppugnavit, donec maxima pars Celtiberorum in deditionem venit.

XXXIV. Haec in citiore Hispania eo anno gesta. Et in ulteriore, Manlius praetor secunda aliquot proelia cum Lusitanis fecit. Aquileja colonia Latina eodem anno in agro Gallorum est deducta. tria millia peditum quinquagena jugera, centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt. tresviri deduxerunt, P. Cornelius Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Aedes duae eo anno dedicatae sunt: una Veneris Erycinae ad portam Collinam: dedicavit L. Porcius L. F. Licinus duumvir. (vota erat ab consule L. Porcio, Ligustino bello.) altera, in foro olitorio, Pietatis, eam aedem dedicavit M. Acilius Glabrio duumvir; statuamque auratam, quae prima omnium in Italia statua aurata est, patri Glabrioni posuit. Is erat, qui ipse eam aedem voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depugnasset: locaveratque idem ex senatusconsulto. Per eosdem dies, quibus haec aedes dedicatae sunt, L. Aemilius Paullus proconsul ex Liguribus Ingaunis triumphavit. Transtulit coronas aureas quinque et viginti. nec praeterea quidquam auri argentique in eo triumpho latum. captivi multi principes Ligurum ante currum ducti. aeris trecenos militibus divisit. Auxerunt ejus triumphi famam legati Ligurum, pacem perpetuam orantes: *ita in animum induxisset Ligurum gentem, nulla unquam arma, nisi imperata a populo Romano, sumere.* Responsum a Q. Fabio praetore est Liguribus jussu senatus, *(Orationem eam non novam Liguribus esse: mens vero ut nova et orationi conveniens esset, ipsorum id plurimum referre. Ad consules irent, et, quae ab iis imperata essent, facerent. nulli alii, quam consulibus, senatum crediturum esse, sincera fide in pace Ligures esse. Pax in Liguribus fuit. In Corsica pugnatum est cum Corsis, ad duo millia eorum M. Pinarius praetor in acie occidit. qua clade compulsi obsides dederunt; et ceræ centum millia pondo. Inde in Sardiniam exercitus ductus, et cum Iliensibus, gente ne nunc quidem omni parte pacata, secunda proelia facta. Carthaginensibus eodem anno centum obsides redditi, pacem-*

pacemque cum iis populus Romanus, non ab se tantum, sed ab rege etiam Massinissa, praesitit: qui tum praesidio armato agrum, qui in controversia erat, obtinebat.

XXXV. Otiolam provinciam consules habuerunt. M. Baebius, comitorum causa Romam revocatus, consules creavit A. Postumium Albinum Luscum et C. Calpurnium Pisonem. Praetores exinde facti Ti. Sempronius Gracchus, L. Postumius Albinus, P. Cornelius Mammula, Ti. Minucius Molliculus, A. Hostilius Mancinus, C. Maenius. ii omnes magistratum Idibus Martiis inierunt. Principio ejus anni, quo A. Postumius Albinus et C. Calpurnius Piso consules fuerunt, ab A. Postumio consule in senatum introducti, qui ex Hispania citeriore venerant a Q. Fulvio Flacco, L. Minucius legatus, et duo tribuni militum. T. Maenius et L. Terentius Massiliota. Hi, cum duo secunda proelia, deditionem Celtiberiae, confectam provinciam nuntiassent, nec stipendio, quod mitti solet, nec frumento portato ad exercitum in eum annum opus esse, petierunt ab senatu primum, ut ob res prospere gestas Diis immortalibus honores haberetur. deinde, ut Q. Fulvio decedenti de provincia deportare inde exercitum, cujus forti opera et ipse et multi ante eum praetores usi essent, liceret. quod fieri, praeserquam quod ita deberet, etiam prope necessarium esset. Ita enim obstinatos esse milites, ut non ultra retineri posse in provincia viderentur, injussuque abire inde essent, si non dimitterentur: aut in perniciosam, si quis impense retineret, seditionem exarsuri. Consulibus ambobus provinciam Ligures esse senatus iussit. praetores inde sortiti sunt. A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit, P. Cornelio Sicilia, C. Maenio Sardinia. Hispanias sortiti, L. Postumius ulteriorem, Ti. Sempronius citeriorem. Is quia successurus Q. Fulvio Flacco erat, ne vetere exercitu provincia spoliaretur, Quaero, inquit, de te, L. Minuci, cum confectam provinciam nunties, existimesne, Celtiberos perpetuo in fide mansuros, ita ut sine exercitu ea provincia obtineri possit? Si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut affirmare nobis poses, es habendum illic utique exercitum censet;

censes; utrum tandem auctor senatus sit supplementum in Hispaniam mittendi, ut ii modo, quibus emerita stipendia sint, milites dimittantur, veteribus militibus tiro-nes immisceantur? an, deductis de provincia veteribus legionibus, novas conscribendi et mittendi; cum contem- sum tirocinium etiam mitiores barbaros excitare ad rebel- landam possit? Dictu, quam re, facilius sit provinciam ingenio ferocem, rebellatricem, confecisse? Paucae civi- tates, ut quidem ego audio, quas vicina maxime hiberna premebant, in jus ditionemque venerunt; ulteriores in armis sunt. quae cum ista sint, ego jam hinc praedico, Patres adscripti, me exercitu eo, qui nunc est, rempu- blicam administraturum: si deducat secum Flaccus legio- nes, loca pacata me ad hibernacula lecturum, neque no- vum militem ferocissimo hosti objecturum.

XXXVI. Legatus ad ea, quae interrogatus erat, re- spondit: *Neque se, neque quemquam alium divinare posse, quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habituri es- sent. Itaque negare non posse, quin rectius sit, etiam ad pacatos barbaros, nondam satis assuetos imperio, exer- citum mitti. novo autem, an veteri exercitu opus sit, ejus esse dicere, qui scire possit, qua fide Celtiberi in pace mansuri sint; simul et qui illud exploratum habeat, quie- zuros milites, si diutius in provincia resineantur. Si ex eo, quod aut inter se loquantur, aut succlamationibus apud concionantem imperatorem significant, quid sentiant, conjectandum sit; palam vociferatos esse, aut imperatorem in provincia retenturos, aut cum eo in Italiam venturos esse. Disceptationem inter praetorem et legatumque consu- lum relatio interrupit; qui suas ornari provincias, prius- quam de praetoris exercitu ageretur, aequum censebant. Novus omnis exercitus consulibus est decretus: binas le- giones Romanae cum suo equitatu, et socium Latini no- minis, quantus semper numerus, quindecim millia pe- ditum et octingenti equites. cum hoc exercitu Apuanis Liguribus ut bellum inferrent, mandatum est. P. Cor- nelio et M. Baebio prorogatum imperium, iustisque pro- vincias obtinere, donec consules venissent. tum impe- ratum, ut, dimisso, quem haberent, exercitu, rever-*

terentur Romam. De Ti. Sempronii deinde exercitu actum est. novam legionem ei quinque millium et ducentorum peditum cum equitibus quadringentis consules scribere iussi; et mille praeterea peditum civium Romanorum, quinquaginta equites: et sociis e nomine Latino imperare septem millia peditum, trecentos equites. cum hoc exercitu placuit ire in Hispaniam citeriorem Ti. Sempronium. Q. Fulvio permissum, ut, qui milites, aut Sp. Postumium, Q. Marcium consules, cives Romani sociive, in Hispaniam transportati essent, et praeterea, supplemento adducto, quot amplius duabus legionibus, quam decem millia, et quadringenti pedites, sexcenti equites essent; et socium Latini nominis duodecim millia, sexcenti equites, quorum forti opera duobus adversus Celtiberos proeliis usus Q. Fulvius esset, eos, si videretur, secum deportaret. Et supplicationes decretae, quod is prospere rempublicam gessisset: et ceteri praetores in provincias missi. Q. Fabio Buteoni prorogatum in Gallia imperium est. Ocho legiones, praeter exercitum veterem, qui in Liguribus in spe propinqua missionis erant, eo anno esse placuit. et is ipse exercitus aegre explebatur propter pestilentiam, quae jam tertium annum urbem Romanam atque Italiam vastabat.

XXXVII. Praetor Ti. Minucius, et haud ita multo post consul C. Calpurnius moritur, multique alii omnium ordinum illustres viri: postremo prodigii loco ea clades haberi coepta est. C. Servilius pontifex maximus piacula irae Deum conquirere iustus, decemviri libros inspicere, consul Apollini, Aesculapio, Saluti dona votare, et dare signa inaurata; quae vovit deditque. Decemviri supplicationem in biduum valetudinis causa in urbe et per omnia fora conciliabulaque edixerunt: majores duodecim annis, omnes coronati et lauream in manibus tenentes, supplicaverunt. Fraudis quoque humanae insinuerat suspicio animis; et veneficii quaestio ex senatus consulto, quod in urbe, propiusve urbem decem milibus passuum esset commissum, C. Claudio praetori, qui in locum Ti. Minucii erat successus; ultra decimum lapidem per fora conciliabulaque C. Maenio, priusquam

in

in Sardiniam provinciam trajiceret, decreta. Suspecta consulis erat mors maxime. necatus a Quarta Hostilia uxore dicebatur. ut quidem filius ejus Q. Fulvius Flaccus in locum vitrici consul est declaratus, aliquanto magis infamis mors Pisonis coepit esse: et testes existebant, qui post declaratos consules Albinum et Pisonem, quibus comitiis Flaccus tulerat repullam, et exprobratum ei a matre dicerent, quod jam ei tertium negatus consulatus petenti esset, et adjecisset, *pararet se ad perendum; intra duos menses effecturam, ut consul fieret.* Inter multa alia testimonia, ad causam pertinentia, haec quoque vox, nixis vero eventu comprobata, valuit, cur Hostilia damnaretur. Veris principio hujus, dum consules novos delectus Romae tenet, mors deinde alterius, et creandi comitia consulis in locum ejus, omnia tardiora fecerunt: interim P. Cornelius et M. Baebius, qui in consulatu nihil memorabile gesserant, in Apuanos Ligures exercitum induxerunt.

XXXVIII. Ligures, qui ante adventum in provinciam consulum non expectassent bellum, improvise oppressi, ad duodecim millia hominum dederunt se. Eos, consulto per literas prius senatu, deducere ex montibus in agros campestres procul ab domo, ne reditus spes esset, Cornelius et Baebius statuerunt, nullum alium ante finem rati fore Ligustini belli. Ager publicus populi Romani erat in Samnitibus, qui Taurasinorum [fuerat. In eum cum] traducere Ligures Apuanos vellent, edixerunt, Ligures ab Anido montibus descendere cum liberis conjugibusque: sua omnia secum portarent. Ligures, saepe per legatos deprecati, ne penates, sedem, in qua geniti essent, sepulcra majorum, cogerentur relinquere, arma, obsides pollicebantur. postquam nihil impetrabant, neque vires ad bellandum erant, edicto paruerunt. Traducti sunt publico sumtu ad quadraginta millia liberorum capitum cum feminis puerisque. argenti data centum et quinquaginta millia, unde, in novas aedes, compararent, quae opus essent. agro dividendo dandoque iidem, qui traduxerant, Cornelius et Baebius praepositi. postulantibus tamen ipsis, quinque-

viri

viri ab senatu dati, quorum ex consilio agerent. Transacta re, cum veterem exercitum Romam deduxissent, triumphus ab senatu est decretus. Hi omnium primi nullo bello gesto triumpharunt. tantum hostes ducti ante currum: quia, nec quid ferretur, neque quid duceretur captum, neque quid militibus daretur, quidquam in triumphis eorum fuerat.

XXXIX. Eodem anno in Hispania Fulvius Flaccus proconsul, quia successor in provinciam tardius veniebat, educto exercitu ex hibernis, ulteriorem Celtiberiae agrum, unde ad deditionem non venerant, institit vastare. qua re irritavit magis, quam conterruit, animos barbarorum: et, clam comparatis copiis, saltum Manlianum, per quem transiturum exercitum Romanum satis sciebant, obsederant. In Hispaniam ulteriorem eunti L. Postumio Albino collegae Gracchus mandaverat, ut Q. Fulvium certiorum faceret, Tarraconem exercitum adduceret. *ibi dimitti veteranos, supplementaque distribuere, et ordinare omnem exercitum sese velle.* Dies quoque, et ea propinqua, edita Flacco est, qua successor esset venturus. Haec novaeallata res, omittis, quae agere instituerat, Flaccum raptim deducere exercitum ex Celtiberia cum coegisset; barbari, causae ignari, suam defectionem et clam comparata arma sensisse eum, et pertinuisse rati, eo ferocius saltum insederunt. Ubi eum saltum prima luce agmen Romanum intravit, repente ex duabus partibus simul exorti hostes Romanos invaserunt. Quod ubi vidit Flaccus, primos tumultus, in agmine per centuriones stare omnes, suo quemque loco, et arma expedire jubendo, sedavit: et sarcinis jumentisque in unum locum coactis, copias omnes partim ipse, partim per legatos tribunosque militum, ut tempus, ut locus postulabat, sine ulla trepidatione instruxit: *cum his deditis rem esse admonens. Scelus et perfidiam illis, non virtutem, nec animum accessisse. Redicim ignobilem in patriam, clarum et memorabilem eos sibi fecisse: cruentos ex recenti caede hostium gladios, et manantia sanguine spolia, Romam ad triumphum delaturos.* Plura dici tempus non patiebatur. invehebant se hostes, et in partibus extremis jam pugnabatur. deinde aetis concurrerunt.

XL. Atrox ubique proelium, sed varia fortuna erat. egregie legiones, nec legnius duae alae pugnabant; externa auxilia ab simili armatura, meliore aliquantum militum genere, urgebantur, nec locum tueri poterant: Celtiberi, ubi ordinata acie et signis collatis se non esse pares legionibus senserunt, cuneo impressionem fecerunt. quo tantum valent genere pugnae, ut, quacunque parte percutere impetu suo, sustineri nequeant. tunc quoque turbatae legiones sunt, prope interrupta acies. Quam trepidationem ubi Flaccus conspexit, equo advehitur ad legionarios equites: et, *Et quid auxilii in vobis est? Actum jam de hoc exercitu erit?* cum undique acclamassent, *quin ederes, quid fieri velis; non segniter imperium excuturos.* *Duplicate surmas,* inquit, *duarum legionum equites, et permittite equos in cuneum hostium, quo nos utros urgens, id cum majore vi equorum facietis, si effrenator in eos equos immittitis: quod saepe Romanos equites cum magna laude fecisse fas, memoriae proditum est.* Ducto parauerunt, detractisque frenis bis ultro citroque cum magna strage hostium, infractis omnibus hastis, transcurrerunt. Dissipato cuneo, in quo omnis spes fuerat, Celtiberi trepidare, et, prope omissa pugna, locum fugae circumspicere. Et alarii equites, postquam Romanorum equitum tam memorabile facinus videre, et ipsi, virtute eorum accensi, sine ullius imperio in perturbatos jam hostes equos immittunt. Tunc vero Celtiberi omnes in fugam effunduntur, et imperator Romanus, averfos hostes contemplatus, aedem Fortunae Equestri, Jovique optimo maximo ludos vovit. Caeduntur Celtiberi per totum saltum dissipati fuga. decem et septem millia hostium caesa eo die traduntur: vivi capti plus quatuor millia, ducentis septuaginta septem cum signis militaribus, equis prope mille centum. Nullis castris eo die victor exercitus mansit. victoria non sine jactura militum fuit. quadringenti septuaginta duo milites Romani, socium ac Latini nominis mille decem et novem, cum his tria millia militum auxiliorum perierunt. ita victor exercitus, renovata priore gloria, Tarraconem est perductus. Venienti Fulvio Ti. Sempronius praetor, qui biduo ante venerat, obviam processit: gratulatusque est, quod rem-
publi-

publicam egregie gessisset. cum summa concordia, quos dimitterent, quosque retinerent milites, composuerunt. Inde Fulvius, exactoratis militibus in naves impositis, Romanus est profectus. Sempronius in Celtiberiam legiones duxit.

XLI. Consules ambo in Ligures exercitus induxerunt diversis partibus. Postumius prima et tertia legione Balistam Suismontiunque montes obsedit: et, premendo praesidiis angustos saltus eorum, conneatus interclusit, inopiaque omnium rerum eos perdomuit. Fulvius, secunda et quarta legione adortus a Pisis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluvium incolabant, in deditionem acceptos, ad septem millia hominum in naves impositos, praeter oram Etrusci maris Neapolim transmisit. inde in Samnium traducti, agerque his inter populares datus est. Montanorum Ligurum ab A. Postumio vineae caesae, frumentaue deusta: donec cladibus omnibus belli coacti in deditionem venerunt, armaque tradiderunt. Navibus inde Postumius ad visendam oram Ingaunorum Intemeliorumque Ligurum processit. Priusquam hi consules venirent ad exercitum, qui Pisas indictus erat, praerant A. Postumius et frater Q. Fulvii M. Fulvius Nobilior. Secundae legionis Fulvius tributus militum erat. is mensibus suis dimisit legionem, iurjurando adactis centurionibus, eas in aerarium ad quaestores esse delaturos. Hoc ubi Placentiam (nam eo forte erat profectus) Aulo nuntiatum est, cum equitibus expeditis secutus dimissos, quos eorum potuit assequi, deduxit castigatos Pisas. de ceteris consulem certiolem fecit. Eo referente, senatusconsultum factum est, ut M. Fulvius in Hispaniam relegaretur ultra novam Carthaginem. Literaeque ei datae sunt a consule ad P. Manium in Hispaniam ulteriorem deferendae. Milites iussi ad signa redire. causa ignominiae, uti semestri stipendium in eum annum esset ei legioni, decretum: qui miles ad exercitum non redisset, eum ipsum bonaque ejus vendere consul iussus.

XLII. Eodem anno L. Duronius, qui praetor anno superiore ex Illyrico cum decem navibus Brundisium redierat,

ierat. inde, in portu relictis navibus, cum venisset Romam, inter exponendas res, quas ibi gessisset, haud dubie in regem Illyriorum Gentium latrocinii omnium maritimi caulam avertit. *ex regno ejus omnes naves esse, quae superi maris oram depopulatae essent. de his rebus se legatos misisse, nec conveniendi regis potestatem faciam.* Venerant Romam legati a Gentio, qui, *quo tempore Romani conveniendi regis causa venissent, agrum forte eum in ultimis partibus fuisse regni dicerent. Pestere Gentium ab senatu, ne crederent conficiis criminibus in se, quae inimici deculissent.* Ad ea Duronius adjecit, multis civibus Romanis et sociis Latini nominis injurias factas in regno ejus; et cives Romanos dici Corcyrae retineri. Eos omnes Romam adduci placuit: C. Claudium praetorem cognoscere: neque ante Gentio regi legatisve ejus responsum reddi. Inter multos alios, quos pestilentia ejus anni absumsit, sacerdotes quoque aliquot mortui sunt. L. Valerius Flaccus pontifex mortuus est: in ejus locum suffectus est Q. Fabius Labeo. P. Manlius, qui nuper ex ulteriore Hispania redierat, triumvir epulo: Q. Fulvius M. F. in locum ejus triumvir cooptatus, tum praetextatus erat. De rege sacrificio sufficiens in locum C. Cornelii Dolabellae contentio inter C. Servilium pontificem maximum fuit et L. Cornelium Dolabellam duumvirum navalem; quem, ut inauguraret, pontifex magistratu sese abdicare jubebat. recusantique id facere ob eam rem multa duumviro dicta a pontifice; deque ea, cum provocasset, certatum ad populum. cum plures jam tribus, intro vocatae, dicto esse audientem pontifici duumvirum, juberent; mulctamque remitti, si magistratu se abdicasset; ultimum de coelo, quod comitia turbaret, intervenit. religio inde fuit pontificibus inaugurandi Dolabellae. P. Cloelium Siculum inaugurarunt, qui secundo loco inauguratus erat. Exitu anni et C. Servilium Geminum pontifex maximus decessit: idem decemvir sacrorum fuit. pontifex in locum ejus a collegio cooptatus est Q. Fulvius Flaccus: at pontifex maximus M. Aemilius Lepidus, cum multi clari viri petissent: et decemvir sacrorum Q. Marcius Philippus in ejusdem locum est cooptatus. Et augur Sp. Postumius Albinus decessit.

in locum ejus P. Scipionem, filium Africani, augures cooptarunt. Cumanis eo anno petentibus permissum, ut publice Latine loquerentur, et praeconibus Latine vendendi jus esset.

XLIII. Pisani agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratiae ab senatu actae. triumviri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo, M. et P. Popillii Laenates. A. C. Maenio praetore (cui, provincia Sardinia cum evenisset, additum erat, ut quaereret de veneficiis longius ab urbe decem millibus passuum) literae allatae, *Se jam tria millia hominum damnasse, et crescere sibi quaestionem indicij. aut eam sibi esse deferendam, aut provinciam dimittere.* Q. Fulvius Flaccus ex Hispania rediit Romam cum magna fama gestarum rerum, qui, cum extra urbem triumphii causa esset, consul est creatus cum L. Manlio Acidino; et post paucos dies cum militibus, quos secum deduxerat, triumphans urbem est invecus. Tulit in triumpho coronas aureas centum viginti quatuor: praeterea auri pondo triginta unum; et signati Oloensis nummum centum septuaginta tria millia ducentos. Militibus de praeda quinquagenos denarios dedit, duplex centurionibus, triplex equiti, tantundem sociis Latini nominis, et stipendium omnibus duplex.

XLIV. Eo anno rogatio primum lata est ab L. Villio tribuno plebis, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque. inde cognomen familiae inditum, ut *Annales* appellarentur. Praetores quatuor post multos annos lege Baebia creati, quae alternis quaternos jubebat creari. hi facti, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Laevinus, Q. et P. Mucii Q. F. Scaevolae. Q. Fulvio et L. Manlio consulibus eadem provincia, quae superioribus pari numero copiae peditum, equitum, civium, sociorum decretae. In Hispaniis duabus Ti. Sempronio et L. Postumio cum iisdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium est. et in supplementum consules foribere jussi ad tria millia peditum Romanorum, trecentos equites; quinque millia sociorum Latini nominis; et quadringentos equites, P. Mucius Scaevola urbanam for-

titus provinciam est; et ut idem quaereret de veneficiis in urbe, et propius urbem decem millia passuum: Cn. Cornelius Scipio peregrinam, Q. Mucius Scaevola Siciliam, C. Valerius Laevinus Sardiniam. Q. Fulvius consul, prius, quam ullam rem publicam ageret, liberare et se et rempublicam religione votis solvendis, dixit, velle. vovisse, quo die postremum cum Celtiberis pugnasset, ludos Jovi optimo maximo, et aedem Equestri Fortunae sese facturum: in eam rem sibi pecuniam collatam esse ab Hispanis. Ludi decreti, et ut duumviri ad aedem locandam crearentur. de pecunia finitur, Ne major causa ludorum consumeretur, quam quanta Fulvio Nobiliori, post Aetolicum bellum ludos facienti, decreta esset: neve quid ad eos ludos arcefferet, cogeret, acciperet, faceret, adversus id senatusconsultum, quod L. Aemilio, Cn. Barbio consulibus de ludis factum esset. Decreverat id senatus propter effulsus Iunius, factos in ludos Ti. Sempronii aedilis, qui graves non modo Italiae ac focii Latini nominis, sed etiam provinciis externis fuerant.

XLV. Hiems eo anno nive saeva et omni tempestarum genere fuit: arbores, quae obnoxiae frigoribus sunt, deusslerat cunctas: et ea tum aliquanto, quam alias, longior fuit. itaque Latinas mox subito coorta et intolerabilis tempestas in monte turbavit: inflaurataeque sunt ex decreto pontificum. Eadem tempestas et in Capitolio aliquot signa contravit, fulminibusque complura loca deformavit; aedem Jovis Tarracinae, aedem Albam Capuae, portamque Romanam: muri pinnae aliquot locis decussae erant. Haec inter prodigia nuntiatum et ab Reate, tripedem natum mulum. Ob ea decemviri, iussi adire libros, edidere, quibus Diis et quot hostiis sacrificaretur: et ob fulminibus complura loca deformata ad aedem Jovis ut supplicatio diem unum esset. Ludi deinde votivi Q. Fulvii consulis per dies decem magno apparatu facti. Censorum inde comitia habita: creati M. Aemilius Lepidus pontifex maximus et M. Fulvius Nobilior, qui ex Aetolis triumphaverat. Inter hos viros nobiles inimicitiae erant, saepe multis et in senatu et ad populum atrocibus celebratae certaminibus.

confectis, ut traditum antiquitus est, censores in Campo ad aram Martis sellis curulibus confederunt; quo repente principes senatorum cum agmine venerunt civitatis: inter quos Q. Caecilius Metellus verba fecit.

XLVI. *Non obliti sumus, censores, vos paulo ante ab universo populo Romano moribus nostris praepositos esse: et nos a vobis et admoneri, et regi, non vos a nobis debere. indicandum tamen est, quid omnes bonos in vobis aut offendas, aut certe mutarum maline. Singulos cum insuemur, M. Aemili, M. Fulvi, neminem hodie in civitate habemus, quem, si revocemur in suffragium, velimus vobis praeclarum esse. ambo cum simul aspiciamus, non possumus non vereri, ne male comparati sitis, nec aurum reipublicae proferat, quod omnibus nobis egregie placetis, quam, quod alter alteri displicetis, noceat. Inimicitias per annos multos vobis ipsis graves et atroces geritis: quae, periculum est, ne ex hac die nobis et reipublicae, quam vobis, graviores fiant. De quibus causis hoc timeamus, multa succurrunt, quae dicerentur; nisi forte implacabiles vestrae irae implicaverint animos vestros. Has ut hodie, ut in isto templo, finiatis simultates, quaesumus vos universi; et, quos conjunxit suffragiis suis populus Romanus, hac etiam reconciliatione gratiae conjungi a nobis finatis. Uno animo, uno consilio legatis fecerunt, equites recenseatis, agatis censum, lustrum condatis: quod in omnibus fere precationibus nuncupabitis verbis. Ut ea res mihi collegaeque meo bene et feliciter eveniat, id ita ut vere, ut ex animo velitis evenire: efficiaturque, ut, quod Deos precati eritis, id vos velle etiam homines credamus. T. Tatius et Romulus, in cuius arvis medio foro acie hostes concurrerant, ibi concorditer regnarunt. Non modo simultates, sed bella quoque finiantur, ex infestis hostibus plerumque socii fideles, invidiam etiam cives fiunt. Albani, diruta Alba, Romam produci sunt: Latini, Sabini in civitatem accepti. Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit: Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse. Fremitus ortus cum assensu, deinde universorum voces idem potentium, consulae in unum, orationem interpel-*

larunt. Inde Aemilius questus cum alia, tum bis a M. Fulvio se certo consulatu dejectum. Fulvius contra queri, se ab eo semper lacesitum, et in probrum suum sponsonem factam. tamen ambo significare, si alter vellet, se in potestate tot principum civitatis futuros. Omnibus instantibus, qui aderant, dexteram fidemque dedere, mittere vere ac finire odium. Deinde, collaudantibus cunctis, deducti sunt in Capitolium. Et cura super talire principum, et facilitas censorum egregie comprobata ab sonatu et laudata est. Censoribus deinde postulanti- bus, ut pecuniae summa sibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur, vectigal annuum decretum est.

XLVII. Eodem anno in Hispania L. Postumius et Ti. Sempronius propraetores comparaverunt ita inter se, ut in Vaccacos per Lusitaniam iret Albinus, in Celtiberiam inde reverteretur; Gracchus, si majus ibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetraret. Mundam urbem primum vi cepit, nocte ex improvise aggressus. acceptis deinde oblidibus, praesidioque imposito, castris oppugnare, agros urere, donec ad praevalem aliam urbem (Certimam appellant Celtiberi) pervenit. ubi cum jam opera admoveret, veniunt legati ex oppido, quorum sermo antiquae simplicitatis fuit, non dissimulantium bellaturos, si vires essent. Petierunt enim, ut sibi in castra Celtiberorum ire liceret ad auxilia accipienda. si non impetrassent, tum separatim eos ab illis se consulturos. Permittente Graccho, ierunt, et post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerunt. Meridianum tempus erat. nihil prius petierunt a praetore, quam ut bibere sibi juberet dari. Epotis primis poculis, iterum poposcerunt; magno risu circumstantium in tam rudibus et moris omnis ignavis ingeniis. Tum maxinus natu ex iis, *Missi sumus, inquit, a gente nostra, qui sciscitaremur, qua tandem re fretus arma nobis inferres?* Ad hanc percontationem Gracchus, *Exercisu se egregio fidencem venisse,* respondit; *quem si ipsi visere velint, quo certiora ad suos referant, potestatem se eis facturum esse:* tribunisque militum imperat, ut ornari omnes copias peditum equitumque, et decurrere jubeant armatas. Ab hoc

hoc spectaculo legati missi deteruerunt suos ab auxilio circumfessae urbi ferendo. Oppidani, cum ignes nocte turribus nequidquam (quod signum convenerat) sustulissent, destitui ab unica spe auxilii, in ditionem venerunt. sestertium quater et vices ab his est exactum, quadraginta nobilissimi equites: nec obsidum nomine, nam militare iussi sunt) et tamen re ipsa, ut pignus fidei essent.

XLVIII. Inde jam duxit ad Alcen urbem, ubi castra Celtiberorum erant, a quibus venerat nuper legati. eos cum per aliquot dies, armaturam leuem immittendo in stationes, lacerasset parvis proeliis, in dies majora certamina serebat, ut omnes extra munitiones eliceret. ubi, quod petebatur, sensit effectum, auxiliorum praefectis imperat, ut, contracto certamine, tanquam multitudine superarentur, repente tergis datis, ad castra effulse fugerent. ipse intra vallum ad omnes portas instruxit copias. Haud multum temporis intercessit, cum ex composito refugientium suorum agmen, post effulse sequentes barbaros conspexit. Instructam ad hoc ipsum intra vallum habebat aciem. itaque tantum moratus, ut suos refugere in castra libero introitu lineret, clamore sublato, simul omnibus portis erupit. Non sustinere impetum necopinatum hostes, qui ad castra oppugnanda venerant, ne sua quidem tueri potuerunt. nam extemplo fusi, fugati, mox intra vallum paventes compulsi, postremo exuuntur castris. Eo die novem millia hostium caesa: capti vivi trecenti viginti, equi centum duodecim, signa militaria triginta, septem. de exercitu Romano centum novem ceciderunt.

XLIX. Ab hoc proelio Gracchus duxit ad, depopulandum Celtiberiam legiones. et, cum ferret passim cuncta atque ageret, populique alii voluntate, alii metu jugum acciperent, centum tria oppida intra paucos dies in ditionem accepit: praeda potius ingenti est. Converterit inde agmen retro, unde venerat, ad Alcen, atque eam urbem oppugnare institit. Oppidani primum impetum hostium sustinuerunt: deinde, cum jam non armis modo, sed etiam operibus oppugnarentur, diffisi praesidio urbis, in arcem universi concesserunt. postremo et inde, praemissis oratoribus, in ditionem se suaque omnia Romanis

permiserunt. Magna inde praeda facta est. multi captivi nobiles in potestatem venerunt; inter quos et Turri filii duo et filia. Regulus hic earum gentium erat, longe potentissimus omnium Hispanorum. Audita suorum clade, missis, qui fidem venienti in castra ad Gracchum peterent, venit. et primum quaesivit ab eo; *ne sibi liceret ac suis vivere?* cum praetor *victurum* respondisset; quaesivit iterum, *si cum Romanis militare liceret?* id quoque Graccho permittente, *sequar.* inquit, *vos adversus veteres socios meos, quoniam illos ad me propiunt suspicere.* Secutus est inde Romanos, fortique ac fidei opera multis locis rem Romanam adjuvit.

L. Ergavia inde, nobilis et potens civitas, aliorum circa populorum cladibus territa, portas aperuit Romanis. Eam deditioem oppidorum haud cum fide factam, quidam auctores sunt. e qua regione abduxisset legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque eum postea proelio ad montem Chaunum cum Celtiberis a prima luce ad sextam horam diei signis collatis pugnasse; multos utrinque cecidisse: ne aliud magnopere, nec victos crederes, fecisse Romanos, nisi quod postero die lacessierint proelio manentes intra vallum; spolia per totum diem legerint; tertio die proelio majore iterum pugnatum; et dum demum haud dubie victos Celtiberos, castraque eorum capta et direpta esse. Viginti duo millia hostium eo die esse caesa, plus trecentos captos: pareum fere equorum numerum; et signa militaria septuaginta duo. inde debellatum, veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide, Celtiberos fecisse. Eadem aestate et L. Postunium in Hispania ulteriore bis cum Vaccaeis egregie pugnasse scribunt. ad triginta et quinque millia hostium occidisse, et castra oppugnasse. Propius vero est, serius in provinciam pervenisse, quam ut ea aestate potuerit res gerere.

LI. Censores fidei concordia senatum legerunt. princeps electus est ipse censor M. Aemilius Lepidus pontifex maximus: tres ejecti de senatu. retinuit quosdam Lepidus a collega praeteritos. Opera ex pecunia attributa divisaque inter se haec confecerunt. Lepidus molem ad Tarracinam; ingratum opus, quod praedia habebat ibi,

privatamque publicae rei impensam imposuerat. Theatrum et proscenium ad Apollinis, aedem Jovis in Capitolio, columnasque circa poliendas albo locavit: et ab his columnis, quae incommode opposita videbantur, signa amovit: clypeaque de columnis, et signa militaria affixa omnis generis demisit. M. Fulvius plura et majoris locavit usus: portum et pilas pontis in Tiberim; quibus pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus et L. Mummius censores locaverunt imponendos. basilicam post argentarias novas et forum piscatorium, circumdatis tabernis, quas vendidit in privatum; et forum, et porticum extra portam Trigemina, et aliam post navalia, et ad sanum Herculis, et post Spei ad Tiberim aedem Apollinis Medici. Habuere et in promiscuo praeterea pecuniam. ex ea communiter locarunt aquam adducendam, fornicesque faciendos. Impedimento operi fuit M. Licinius Crassus, qui per fundum suum duci non est passus. Portoria quoque et vectigalia iidem multa instituerunt, complura sacella publica, quae fuerant occupata a privatis, publica sacraque ut essent, paterentque populo, curarunt. Mutarunt suffragia: regionaliumque generibus hominum, causisque, et quaesibus, tribus descripserunt.

LII. Et alter ex censoribus M. Aemilius petiit ab senatu, ut sibi dedicationis templorum Reginae Junonis et Dianae; quo bello Ligustino ante annis octo vovisset, pecunia ad ludos decerneretur. Viginti millia aeris deereverunt. dedicavit eas aedes, utramque in circo Flaminio. ludosque scenicos triduum post dedicationem templi Junonis, biduum post Dianae, et singulos dies fecit in circo. Idem dedicavit aedem Larium Permarinam in Campo. voverat eam annis undecim ante L. Aemilius Regillus, navali proelio adversus praefectos regis Antiochi. Supra valvas templi tabula cum titulo hoc fixa est: *Duello magno regibus dirimendo * caput subigendae parricidae pacis haec pugna exevnti L. Aemilio M. Aemilii filio auspicio, imperio, felicitate ducruque ejus inter Ephesum, Samum, Chiumque, inspectante eos. viso Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephanisque, classis regis Antiochi antea sic victa, fusa, confusa, fugataque* est.

*est, ibique eo die naves longae cum omnibus sociis captae LXII. Ea pugna pugnata, rex Antiochus regnumque**. Ejus rei ergo aedem Laribus Permarinis vocit. Eodem exemplo tabula in aede Jovis in Capitolio supra valvas fixa est.*

LIII. Biduo, quo senatum legerunt censores, Q. Fulvius consul, profectus in Ligures, per invios montes vallesque saltus cum exercitu transgressus, ignis collatis cum hoste pugnavit: neque tantum acie vicit, sed castra quoque eodem die cepit. tria millia ducenti hostium, omnisque ea regio Ligurum in deditionem venit. Consul deditos in campestres agros deduxit, praesidiaque montibus imposuit. Celeriter et ex provincia literae Romam venerunt. supplicationes ob eas res gestas in tri-duum decretae sunt. Praetores quadraginta hostiis majoribus per supplicationes rem divinam fecerunt. Ab altero consule L. Manlio nihil memoria dignum in Liguribus est gestum. Galli Transalpini, tria millia hominum, in Italiam transgressi, neminem bello lacescentes, agrum a consulibus et senatu petebant, ut pacati sub imperio populi Romani essent. Eos senatus excedere Italia iussit, et consulem Q. Fulvium quaerere, et animadvertere in eos, qui principes et auctores transcendendi Alpes fuissent.

LIV. Eodem anno Philippus rex Macedonum, senio et moerore consumtus post mortem filii, decessit. Deme-triade hibernabat, cum desiderio anxius filii, tum poenitentia crudelitatis suae. stimulabat animum et alter filius, haud dubie et sua et aliorum opinione rex, conversique in eum omnium oculi, et destituta senectus; aliis expectantibus suam mortem, aliis ne expectantibus quidem. Quo magis angebatur, et cum eo Antigonus Eche-cratis filius, nomen patris Antigoni ferens, qui tutor Philippi fuerat, regiae vir majestatis, nobili etiam pugna adversus Cleomenem Lacedaemonium clarus. Tutorem eum Graeci, ut cognomine a ceteris regibus distinguerent, appellarunt. Hujus fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptas permanerat: eique ea fides, nequaquam amicum Persea, inimicissimum fecerat. is, prospiciens animo, quanto cum periculo sua hereditas regni ventura esset ad Persea, ut pri-

mun labare animum regis, et ingemiscere interdum filii desiderio sensit; nunc praebendo aures, nunc iacessendo etiam mentionem rei temere actae, saepe querenti querens et ipse aderat. et, cum multa assoleas veritas praebere vestigia sui, omni ope adjuvabat, quo raaturius omnia emanarent. Suspecti et ministri facinoris, Apelles maxime et Philocles, erant; qui Romam legati fuerant, literasque exitiales Demetrio sub nomine Flaminini attulerant.

LV. Falsas esse, et a scriba vitiatas, signumque adulterinum, vulgo in regia fremebant. Ceterum, cum suspecta magis, quam manifesta, esset res, forte Xychus obivus sit Antigono, ocomprehensusque ab eo in regiam est perductus. relicto eo custodibus, Antigonus ad Philippum processit. *Multis, inquit, sermonibus intellexisse videor, magno te aestimaturum, si scire vera omnia possis de filiis tuis, uter ab utro petitus fraude et infidiis esset. Homo unus omnium, qui nodum hujus erroris exsolvere possit, in potestate tua est Xychus. forte vocatum perducramque in regiam vocari juberet.* Adductus primo ita negare inconstanter, ut, parvo metu admoto, paratum indicem esse appareret. conspectum torioris verberumque non sustinuit: ordinemque omnem facinoris legatorum ministerisque sui exposuit. Extemplo missi, qui legatos comprehenderent, Philoclem, qui praefens erat, oppresserunt: Apelles, missus ad Chaeream quendam persequendum, indicio Xychi audito, in Italiam trajecit. De Philocle nihil certi vulgatum est. alii primo audaciter negantem, postquam in conspectum adductus sit Xychus, non ultra tetendisse; alii tormenta etiam insitiantem perpeffum affirmant. Philippo redintegratus est luctus geminatusque: et infelicitatem suam in liberis graviorem, quod alter perisset, censebat.

LVI. Perseus, certior factus omnia detecta esse, potentior quidem erat, quam ut fugam necessarium duce-
ret. tantum, ut procul abesset, curabat, interim velut ab incendio flagrantis irae, dum Philippus viveret, se defensorus. qui, spe potiundi ad poenam corporis ejus amissa, quod reliquum erat, id studere, ne super impu-
nita.

nitatem etiam praemio sceleris fruere. Antigonus igitur appellat; cui et palam facti parricidii gratia obnoxius erat, neque pudendum aut poenitendum eum regem Macedonibus, propter recentem patri Antigoni gloriam, fore censebat. *Quando in eam fortunam veni, inquit, Antigone, ut orbitas mihi, quam alii detestantur patres, optabilis esse debeat; regnum, quod a patre tuo forti, non solum fidei, sed etiam eius custoditum et curatum etiam accepi, id tibi tradere in animo est. Te unum habeo, quem dignum regno iudicem. si neminem haberem, perire et exstingui id malletm, quam Perseo sceleratae fraudis praemium esse. Demetrium excitarum ab inferis restitutumque credam mihi, si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus illacrimasti, in locum ejus substitutum relinquam.* Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non desistit. cum in Thracia Perseus abesset, circumire Macedoniae urbes, principibusque Antigonus commendare: et, si vita longior suppessisset, haud dubium fuit, quin eum in possessione regni relicturus fuerit. Ab Demetriade profectus, Thessalonicae plurimum temporis moratus fuerat. inde cum Amphipolin venisset, gravi morbo est implicatus. sed. Anno tamen aegrum magis fuisse, quam corpore, constat, curisque et vigiliis (cum identidem species et umbrae infantis intereunti filii agitent) extinctum esse cum diris execrationibus alterius. Tamen admoneri potuisset Antigonus, si haud statim palam facta esset mors regis. Medicus Calligenes, qui curationi praeerat, non expectata morte regis, a primis desperationis notis nuntios praedispositos, ita ut convenerat, milit ad Perseum; et mortem regis in adventum ejus omnes, qui extra regiam erant, celavit.

LVII. Oppressit igitur necopinantes ignarosque omnes Perseus, et regnum scelere patrum invasit. Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem, et ad vires bello contrahendas. nam post paucis diebus gens Bastarnarum, diu sollicitata, ad suis sedibus magna peditum equitumque manu Istrum trajecit. inde praegressis, qui nuntiarent regi, Antigono et Cottoni (nobilis erat Bastarna; et Antigonus perierat cum ipso Cicone legatus

ad

ad concitandos Bastarnas missus) haud procul Amphipoli^s fama, inde certi nuntii occurrerunt, mortuum esse regem. quae res omnem ordinem consilii turbavit. Compositum autem sic fuerat: transitum per Thraciam tutum et comneatus Bastarnis ut Philippus praestaret. id ut facere posset, regionum principes donis coluerat, fide sua obligata, pacato agmine transituros Bastarnas. Dardanorum gentem delere propositum erat, inque eorum agro sedes fundare Bastarnis. duplex inde erat commodum futurum, si et Dardani, gens semper infestissima Macedoniae, temporibusque iniquis regum imminens, tolleretur; et Bastarnae, relictis in Dardania conjugibus liberisque, ad populandam Italiam possent mitti. *Per Scordiscos iter esse ad mare Adriaticum Italiamque. alia via traduci exercitum non posse. facile Bastarnis Scordiscos iter dururos. nec enim aut lingua aut moribus aequales abhorreere; et ipsos adiuncturos se, cum ad praedam opulentissimae gentis ire vidissent.* Inde in omnem eventum consilia commodabantur. siue caeli ab Romanis forent Bastarnae, Dardanos tamen sublatos, praedamque ex reliquiis Bastarnarum, et possessionem liberam Dardaniae, solatio fore: siue prospere gessissent, Romanis averis in Bastarnarum bellum, recuperaturum se in Graecia, quae amisisset. Haec Philippi consilia fuerant.

LVIII. Ingressi sunt pacato agmine, fide Cottonis et Antigoni. sed haud multo post famam mortis Philippi neque Thraces commercio faciles erant, neque Bastarnae tanto contenti esse poterant, aut in agmine contineri, ne decederent via. inde injuriae ultro citroque fieri: quarum in dies incremento bellum exarsit. Postremo Thraces, cum vim ac multitudinem sustinere hostium non possent, relictis camprestibus vicis, in montem ingentis altitudinis (Donucam vocant) concesserunt. Quo ubi ire Bastarnae vellent, quali tempestate Gallos spoliantes Delphos summa est peremptos esse; talis tum Bastarnas, nequidquam ad magna montium appropinquantes, oppressit. neque enim imbre tantum effuso, dein creberrima grandine obruti sunt, cum ingenti fragore coeli tonitribusque et sub-

gustibus praesurgentibus aciem oculorum; sed fulmina
etiam

etiam sic undique micabant, ut peti viderentur corpora; nec solum milites, sed etiam principes, icti caderent. itaque, cum praecipiti fuga per rupes praealtas improvidi sternerentur ruarentque, instabant quidem percussis Thraeces: sed ipsi Deos auctores fugae esse, coelumque in se ruere ajebant. Dissipati procella, cum, tanquam ex naufragio, plerique semierues in castra, unde profecti erant, redissent, consultari, quid agerent, coeptum: inde orta dissensio, aliis redeundum, aliis penetrandum in Dardaniam censentibus. Triginta ferme millia hominum (Clondico duce profecti erant) pervenerunt. cetera multitudo retro, qua venerant, transdanubianam regionem repetiit. Perseus, potius regno, interfici Antigonum iussit: et, dum firmaret res, legatos Romam ad amicitiam paternam renovandam, petendumque, ut rex ab senatu appellaretur, misit. Haec eo anno in Macedonia gesta.

LIX. Alter consulum Q. Fulvius ex Liguribus triumphavit. quem triumphum magis gratiae, quam rerum gestarum magnitudini, datum constabat. Armorum hostilium magnam vim transtulit; nullam pecuniam admodum. divisit tamen in singulos milites tricenos aeris, duplex centurionibus, triplex equiti. Nihil in eo triumpho magis insigne fuit, quam quod forte evenit, ut eodem die triumpharet, quo priore anno ex praetura triumphaverat. Secundum triumphum comitia edixit, quibus creati consules sunt M. Junius Brutus, A. Manlius Vulso. Praetorum inde, tribus creatis, comitia tempestas diremit. postero die reliqui tres facti ante diem quartum Idus Martias, M. Titinius Curvus, Ti. Claudius Nero, T. Fontejus Capito. Ludi Romani instaurati ab aedilibus curulibus Cn. Servilio Caepione, Ap. Claudio Centhone, propter prodigia, quae evenerant. Terra movit: in foris publicis; ubi lectisternium erat, Deorum capita, quae in lectis erant, averterunt se; lanaque eum integumentis, quae Jovi opposita fuit, decidit. de mensa oleas quoque praegustasse mures, in prodigium versum est. Ad ea expianda nihil ultra, quam ut ludi instaurarentur, actum est.

EPITOME LIBRI XLI.

in aede Vestae extinctus est. Ti. Sempronius Gracchus proconsul Celtiberos victos in deditionem accepit, motumque operum suorum, Gracchurim oppidum in Hispania constituit. Et a Postumio Albino proconsule Vaccaei Hispani subacti sunt. uterque triumphavit. Antiochus, chi filius, obses Romanis a patre datus, mortuo fratre co, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae abe dimissus. Lastrum a censoribus conditum est. censae civium capita ducenta sexaginta tria milia ducenta nota quatuor. Q. Voconius Saxa tribunus plebis legem dedit ne quis heredem mulierem institueret. suasis legem dedit. exstat oratio ejus. Praeterea res contra Ligurios, Sardos, et Celtiberos, a compluribus ducibus ere gestas, et initia belli Macedonici continet, quod us, Philippi filius, moliebatur. miserat enim ad Carthagenenses legationem, et ab iis nocte audita erat: sed et Graciae civitates sollicitabat. qui praeter religionem, quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athetivis Olympii, et Antiochiae Capitolini, vilissimum regit.

LIBER XLI.

* * *

in pace habitam armasse, eoque juventuti praecipuae pergratus esse dicebatur.

consilium de Istro bello cum haberet consul, alii dum extemplo, antequam contrahere copias hostes it, alii consulendum prius senatum censabant. Vinentia, quae diem non proferebat. Profectus ab eja consul castra ad lacum Tinavi posuit: (imminet is lacus) eodem decem navibus C. Furius duumvir is venit. Adversus Illyriorum classem creati duumavales erant, qui tuendam viginti navibus mari lue Anconam, velut cardinem haberent: inde L. CorLivii Tom. III.

Hh

nelius

nelius dextra litora usque ad Tarentum, C. Furius laeva usque ad Aquilejam tueretur. Eae naves ad proximum portum in Istriae fines cum onerariis et magno comineatu missae: secutusque cum legionibus consul quinque ferme millia a mari posuit castra. In portu emporium brevi saepe factum, omniaque hinc in castra supportabantur. et, quo id tutius fieret, stationes ab omnibus castrorum partibus circumdatae sunt: in Istriamque suum praesidium stativum, repentina cohors Placentina opposita inter mare et castra: et, ut ideam aquatoribus ad fluvium esset praesidium, M. Aebutius tribunus militum secundae legionis duos manipulos militum adiacere iussus est. T. et C. Aelii tribuni militum legionem tertiam, quae pabulatores et lignatores tueretur, via, quae Aquilejam fert, duxerant. Ab eadem regione mille ferme passuum castra erant Gallorum: Catmelus pro regulo erat tribus haud amplius millibus armatorum.

II. Istri, ut primum ad lacum Timavi castra sunt Romana mota, ipsi post collem occulto loco confederunt; et inde obliquis itineribus agmen sequebaniur, in omnem occasionem intenti: nec quidquam eos, quae terra marique agerentur, fallebat. Postquam stationes invalidas esse pro castris, eorum turba inermis frequens inter castra et mare mercantium, sine ullo terrestri aut maritimo munimento, viderunt; duo simul praesidia, Placentinae cohortis, et manipulorum secundae legionis, aggrediuntur. Nebula matutina texerat inceptum: qua dilabente ad primum teporem solis, perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut solet, lux, speciem omnium multiplicem intuenti reddens, tum quoque frustrata Romanos, multo majorem iis, quam erat, hostium aciem ostendit. qua territi utriusque stationis milites ingenti tumultu cum in castra confugissent, haud paulo ibi plus, quam quod secum ipsi attulerant, terroris fecerunt. Nam neque dicere, quid fugissent, nec percontantibus reddere responsum poterant: et clamor in portis (ut ubi nulla esset statio, quae sustineret impetum) audiebatur: *et concursatio, in obscuro incidentium aliorum in alios incertum fecerat, an hostis intra vallum esset. Una vox audie-*

audiebatur ad mare vocantium. Id forte temere ab uno exclamatum totis passim personabat castris. Itaque primo, velut iussi id facere, pauci armati, major pars inermes, ad mare decurrunt: dein plures, postremo prope omnes, et ipse consul; cum, frustra revocare fugientes conatus, nec imperio, nec auctoritate, nec precibus ad extremum, valuisset. Unus remansit M. Licinius Strabo, tribunus militum tertiae legionis, cum tribus signis ab legione sua relictus. Hunc, in vacua castra impetu facto, Istri, cum alius armatus iis nemo obviam illet, in praetorio instruentem atque adhortantem suos oppresserunt. Proelium atrocius, quam pro paucitate resistentium, fuit: nec ante finitum est, quam tribunus militum, quique circa eum constiterant, interfecti sunt. Praetorio dejecto, direptis, quae ibi fuerunt, ad quaestorium forum quintanamque hostes pervenerunt. Ibi, cum omnium rerum paratam expositamque copiam, et stratos lectos in quaestorio invenissent, regulus accubans epulari coepit. mox idem ceteri omnes, armorum hostiumque oblitii, faciunt: et, ut quibus inluetus liberalior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant.

III. Nequaquam eadem est tum rei forma apud Romanos: terra, mari trepidatur: nautici tabernacula detendunt, conneatumque in litore expositum in naves rapiunt: milites in scaphas et mare territi ruunt: nautae, metu ne compleantur navigia, alii turbae obsistunt, alii ab litore naves in altum expellunt. inde certamen, mox etiam pugna cum vulneribus et caede invicem militum natarumque oritur, donec iussu consulis procul a terra classis submota est. Secernere inde ineranes ab armatis coepit. vix mille ducenti ex tanta multitudine, qui arma haberent, perpauca equites, qui equos secum eduxissent, inventi sunt. cetera de foris turba, velut lixarum catonumque, praeda fere futura, si belli hostes meminissent. Tunc demum nuntius ad tertiam legionem revocandam, et Gallorum praesidium: et simul ex omnibus locis ad castra recipienda demendamque ignominiam rediti coeptum est. Tribuni militum tertiae legionis pabulum lignaque projicere jubent: centurionibus impe-

rant, ut graviores aetate milites binos in ea jumenta, ex quibus onera dejecta erant, imponant: equites ut singulos e juvenibus pedites secum in equos tollant. *Egregiam gloriam legionis fore, si castra, metu secundanorum amissa, sua virtute recipiant: et recipi facile esse, si in praeda occupati barbari subito opprimantur: sicut ceperint, posse capi.* Summa militum alacritate adhortatio audita est. Ferunt citati signa, nec signiferos arinati morantur: priores tamen consul copiaequae, quae a mari reducebantur, ad vallum accesserunt. L. Atius, tribunus primus secundae legionis, non hortabatur modo milites, sed docebat etiam, *Si victores Istri, quibus armis cepissent castra, iisdem capta retinere in animo haberent, primum ex eorum castris hostem ad mare persecuturos fuisse, deinde stationes certe pro vallo habituros. vino somnoque verisimile esse merfos jacere.*

IV. Sub haec A. Baeculonius signiferum suum, notae fortitudinis virum, inferre signum iussit. Ille, si unum se sequeretur, quo celerius fieret, facturum dixit: connisusque, cum trans vallum signum trajecisset, primus omnium portam intravit. Et parte alia T. et C. Aelii, tribuni militum tertiae legionis, cum equitatu adveniunt. confectum, et quos binos oneraria in jumenta imposuerant, secuti, et consul cum toto agnino. At Istrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugae; aliis somno mors continuata est: integraque sua omnia Romani, praeterquam quod vini cibique absumtum erat, receperunt. Aegri quoque milites, qui in castris relictos fuerunt, postquam intra vallum suos miserunt, armis arreptis, caedem ingentem fecerunt. Ante omnes insignis opera fuit C. Popillii equitis. Sabello cognomen erat. is, pede laucio relictus, longe plurimos hostium occidit. Ad octo millia Istrorum sunt caesa, captus nemo, quia ira et indignatio immemores praedae fecit. Rex tamen Istrorum, temulentus ex convivio, raptim a suis in equum impositus, fugit. Ex victoribus ducenti triginta septem milites perierunt; plures in matutina fuga, quam in recipiendis castris.

V. Forte ita evenit, ut Cn. et L. Gavillii, novelli Aquilejenses, cum commeatu venientes, ignari prope in capta castra ab Istris incidissent. Ii, cum Aquilejam, relictis impediuntibus, refugissent, omnia terrore ac tumultu, non Aquilejae modo, sed Romae quoque post paucos dies, impleverunt: quo, non capta tantum castra ab hostibus, nec fuga, quae vera erant, sed perditas res deletumque exercitum omnem, allatum est. Itaque, quod in tumultu fieri solet, delectus extra ordinem, non in urbe tantum, sed tota Italia, indicti. Duae legiones civium Romanorum conscriptae, et decem millia peditum cum equitibus quingentis sociis nominis Latini imperata. M. Junius consul transire in Galliam, et ab civitatibus provinciae ejus, quantum quaeque posset, militum exigere iussus. Simul decretum, ut Ti. Claudius praetor militibus legionis quartae, et socium Latini nominis quinque millibus, equitibus ducentis quinquaginta, Pisas ut convenirent, ediceret; eamque provinciam, dum consul inde abesset, tutaretur: M. Titinius praetor legionem primam, parem numerum sociorum peditum equitumque, Ariminum convenire juberet. Nero paludatus Pisas in provinciam est profectus. Titinius, C. Cassio tribuno militum Ariminum, qui praeesset legioni, misso, delectum Romae habuit. M. Junius consul, ex Liguriis in provinciam Galliam transgressus, auxiliis protinus per civitates Galliae militibusque colonis imperatis, Aquilejam pervenit. Ibi certior factus, exercitum incolumem esse, scriptis literis Romam, ne tumultuarentur, ipse, remisissis auxiliis, quae Gallis imperaverat, ad collegam est profectus. Romae magna ex necopinato laetitia fuit: delectus omissus est: exauctorati, qui sacramento dixerant: et exercitus, qui Arimini pestilentia affectus erat, domum dimissus. Istri, magnis copiis cum castra haud procul consulis castris haberent, postquam alterum consulem cum exercitu novo advenisse audierunt, passim in civitates dilapsi sunt: consules Aquilejam in hiberna legiones reduxerunt.

VI. Sedato tandem Istrico tumultu, senatusconsultum factum est, ut consules inter se compararent, uter

eorum ad comitia habenda Romam rediret. Cum absentem Manlium tribuni plebis, A. Licinius Nerva et C. Papirius Turdus, in concionibus lacerarent, rogationemque promulgarent, ne Manlius post Idus Martias (prorogatae namque consulibus jam in annum provinciae erant) imperium retineret, uti causam extemplo dicere, cum abisset magistratu, posset; huic rogationi Q. Aelius collega intercessit, magnisque contentionibus obtinuit, ne perferretur. Per eos dies Ti. Sempronius Gracchus et L. Postumius Albinus ex Hispania Romam cum revertissent, senatus iis a M. Titinio praetore datus in aede Bellonae ad differendas res, quas gessissent, postulandosque honores meritos, ut Diis immortalibus haberetur honos. Eodem tempore et in Sardinia magnum tumultum esse, literis T. Aebutii praetoris cognitum est, quas filius ejus ad senatum attulerat. Ilienses, adjunctis Balarorum auxiliis, pacatam provinciam invalerant: nec eis invalido exercitu, et magna parte pestilentia absumto, resisti poterat. Eadem et Sardonum legati nuntiabant; orantes, ut urbibus saltem (jam enim agros deploratos esse) opem senatus ferret. Haec legatio, totumque quoad Sardiniam pertinebat, ad novos magistratus rejectum est. Aequae miserabilis legatio Lyciorum, qui crudelitatem Rhodiorum, quibus ab L. Cornelio Scipione attributi erant, querebantur: *Fuisse sub disione Antiochi: eam regiam servitutem, collatam cum praesenti statu, praeclearam libertatem visam. non publico tantum se premi imperio, sed singulos justum pati servitium. juxta se conjuges liberosque vexari: in corpus, in vergum saeviri: famam, quod indignum sit, maculari dishonestaque: et palam res odiosas fieri, juris etiam usurpandi causa; ne pro dubio habeant, nihil inter se et argento parata mancipia interesse.* Motus his senatus, literas Lyciis ad Rhodios dedit: *nec Lycios Rhodiis, nec ullos dicinquam, qui nati liberi sint, in servitutem dari placere. Lycios ita sub Rhodiorum simul imperio et tutela esse, ut in disione populi Romani civitates sociae sint.*

VII. Triumpho deinde ex Hispania duo continui acti. Prior Sempronius Gracchus de Celtiberis sociisque eorum; postero die L. Postumius de Lusitanis aliisque

U. C. 574. 575. a. C. N. 178. 177.

que ejusdem regionis Hispanis triumphavit. quadraginta millia pondo argenti Ti. Gracchus transtulit, viginti millia Albinus. Militibus denarios quinos vicanos, duplex centurioni, triplex equiti ambo deviferunt: focis tantundem, quantum Romanis. Per eosdem forte dies M. Junius consul ex Istria comitiorum causa Romam venit. Eum cum in senatu fatigassent interrogationibus tribuni plebis Papirius et Licinius de his, quae in Istria essent acta, in concione quoque prodixerunt. Ad quae cum consul, *se dies non plus undecim in ea provincia fuisse, responderet; quae se absente acta essent, se quoque, ut illos, fama comperta habere; exlequebantur deinde quaerentes, Quid ita non potius A. Manlius Romam venisset, ut rationem redderet populo Romano, cur ex Gallia provincia, quam sortitus esset, in Istriam transisset? quando id bellum senatus decrevisset, quando id bellum populus Romanus jussisset? At, Hercule, privato quidem consilio bellum susceptum esse, sed gestum prudenter fortisque. Immo, utrum susceptum sit nequius, an incon-sultius gestum, dici non posse. Stationes duas accopinantes ab Istris oppressas; castra Romana cepa, nec pedirum, quod equitum in castris fueris. ceteros inermes fusosque, ante omnes consulem ipsum, ad mare ac naves fugisse. Privatum rationem reddisurum earum rerum esse, quoniam consul noluisse.*

VIII. Comitia deinde habita. consules creati, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus: et postero die praetores facti, P. Aelius Tubero iterum, C. Quinctius Flamininus, C. Numisius, C. Mummius, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Laevinus. Tuberoni urbana jurisdictio, Quinctio peregrina evenit, Numisio Sicilia, Mumizio Sardinia: sed ea propter belli magnitudinem provincia consularis facta. Gracchus eam sortitur, Aemiliam Claudius; Scipio et Laevinus Galliam, in duas divilam provincias, sortiti sunt. Idibus Martiis, quo die Sempronius Claudiusque consulatum inierunt, mentio tantum de provinciis Sardinia Istriaque et utriusque hostibus fuit, qui in his provinciis bellum conscivissent. Postero die legati Sardonum, qui ad novos magistratus

dilati erant, L. Minucius Thermus, qui legatus Manlii consulis in Istria fuerat, in senatum venit. Ab his eductus est senatus, quantum belli eae provinciae haberent. Moverunt senatum et legationes socium nominis Latini, quae et censores et priores consules fatigaverunt, tandem in senatum introductae. Summa querelarum erat, *Cives suos Romae censos plerosque Romam commigrasse. Quod si permittatur, per paucis lustris futurum, ut deserta oppida, deserti agri, nullum militem dare possent.* Fregellas quoque millia quatuor familiarum transisse ab se, Samnites Pelignique querebantur: neque eo minus aut hos aut illos in delectum militum dare. Genera autem fraudis duo mutandae viritim civitatis inducta erant. Lex sociis ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent. ea lege male utendo, alii sociis, alii populo Romano injuriam faciebant. Nam et, ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusque Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives essent: et quibus stirpes deesset, quam relinquerent, ut cives Romani fiebant. Postea, his quoque imaginibus juris spretis, promiscue sine lege, sine stirpe, in civitatem Romanam per inmigrationem et censum transibant. *Haec ne postea fierent, petebant legati, et ut redire in civitates juberent socios; deinde ut lege caverent, ne quis quem civitatis mutandae causa suum faceret, neve alienaret: et, si quis ita civis Romanus factus esset.* Haec impetrata ab senatu.

IX. Provinciae deinde, quae in bello erant, Sardinia atque Istria decretae. In Sardiniam duae legiones scribi iussae; quina millia in singulas et duceni pedites, treceni equites; et duodecim millia peditum sociorum ac Latini nominis, et sexcenti equites, et decem quinquereves naves, si deducere ex navalibus vellet. Tantundem peditum equitumque in Istriam, quantum in Sardiniam, decretum. Et legionem unam cum equitibus trecentis, et quinque millia peditum sociorum, et ducentos quinquaginta mittere equites in Hispaniam consules ad M. Titinium iussi. Priusquam consules provincias sortirentur,

tur.

tur, prodigia nuntiata sunt. Lapidem in agro Crustumino in lacum Martis de coelo cecidisse. Puerum trunci corporis in agro Romano natum, et quadrupedem anguem visum: et Capuae multa in foro aedificia de coelo tacta: et Puteolis duas naves fulminis ictu concrematas esse. Inter haec, quae nuntiabantur, lupus etiam Romae interdiu agitato, cum Collina porta intrasset, per Esquilinam magno consectantium tumultu evasit. Eorum prodigiorum causa consules majores hostias immolarunt, et diem unum circa omnia pulvinaria supplicatio fuit. Sacrificiis rite perfectis, provincias sortiti sunt: Claudio Istria, Sempronio Sardinia obvenit. Legem dein de sociis C. Claudius tulit senatusconsulto, et edixit: *quī socii ac nominis Latini, ipsi majoresve eorum, M. Claudio, T. Quinctio censoribus, postque ea, apud socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque civitatem ante Kalendas Novembres redirent.* Quaestio, qui ita non redissent, L. Mummius praetori decreta est. ad legem et edictum consulis senatusconsultum adjectum est: *ut dictator, consul, interrex, censor, praetor qui nunc esset, apud eorum quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut iurjurandum daret, qui eum manumitteret, civitatis mutandae causa manu non mittere:* qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt. Haec in posterum causa jurisque dictio C. Claudio consuli decreta est.

X. Dum haec Romae geruntur, M. Junius et A. Manlius, qui priore anno consules fuerant, cum Aquilejae hibernassent, principio veris in fines Istorum exercitum introduxerunt: ubi cum effuse popularentur, dolor magis et indignatio diripi res suas cernentes Istros, quam certa spes, satis sibi virium adversus duos exercitus, excitavit. concursu ex omnibus populis juventutis facto, repentinus et tumultuarius exercitus acrius primo impetu, quam perseverantius, pugnavit. Ad quatuor millia eorum in acie caesa: ceteri, omisso bello, in civitates passim diffugerunt. inde legatos primum ad pacem petendam in castra Romana, deinde obfides imperatos, miserunt. Haec cum Romae cognita literis proconsulum essent, C.

quaginta capta. Ligures, reliquiae caedis, in montes refugerunt passim: populantique campestres agros consuli nulla usquam apparuerunt arma. Claudius, duarum gentium uno anno victor, duabus, quod raro alius, in consulatū pacatis provinciis, Romam revertit.

XIII. Prodigia eo anno nuntiata. in Crustumino avem sangualem (quam vocant) sacrum lapidem rostro cecidisse. Bovem in Campania locutum. Vaccam aeneam Syraculis ab agresti tauro, qui pecore aberrasset, initam, ac semine alperfam. In Crustumino diem unum in ipso loco supplicatio fuit: et in Campania bos alenda publice data: Syraculanumque prodigium expiatum, editis ab haruspibus Diis, quibus supplicaretur. Pontifex eo anno mortuus est M. Claudius Marcellus, qui consul censorque fuerat. in ejus locum suffectus est pontifex filius ejus M. Marcellus. et Lunam colonia eodem anno duo millia civium Romanorum sunt deducta. Triumviri deduxerunt, P. Aelius, L. Egilius, Cn. Sici-nius. quinquagenā et singula jugera et semisses agri in singulos dati sunt. de Ligure captus is ager erat. Etruscorum ante, quam Ligurum, fuerat. C. Claudius consul ad urbem venit: cui, cum in senatu de rebus in Istria Liguribusque prospere gestis differuisset, postulanti triumphus est decretus. triumphavit in magistratu de duabus simul gentibus. Tulit in eo triumpho denarium trecenta septem millia, et victoriatum octoginta quinque millia septingentos duos. militibus in singulos quini denarii dati: duplex centurioni, triplex equiti. Sociis dimidio minus, quam civibus, datum. itaque taciti, ut iratos esse sentires, secuti sunt curram.

XIV. Dum is triumphus de Liguribus agebatur, Ligures, postquam senserunt, non consularem tantum exercitum Romam abductum, sed legionem ab Ti. Claudio Pisus dimissam, soluti metu, clam exercitu indicto, per transversos limites superatis montibus, in campos degressi, agrum Mutinensem populati, repentino impetu coloniam ipsam ceperunt. Id ubi Romam allatum est, senatus C. Claudium consulem comitia primo quoque

impore habere iussit, creatisque in annum magistratibus provinciam redire, et coloniam ex hostibus eripere. a, uti censuit senatus, comitia habita. Consules eati, Cn. Cornelius Scipio Hispallus, Q. Petillius Spunus. Praetores inde facti, M. Popillius Laenas, P. Linus Crassus, M. Cornelius Scipio, L. Papirius Maso, Aburius, L. Aquillius Gallus. C. Claudio consuli prorogatum in annum imperium, et Gallia provincia: , ne Istri quoque idem, quod et Ligures, facerent, cios nominis Latini in Istriam mitteret, quos triumphum de provincia deduxisset. Cn. Cornelio et Q. Petillio consulibus, quo die magistratum inierunt, immolantibus Jovi singulis bubus, uti solet, in ea hostia, qua Petillius sacrificavit, in jocinore caput non inventum. cum ad senatum retulisset, bove perlitare iussus. De provinciis deinde consultus senatus Pisae et Ligures provincias consulibus decrevit. Cui Pisae provincia obvenisset, cum magistratum creandorum tempus esset, ad comitia reverti iussit. additum decreto, ut binas legiones novas scriberent, et trecenos equites: et dena millia editum sociis nominique Latino, et sexcenos imperarent equites. Ti. Claudio prorogatum est imperium in tempus, quo in provinciam consul venisset.

XV. Dum de his rebus in senatu agitur, Cn. Cornelius, evocatus a viatore, cum templo egressus esset, aulo post rediit confuso vultu, et exsoluit Patribus inscriptis, bovis fescenaris, quem immolavisset, jecur fluxisse. id se victimario nuntianti parum credentem, sum aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, fluxisse: et vidisse ceteram integram partem extorum, cur omne inenarrabiliter absumtum. Territis eo proigio Patribus, et alter consul curam adjecit: qui se, quod caput jocinori defuisset, tribus bubus perlitasse negavit. Senatus majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari iussit. Ceteris Diis perlitatum ferunt: Salutis istium perlitasse negant. Inde consules praetoresque provincias sortiti. Pisae Cn. Cornelio, Ligures Petillio venerunt. Praetores, L. Papirius Maso urbanam, M. Aburius inter peregrinos, sortiti sunt. M. Cornelius Scipio

quoque terrorem adnoventes, circumvectarentur. Eodem et Q. Petillius consul ad conveniendum exercitui diem edixerat. Et C. Claudius proconsul, audita rebellione Ligurum, praeter eas copias, quas secum Parmae habebat, subitariis collectis militibus, exercitum ad fines Ligurum admovit.

XVIII. Hostes sub adventum C. Claudii, a quo duce se meminerant nuper ad Scultennam flumen victos fugatosque, locorum magis praesidio adversus infeliciter expertam vim, quam armis, se defensuri, duos montes Letum et Balistam ceperunt, muroque insuper amplexi. Tardius ex agris demigrantes oppressi ad mille et quingentos perierunt. Ceteri montibus se tenebant, et, ne in metu quidem feritatis ingenitae obliti, saeviunt in praedam, quae Mutinae parta erat. captivos cum foeda laceratione interficiunt: pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant. Satiati caede animantium, quae inanima erant, parietibus affligunt, vasa omnis generis usui magis, quam ornamento in speciem, facta. Q. Petillius consul, ne absente se debellaretur, literas ad C. Claudium militi, ut cum exercitu ad se in Galliam veniret: campis Macris se eum expectaturum. Literis acceptis, Claudius ex Liguribus castra movit, exercitumque ad campos Macros consuli tradidit. Eodem paucis post diebus C. Valerius consul alter venit. Ibi, divitiis copiis, priusquam digrederentur, communiter ambo exercitus lustraverunt. tum sortiti, quia non ab eadem utrumque parte aggredi hostem placebat, regiones quas peterent. Valerium auspicato sortitum constat, quod in tempio fuisset: in Petillio id vitio factum, postea augures responderunt; quod extra templum sortem in litellam in templum latam foris ipse posuerit. Profecti inde in diversas regiones. Petillius adversus Balistae et Leti jugum, quod eos montes perpetuo dorso inter se jungit, castra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione milites, immemorem ambiguitatis verbi, ominatum ferunt, *se eo die Letum capturum esse*. Duabus simul partibus subire in adversos montes coepit. Ea pars, in qua ipse erat, in pigre succedebat. Alteram hostes cum propul-

lent, ut restitueret rem inclinatum, consul equo adductus, suos quidem a fuga revocavit: ipse, dum incautus ante signa obversatur, missili trajectus cecidit. Nec hostes ducem occisum senserunt; et suorum pauci, qui derant, haud negligenter, ut qui in eo victoriam vertirent, corpus occultavere. Alia multitudo peditum vitumque, deturbatis hostibus, montes sine duce cetera. Ad quinque millia Ligurum occisa: ex Romano exercitu duo et quinquaginta ceciderunt. Super tam identem tristis omnis eventum, etiam ex pullario auctum est, vitium in auspicio fuisse; nec id consulem morasse. C. Valerius, audita

riti religionum jurisque publici*, quando duo ordinati consules ejus anni, alter morbo, alter ferro periisset, defectum consulem negabant recte comitia habere posse.

duxit.

XIX. Cis Apenninum Garuli, et Lopicini, et Hertet; trans Apenninum Briniates fuerant. Inter Audeam annem P. Mucius cum iis, qui Lunam Pisasque populati erant, bellum gessit: omnibusque in ditiorum redactis arma ademit. Ob eas res, in Gallia Ligurisque gestas duorum consulum ductu auspicioque, ratus in triduum supplicationes decrevit, et quadrata hostiis sacrificari iussit. Et tumultus quidem Gallicus et Ligustinus, qui principio ejus anni exortus fuerat, haud magno conatu brevi oppressus erat. Belli acedonici subibat jam cura, miscente Perseo inter ardanos Bastarnasque certamina: et legati, qui missi res visendas in Macedoniam erant, jam reverterant suam, renuntiaverantque, bellum in Dardania esse, quod venerant et ab rege Perseo oratores, qui purgaret, nec accitos ab eo Bastarnas, nec auctore eo quidem facere. Senatus nec liberavit ejus culpae regem, quem arguit: moneri eum tantummodo iussit, ut iam atque etiam curaret, ut sanctum haberet foedus, sed ei cum Romanis esse videri posset. Dardani, cum Bastarnas non modo non excedere finibus suis, quod

ſperaverant, ſed gravioreſ fieri in dieſ cernerent, ſubniſoſ Thracum accolarum et Scordifcorum auxiliis, audendum aliquid vel temere rati, omneſ undique armati ad oppidum, quod proximum caſtris Baſtarnarum erat, conveniunt. Hiemeſ erat, et id anni tempuſ elegerant, ut Thraceſ Scordicique in lineſ abirent. quod ubi ita factum, et ſoloſ jam eſſe Baſtarnas audierunt, biſariam dividunt copias: pars, ut recto itinere ad laceſſendum ex aperto iret; pars, devio ſaltu circumducta, ab tergo aggredereſetur. Ceterum, priuſquam circumire caſtra hoſtium poſſent, pugnatum eſt; victique Dardaniſ compelluntur in urbem, quae ſere duodecim millia ab caſtris Baſtarnarum aberat. Victoreſ conſeſtim circumſidunt urbem, hauſ dubie poſtero die aut metu dedituri ſe hoſtibuſ, aut vi expugnaturi. Interim Dardanorum altera manuſ, quae circumducta erat, ignara cladiſ ſuorum, caſtra Baſtarnarum ſine praefidio relicta

* * *

XX. * * * more, ſella eburnea poſita, juſ dicebat, diſceptabatque controverſiaſ minimarum rerum. adeoque nulli fortunae adhaerebat animuſ, per omnia genera vitae errans, uti nec ſibi, nec aliis, quinam homo eſſet, ſatis conſtaret. Non alloqui amicos, vix notis familiariter arridere; munificentia inaequali ſeſe alioſque ludificarit quibuſdam honoratiſ magnoque aeſtimantibuſ ſe puerilia, ut elcae aut luſuſ, munera dare; alioſ nihil exſpectanteſ ditare. Itaque neſcire, quid ſibi vellet, quibuſdam videri. quidam ludere cum ſimpliciter, quidam hauſ dubie inſanire aſebant. In duabuſ tamen magniſ honeſtiſque rebuſ vere regineſ erat animuſ, in urbium doniſ, et Deorum cultu. Megalopolitanis in Arcadia murum ſe circumdaturum urbi eſt pollicituſ, majoremque partem pecuniae dedit. Tegeae theatruſ magnificuſ e marmore ſacere inſtituit. Cyzici in Prytaneum, (id eſt penetrale urbiſ, ubi publice, quibuſ iſ honoſ datus eſt, veſcuntur) vaſa aurea menſae uniuſ poſuit. Rhodiis, ut nihil unum inſigne, ita omniſ generiſ, ut quaeque uſuſ eorum poſtulaverunt, dona dedit. Magnificentiae vero in Deoſ vel Joviſ Olympii templum Atheniſ, unum in terris in-

choa.

choatum pro magnitudine Dei, potest testis esse. Sed et Delon aris insignibus statuarumque copia exornavit; et Antiochiae Jovis Capitolini magnificentum templam, non laqueatum auro tantum, sed parietibus totis lamina inauratum, et alia multa in aliis locis pollicitus, quia per breve tempus regni ejus fuit, non perfecit. Spectaculorum quoque omnis generis magnificentia superiores reges vicit; reliquorum sui moris, et copia Graecorum artificum. Gladiatorum munus Romanae consuetudinis primo majore cum terrore hominum, instructorum ad tale spectaculum, quam voluptate, dedit: deinde saepius dando, et modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam, et familiare oculis gratumque id spectaculum fecit, et armorum studium plerisque juvenum accendit. Itaque, qui primo ab Roma magnis praemiis paratos gladiatores arcessere solitus erat, jam suo.

* * *

XXI. *** pio inter peregrinos. M. Atilio praetori provincia Sardinia obvenerat: sed cum legione nova, quam consules conscripserant, quinque millibus peditum trecentis equitibus, in Corsicam jussus est transire. dum is ibi bellum gereret, Cornelio prorogatum imperium, uti obtineret Sardiniam. Cn. Servilio Caepioni in Hispaniam ulteriorem, et P. Furio Philo in citeriorem tria millia peditum Romanorum, equites centum quinquaginta, et socium Latini nominis quinque millia peditum, trecenti equites: Sicilia L. Claudio sine supplemento decreta. Duas praeterea legiones consules scribere jussi, cum justo numero peditum equitumque; et decem millia peditum sociis imperare, et sexcentos equites. **Delectus** consulibus eo difficilior erat, quod pestilentia, quae priore anno in boves ingruerat, eo verteret in hominum morbos. qui inciderant, haud facile septimum diem superabant: qui superaverant, longinquo, maxime quattanae, implicabantur morbo. Servitia maxime moriebantur. eorum strages per omnes vias inssepulorum erat. Ne liberorum quidem funeribus Libitinae sufficiebat. Cadavera, intacta a canibus ac vulturibus, tabes absorbant: *istisque constabat, nec illo, nec priore anno,*

anno, in tanta strage boum hominumque vulturium usquam vilum. Sacerdotes publici ea pestilentia mortui sunt, Cn. Servilius Caepio pontifex, pater praetoris, et Ti. Sempronius Ti. F. Longus decemvir sacrorum, et P. Aelius Paetus augur, et Ti. Sempronius Gracchus, et C. Mamilius Vitulus curio maximus, et M. Sempronius Tuditanus pontifex. pontifices suffecti sunt, C. Sulpicius Galba *** in locum Tuditani. Augures suffecti sunt, in Gracchi locum T. Veturius Gracchus Sempronianus, in P. Aelii Q. Aelius Paetus. Decemvir sacrorum C. Sempronius Longus, curio maximus C. Scribonius Curio sufficitur. Cum pestilentiae finis non fieret, senatus decrevit, uti decemviri libros Sibyllinos adirent. Ex decreto eorum diem unum supplicatio fuit. et, Q. Marcio Philippo verba praeunte, populus in foro votum concepit: *Si morbus pestilentiaque ex agro Romano emota esset, biduum ferias ac supplicationem se habiturum.* In Veienti agro biceps natus puer, et Sinuessae unimanus, et Auximi puella cum dentibus; et arcus interdiu sereno coelo super aedem Saturni in foro Romano intentus, et tres simul soles effulserunt: et faces eadem nocte plures per coelum lapsae sunt in Lanuvino: Caeritesque anguem in oppido suo iubatam, aureis maculis sparsam, apparuisse affirmabant. et, in agro Campano bovem locutum esse, satis constabat.

XXII. Legati Nonis Juniis ex Africa redierunt, qui convento prius Masinissa rege, Carthaginem ierant: ceterum certius aliquanto, quae Carthagine acta essent, ab rege rescierant, quam ab ipsis Carthaginienlibus. comperit tamen affirmaverunt, legatos ab rege Perseo venisse, iisque noctu senatum in aede Aesculapii datum esse. ab Carthagine legatos in Macedoniam missos, et rex affirmaverat, et ipsi parum constanter negaverant. In Macedoniam quoque mittendos legatos senatus censuit. tres missi sunt, C. Laelius, M. Valerius Messalla, Sex. Digitius. Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, et, de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab rege ad Romanos revocabant, cum exercitu profectus, sub ius iudiciumque suum totam coegit

coëgit gentem. Inde, per Oetaeos montes transgressus, religionibus quibusdam animo objectis, oraculum aditurus Delphos ascendit. Cum in media repente Graecia apparuisset, magnum non finitimis modo urbibus terrorem praebuit, sed in Asiam quoque ad regem Eumenem nuntius tumultus ejus venit. Triduum, non plus, Delphis moratus, per Phthiotidem Achajam, Thessaliamque, sine damno injuriaque agrorum, per quos iter fecit, in regnum rediit. Nec earum tantum civitatum, per quas iturus erat, satis habuit animos sibi conciliare: aut legatos, aut literas dimisit, petens, *ne diutius simultarum, quae cum patre suo fuissent, meminissent. nec enim tam atroces fuisse eas, ut non cum ipso potuerint, ac debuerint, fieri. Secum quidem omnia illis integra esse ad insistendam fideliter amicitiam.* Cum Achaeorum maxime gentis reconciliandae gratiae viam quaerebat.

XXIII. Haec una ex omni Graecia gens, et Atheniensium civitas, eo processerat irarum, ut finibus interdiceret Macedonibus. Itaque servitiis ex Achaja fugientibus receptaculum Macedonia erat: quia, cum finibus suis interdixissent, intrare regni terminos ipsi non audebant. Id cum Perseus animadvertisset, comprehensis omnibus, literas ***. ceterum, ne similis fuga servorum postea fieret, cogitandum et illis esse. Recitatis his literis per Xenarchum praetorem, qui privatae gratiae aditum apud regem quaerebat, et plerisque moderate et benigne scriptas esse consentibus literas, atque his maxime, qui praeter spem recepturi essent amissa mancipia; Calliocrates ex iis; qui in eo verti salutem gentis crederent, si cum Romanis inviolatum foedus servaretur, *Parva, inquit, aut mediocris res, Achaei, quibusdam videtur agi; ego maxime gravissimam omnium, non aequae tantum arbitror, sed quodam modo accram esse. Nam qui regibus Macedonum, Macedonibusque ipsis, finibus interdiximus, manereque id decretum, scilicet, ne legatos, ne nuntios admisteremus regum, per quos aliquorum ex nobis animi sollicitarentur; ii concionantem quodam modo absentem audimus regem, et, si Diis placet, orationem ejus probamus. Et, cum ferae bestiae cibum ad fraudem suam*

positum plerumque adspersentur et refugiant, nos caeci, specie parvi beneficii, inescamur: es, servulorum minimi pretii recipiendorum spe, nostram ipsorum libertatem subruere et tentari patimur. Quis enim non videt, viam regiae societatis quaeri, qua Romanum foedus, quo nostra omnia continentur, violetur? Nisi hoc dubium alicui est, bellandum Romanis cum Persa esse, et quod vivo Philippo exspectatum, morte ejus interpellatum est, id post mortem Philippi futurum. Duos, ut scitis, habuit filios Philippus, Demetrium et Persea: Genere materno, virtute, ingenio, favore Macedonum, longe praestitit Demetrius. Sed quia in Romanos odii regnum posuerat praemium, Demetrium nullo alio crimine, quam Romanae amicitiae iniuriae, occidit: Persea, quem populus Romanus prius poenae, quam regni, heredem futurum sciebat, regem fecit. Itaque quid hiis post mortem patris egit aliud, quam bellum paravit? Bastarnas primum ad terrorem omnium in Dardaniam immisit: qui si sedem eam tenuissent, graviores eos accolae Graeciae habuissent, quam Asia Gallos habeat. Ea spe depulsus, non tamen belli consilia omisit: immo, si vera volumus dicere, jam inchoavit bellum. Dolopiam arvens subegit, nec provinciis de controversiis ad disceptationem populum Romanum adivit. inde, transgressus Octam, ut repente in medio umbilico Graeciae conspiceretur, Delphos ascendit. Haec usurpationis itineris insoliti quo vobis spectare videtur? Thessaliam deinde peragravit. quod sine ullius eorum, quos oderat, noxia, hoc magis tentationem metuo. Inde literas ad nos cum muneris specie misit, et cogitare jubet, quo modo in reliquum hoc munere non egeamus; hoc est, ut decretum, quo arceamur Peloponneso Macedones, tollamus; rursus legatos regibus, et hospitibus cum principibus, et mox Macedonum exercitus, ipsum quoque a Delphis (quantum enim interluit fretum?) trajicientem in Peloponnesum videmus, immisceamur Macedonibus armantibus se adversus Romanos. Ego nihil novi censeo decernendum, servandaque omnia integra, donec ad certum dirigatur, vanumne hic timor noster, an verus fuerit. Si pax inviolata inter Macedonas Romanosque manebit, nobis quoque amicitia

U. C. 578. a. C. 14. 174.

*et commercium sit: nunc de eo cogitare periculosum et im-
mazurum viderur.*

XXIV. Post hunc Arco, frater Xenarchi praetoris ita disseruit: Difficilem orationem Callicrates, et mihi et omnibus, qui ab eo dissentimus, facit: agendo enim Romanae societatis causam ipse, tentarique et oppugnari dicendo, quam nemo neque tentat, neque oppugnat, efficit, ut, qui ab se dissentiret, adversus Romanos dicere videtur. Ac primum omnium, tanquam non hic nobiscum fuisset, sed aut ex curia populi Romani veniret, aut regum arcanis interesset, omnia scis et nuntiat, quae occulte facta sunt. Divinat etiam, quae futura fuerant, si Philippus vixisset: quid ita Perseus regni heres sit, quid parent Macedones, quid cogitent Romani. Nos autem, qui, nec ob quam causam, nec quemadmodum perierit Demetrius, scimus, nec quid Philippus, si vixisset, facturum fuerat, ad haec, quae palam geruntur, consilia nostra accommodare oportet. Ac scimus, Persa, regno accepto, ad legatos Romanos venire, ac regem Persea a populo Romano appellatum: audimus, legatos Romanos venire ad regem, et eos benigne exceptos. Haec omnia pacis eundem signa esse iudico, non belli: nec Romanos offendi posse, si, ut bellum gerentes eos secuti sumus, nunc quoque pacis auctores sequamur. cur quidem nos inexpiabile omnium soli bellum adversus regnum Macedonum geramus, non video. Opportuni propinquitate ipsa Macedoniae sumus; an infirmissimi omnium, tanquam, quos nuper subjecis, Dolopes? immo contra ea, vel viribus nostris, Deum benignitate, vel regionis intervallo tuti. Sed sumus aequae subjecti ac Thessali Aetolique; nihilo plus fidei auctoritatisque habemus adversus Romanos, qui semper socii atque amici fuimus, quam Aetoli, qui paulo ante hostes fuerunt. Quod Aetolis, quod Thessalis, quod Epirotis, omni denique Graeciae cum Macedoniae juris est, idem et nobis sit. et cur execrabilis ista nobis solis velut desertio juris humani est? Fecerit aliquid Philippus, cur adversus eum armatum et bellum gerentem hoc decerneremus: quid Perseus, magis rex, omnis injuriae insons, suo beneficio paternas simulas obliterans, meruit? cur soli omnium hostes ei

sumus? Quanquam et illud dicere poteram, tanta priorum Macedoniae regum merita erga nos fuisse, ut Philippi unius injurias, si quae forte fuerunt, * utique post mortem. Cum classe Romana Cenchræis staret, consul cum exercitu Elatiae esset, iriduum in concilio fuimus, consultantes, utrum Romanos, an Philippum, sequeremur. Nonnihil metus praesens ab Romanis sententias nostras inclinavit: fuit certe tamen aliquid, quod tam longam deliberationem fecerat: id quod erat vetusta conjunctio cum Macedonibus, vetera et magna in nos regum merita. Valeant et nunc eadem illa, non ut praecipue amici, sed ne praecipue inimici simus. Ne id, quod non agitur, Callicrates, simulaverimus. nemo novae societatis aut novi foederis, quo nos remere illigemus, conscribendi est auctor: sed commercium tantum juris praebendi repetendique sit, ne interdictione finium nostrorum et nos quoque regno arceamus, ne servus nostris aliquo fugere liceat. Quid hoc adversus Romana foedera est? Quid rem parvam, et apertam, magnam et suspectam facimus? Quid vanos tumultus ciemus? Quid ut ipsi locum assensandi Romanis habeamus, suspectos alios ac iratos efficiamus? Si bellum eris, ne Perseus quidem dubitavit, quin Romanos securus simus. in pace etiam, si non omnia finiuntur, intermittantur. Cum iidem huic orationi, qui literis regis assentierant, assentirentur, indignatione principum, quod, quam rem ne legatione quidem dignam judicasset Perseus, literis paucorum verbum impetraret, decretum differtur. Legati deinde postea nulli ab rege, cum Megalopoli concilium esset, dataque opera est ab iis, qui offensionem apud Romanos timebant, ne admitterentur.

XXV. Per haec tempora Aetolorum in semet ipsos vertit furor invidis caedibus ad internecionem adducturus videbatur gentem. Felli deinde et Romam utraque pars miserunt legatos, et inter se ipsi de reconcilianda communitate agebant: quae novo facinore discussa res vespere et ibi iras excitavit. Exsulis Hypataeis, qui factio- nis Proxeni erant, cum reditus in patriam promissus esset, sedesque data per principem civitatis Epeleum, octoginta liberos homines, quibus redeuntibus inter ce-

ram multitudinem Eupolemus etiam obvius exierat, in salutatione benigni excepti essent, dextraeque datae, gradientes portam, fidem datam Deosque testes neidquam invocantes, interfecti sunt. Inde gravior de tegro bellum exarsit. C. Valerius Laevinus, et Ap. Claudius Pulcher, et C. Memmius, et M. Popilius, et Canulejus missi ab senatu venerant. Apud eos cum alphis utriusque partis legati magno certamine agerent, oxenus maxime, cum causa, tum eloquentia, praestare solus est; qui paucos post dies ab Orthobula uxore venenestus est: damnataque eo crimine, in exilium abiit. omni furor et Creteneses lacerabat. adventu deinde Q. Mucii legati, qui cum decem navibus missus ad sedandum eorum certamina erat, in spem pacis venerant. ceterum induciae et antea sex mensium fuerunt: inde multo avius bellum exarsit. Lycii quoque per idem tempus Rhodiis bello vexabantur. Sed externorum inter se illa, quo quaeque modo gesta sunt, persequi non oportet, satis superque oneris sustinenti res a populo Romano gestas scribere.

XXVI. Celtiberi in Hispania, qui bello domiti se i. Graccho dediderant, pacati manserant M. Titinio castore obtinente provinciam. rebellaverunt sub adventum Ap. Claudii, orisque bellum sunt ab repentina oppugnatione castrorum Romanorum. Prima lux ferme erat, cum vigiles in vallo, quique in portarum stationibus erant, cum vidissent procul venientem hostem, ad arma conclamaverunt. Ap. Claudius, signo proposito agnae, ac paucis adhortatus milites, tribus simul portis eduxit. Obstantibus ad exitum Celtiberis, primo utrumque proelium fuit, quia propter angustias non omnes in faucibus pugnare poterant Romani: urgentes unde alii alios secuti evaserunt extra vallum, ut parare aciem, et exaequari cornibus hostibus, quibus circumstantibus, possent. ita repente eruperunt, ut sustinere impetum eorum Celtiberi nequirent. Ante horam secundam pulsi sunt: ad quindecim millia caesa aut capti: signa ademta duo et triginta. Castra etiam eo die expugnata, debellatumque. nam, qui superfuere pro-

lio, in oppida sua dilapsi sunt. quieti deinde paruerunt imperio.

XXVII. Censores eo anno creati Q. Fulvius Flaccus et A. Postumius Albinus legerunt senatum: princeps lectus M. Aemilius Lepidus pontifex maximus. De senatu novem ejecerunt. insignes notae fuerunt M. Cornelii Maluginensis, qui biennio ante praetor in Hispania fuerat; et L. Cornelii Scipionis praetoris, cujus tum inter cives et peregrinos jurisdictio erat: et Cn. Fulvii, qui frater germanus et, ut Valerius Antias tradit, censor etiam censoris erat. Consules, votis etiam in Capitolio nuncupatis, in provincias profecti sunt. Ex iis M. Aemilio senatus negotium dedit, ut Patavinorum in Venetia seditionem comprimeret, quos certamine factionum ad intestinum bellum exarsisse, et ipsorum legati attulerant. Legati, qui in Aetoliam ad similes motus comprimendos ierant, renuntiaverunt, coerceri rabiem gentis non posse. Patavinis salutis fuit adventus consulis: neque aliud, quod ageret in provincia, cum habuisset, Romam rediit. Censores vias sternendas silice in urbe, glaream extra urbem substruendas marginandasque primis omnium locaverunt, pontesque multis locis faciendos: et scenam aedilibus praetoribusque praebendam: et carceres in circo, et ova ad notas curriculis numerandis, et *dam, et metas trans* et caveas ferreas pe* intromitterentur* ferreis in monte Albano consulibus, et clivum Capitolinum silice sternendum curaverunt, et porticum ab aede Saturni in Capitolium ad senaculum, ac super id curiam. Et extra portam Trigeminam emporium lapide straverunt, stipitibusque sepeserunt: et porticum Aemiliam reficiendam curarunt: gradibusque ascensum ab Tiberi in emporium fecerunt. et extra eandem portam in Aventinum porticum silice straverunt, et eo publico ab aede Veneris fecerunt. Iidem Calatiae et Auximi muros, faciendos locaverunt: venditisque ibi publicis locis, pecuniam, quae redacta erat, tabernis utrique foro circumdandis consumserunt. et alter ex iis Fulvius Flaccus (nam Postumius nihil, nisi senatus Romani populivo jussu, se locaturum ipsorum pecunia * Jovis aedem Pisauri, et

et Fundis, et Pollentiae etiam aquam adducendam, et Pisauri viam silice sternendam; et Sinuessam a ga^a avariae. In his et clo^{um} circumducend^{um} et forum porticibus tabernisque claudendum, et Janos tres faciendos. Haec ab uno cenfore opera locata, cum magna gratia colonorum. Moribus quoque regendis diligens et severa censura fuit. multis equi adempti.

XXVIII. Exitu prope anni diem unum supplicatio fuit ob res prospere gestas in Hispania ductu auspicioque Ap. Claudii proconsulis: et majoribus hostiis viginti sacrificatum. et alterum diem supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberaeque fuit, quod ex Sabinis terrae motus ingens cum multis aedificiorum ruinis nuntiatus erat. Cum Ap. Claudius ex Hispania Romam redisset, decrevit senatus, ut ovans urbem iniret. Jam consularia comitia appetebant; quibus, magna contentione habitis propter multitudinem potentium, creati L. Postumius Albinus et M. Popillius Laenas. Praetores inde facti, N. Fabius Buteo, M. Matienus, C. Cicereus, M. Furius Crassipes iterum, A. Atilius Serranus iterum, C. Cluvius Saxula iterum. Comitibus perfectis, Ap. Claudius Centho, ex Celtiberis ovans cum in urbem iniret, decem millia pondi argenti, quinque millia auri in aerarium tulit. Flamen Dialis inauguratus est Cn. Cornelius. Eodem anno tabula in aedem Matris Matutae cum indice hoc posita est: *Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio auspicioque legio exercitusque populi Romani Sardiniam subegit. in ea provincia hostium caesa aut capta supra octoginta milia. Republica felicissime gesta, atque libertatis vectigalibus restituta, exercitum saluum atque incolum plenissimum praeda domum reportavit. iterum triumphans in urbem Romam rediit. Cujus rei ergo hanc tabulam donum Jovi dedit.* Sardiniae insulae forma erat, atque in ea simulacra pugnarum picta. Munera gladiatorum eo anno aliquot parva alia data; unum ante cetera insignis fuit T. Flaminini, quod mortis causa patris sui, cum villosatione epuloque et ludis scenicis, quadriduum dedit. magni tamen muneris ea summa fuit, ut per triiduum quatuor et septuaginta homines pugnarint.

* * *

EPITOME LIBRI XLII.

Q. Fulvius Flaccus censor templum Junonis Laciniae u-
 gulis marmoreis spoliavit, ut aedem, quam dedicabat, re-
 ret. regulae ex senatusconsulto reportatae. Eumenes, Asia
 rex, in senatu de Perseo, Macedoniae rege, questus est:
 cujus injuriae in populum Romanum referuntur. In quo
 bello ei indicto, P. Licinius Crassus consul, cui id anno-
 rum erat, in Macedoniam transiit, levibusque expedi-
 tionibus, equestribus proeliis, in Thessalia cum Perseo per
 felici eventu pugnavit. Inter Masinissam et Carthagini-
 ses de agro fuit arbiter ad disceptandum a senatu datus.
 Legati missi ad civitates socias et reges rogandi, ut in
 fide permanerent, dubitantibus Rhodiis. Lustrum a cen-
 sibus conditum est. Censa sunt civium capita ducenta qu-
 quaginta septem millia ducenta triginta unum. Rei pu-
 zerea adversus Corsos et Ligures prospere gestas contin.

LIBER XLII.

I. L. Postumius Albinus, M. Popillius Laenas cum om-
 nium primum de provinciis exercitibusque ad sena-
 tum retulissent, Ligures utrique decreti sunt: ut novae
 ambo, quibus eam provinciam obtinerent, legiones, (bi-
 nae singulis decretae) et socium Latini nominis dena mil-
 lia peditum et sexcenos equites, et supplementum Hispa-
 niae tria millia peditum Romanorum scriberent, et ducen-
 tos equites. Ad hoc mille et quingenti pedites Romani
 cum centum equitibus scribi iussi; cum quibus praetor,
 cui Sardinia obtigisset, in Corsicam transgressus bellum
 gereret; interim M. Atilius, vetus praetori, provinciam
 obtinet Sardiniam. Praetores deinde provincias sortiti
 sunt, A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula
 inter cives et peregrinos, N. Fabius Buteo Hispaniam
 citeriorem, M. Matienus ulteriorem, M. Furius Cras-
 pes Siciliam, C. Cicerejus Sardiniam. Priusquam ma-
 gistratus proficiscerentur, senatus placuit, L. Postumium
 censur

consulem ad agrum publicum a privato terminandum in
 impaniam ire; cuius ingentem modum possidere priva-
 s, paulatim proferendo fines, constabat. Hic, iratus
 aenestinis, quod, cum eo privatus sacrificii in templo
 ortunae faciundi causa profectus esset, nihil in se hono-
 rice, neque publice, neque privatim, factum a Prae-
 nestinis esset, priusquam ab Roma proficisceretur, litēras
 aeneste misit, ut sibi magistratus obviam exiret, locum
 publice pararet, ubi diverteretur, jumentaque, cum exi-
 t inde, praesto essent. Ante hunc consulem nemo un-
 quam sociis in ulla re oneri aut sumtui fuit. ideo ma-
 gistratus mulis tabernaculisque et omni alio instrumento
 militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis. pri-
 vata hospitia habebant; ea benigne comiterque colebant:
 musque eorum Romae hospitibus patebant, apud quos
 sibi diverti mos esset. Legati, qui repente aliquo mit-
 rentur, singula jumenta per oppida, iter qua faciun-
 tum erat, imperabant: aliam impensam socii in magi-
 stratus Romanos non faciebant. Injuria consulis, etiamsi
 sita, non tamen in magistratu exercenda, et silentium
 mis aut modestum, aut timidum Praenestinatorum, jus,
 sicut probato exemplo, magistratibus fecit graviorum in-
 es talis generis imperiorum.

II. Principio hujus anni legati, qui in Aetoliam et
 aedoniam missi erant, renuntiarunt, sibi conveniendi-
 gis Persei, cum alii abesse eum, alii aegrum esse, falso-
 rumque, fingerent, potestatem non factam. Facile ta-
 men apparuisse sibi, bellum parari, nec ultra ad arma
 e dilaturum. Item in Aetolia seditionem gliscere in dies,
 que discordiarum principēs auctoritate sua coerceri potu-
 e. Cum bellum Macedonicum in expectatione esset,
 iusquam id fusciperetur, prodigia expiari, pacemque
 tum peti precationibus, quae editae ex fatalibus libris
 sent, placuit. Lanuvii classis magnae species in coelo
 sae dicebantur; et Priverni lana pulla terra enata; et in-
 ejenti apud Rementem lapidatum; Pomptinum omne
 elat nubibus locustarum coopertum esse; in Gallico
 pro, qua induceretur aratrum, sub-existentibus glebis
 soes emeruisse. Ob haec prodigia libri fatales inspecti,
 editum.

EPITOME LIBRI XLII.

Q. Fulvius Flaccus censor templum Junonis Laciniae tegulis marmoreis spoliavit, ut aedem, quam dedicabat, regeret. tegulae ex senatusconsulto reportatae. Eumenes, Asiae rex, in senatu de Perseo, Macedoniae rege, questus est: cujus injuriae in populum Romanum referuntur, ob quas bello ei indicto, P. Licinius Crassus consul, cui id mandatum erat, in Macedoniam transiit, levibusque expeditionibus, equestribus proeliis, in Thessalia cum Perseo parum felici eventu pugnavit. Inter Masinissam et Carthaginienses de agro fuit arbiter ad disceptandum a senatu datus. Legati missi ad civitates socias et reges rogandos, ut in fide permanerent, dubitantibus Rhodiis. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita ducenta quinquaginta septem millia ducenta triginta unum. Res praeterea adversus Corsos et Ligures prospere gestas continet.

LIBER XLII.

I. L. Postumius Albinus, M. Popillius Laenas cum omnium primum de provinciis exercitibusque ad senatum retulissent, Ligures utrique decreti sunt: ut novas ambo, quibus eam provinciam obtinerent, legiones, (binnae singulis decretae) et lociùm Latini nominis dena millia peditum et sexcenos equites, et supplementum Hispaniae tria millia peditum Romanorum scriberent, et ducentos equites. Ad hoc mille et quingenti pedites Romani cum centum equitibus scribi jussi; cum quibus praetor, cui Sardinia obtigisset, in Corficam transgressus bellum gereret; interim M. Atilius, vetus praetor, provinciam obtinet Sardiniam. Praetores deinde provincias sortiti sunt, A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives et peregrinos, N. Fabius Buteo Hispaniam citeriorem, M. Matienus ulteriorem, M. Furius Crassipes Siciliam, C. Cicerejus Sardiniam. Priusquam magistratus proficiscerentur, senatui placuit, L. Postumium consu-

consulem ad agrum publicum a privato terminandum in Campaniam ire; cujus ingentem modum possidere privatos, paulatim proferendo fines, constabat. Hic, iratus Praenestinis, quod, cum eo privatus sacrificii in templo Fortunae faciendi causa profectus esset, nihil in se honorifico, neque publice, neque privatim, factum a Praenestinis esset, priusquam ab Roma proficisceretur, litteras Praeneste misit, ut sibi magistratus obviam exiret, locum publico pararet, ubi diverteretur, jumentaque, cum exiret inde, praesto essent. Ante hunc consulem nemo unquam sociis in ulla re oneri aut sumtui fuit. ideo magistratus mulis tabernaculisque et omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis. privata hospitibus habebant; ea benigne comiterque colebant: domusque eorum Romae hospitibus patebant, apud quos ipsis diverti mos esset. Legati, qui repente aliquo mitterentur, singula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant: aliam impensam socii in magistratus Romanos non faciebant. Injuria consulis, etiam si justa, non tamen in magistratu exercenda, et silentium nimis aut modestum, aut timidum Praenestinatorum, jus, velut probato exemplo, magistratibus fecit graviorum in dies talis generis imperiorum.

II. Principio hujus anni legati, qui in Aetoliam et Macedoniam missi erant, renuntiarunt, *sibi conveniendi regis Persei, cum alii abesse eum, alii aegrum esse, falso utrumque, fingerent, potestatem non factam. Facile tamens apparuisse sibi, bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturum. Item in Aetolia seditionem gliscere in dies, neque discordiarum principes auctoritate sua coerceri potuisse.* Cum bellum Macedonicum in expectatione esset, priusquam id susciperetur, prodigia expiari, pacemque statim peti precationibus, quae editae ex fatalibus libris essent, placuit. Lanuvii classis magnae species in coelo visae dicebantur; et Priverni lana pulla terra enata; et in Vajanti apud Rementem lapidatum; Pomptinum omne velat nubibus locustarum coopertum esse; in Gallico agro, qua induceretur aratrum, sub-existentibus glebis pisces emeruisse. Ob haec prodigia libri fatales inspecti,

editum.

nec ullo commendabilem merito, praeferebant vulgo civitates tam pio erga propinquos, tam iusto in cives, tam munifico erga omnes homines regi, seu fama et maiestate Macedonum regum praecoccupati ad spernendam originem novi regni; seu mutationis rerum cupidi; seu quia eum objectum esse Romanis volebant. Erant autem non Aetoli modo in seditionibus, propter ingentem vim aeris alieni, sed Thessali etiam: ea contagione, velut tabes, in Perrhaebiam quoque id pervaserat malum. Cum Thessalos in armis esse nuntiatum est, Ap. Claudium legatum ad eas res aspiciendas componendasque senatus misit. Qui, utriusque partis principibus castigatis, cum injusto foenore gravatum aes alienum, ipsis magna ex parte concedentibus, qui onerarent, levasset, iusti crediti solutionem in * annorum pensiones distribuit. Per eundem Appium eodemque modo compositae in Perrhaebia res. Aetolorum causas Marcellus Delphis per idem tempus hostilibus actas animis, quas intestino gesserant bello, cognovit. Cum certatum utrinque temeritate atque audacia cerneret, decreto quidem suo neutram partem aut levare, aut onerare voluit: communiter ab utrisque petit, abstinere bello, et oblivione praeteritorum discordias finirent. Hujus reconciliationis inter ipsos fides, obsidibus utro citroque datis, firmata est. Corinthum, ut ibi deponerentur obsides, convenitur.

VI. A Delphis et Aetolico concilio Marcellus in Peloponnesum trajecit, quo Achaeis edixerat conventum. Ubi, collaudata gente, quod constanter vetus decretum de arcendis aditu finium regibus Macedonum tenuissent, insigne adversus Perseam odium Romanorum fecit: quod ut maturius erumperet, Eumenes rex, commentarium ferens secum, quod de apparatus belli omnia inquirens fecerat, Romam venit. Per idem tempus quinque legati ad regem missi, qui res in Macedonia aspicerent. Alexandria iidem ad Ptolemaeum renovandae amicitiae causa proficisci iussi. Legati erant hi, C. Valerius, Cn. Lutatius Cerco, Q. Baebius Sulca, M. Cornelius Mammula, M. Caecilius Denter. Et ab Antiocho rege sub idem tempus legati venerunt: quorum princeps Apollonius, in senatum

senatum introductus, multis iustisque causis regem ex-
 censavit, *Quod stipendium serius quoad diem praestaret.*
id se omnes advenisse; ne cuius, nisi temporis, gratia regi
ferret. Donum praeterea afferre, vasa aurea quingentum
pondo. Fecere regem, ut, quae cum patre suo societas
atque amicitia fuisset, ea secum renovaretur; imperaret-
que sibi populus Romanus, quae bono fidelique socio regi
essent imperanda. se nullo usquam cessaturum officio. Ea
merita in se senatus fuisse, cum Romae esset, eam comita-
tem juvenutis, ut pro rege, non pro obside, omnibus
ordinibus fuerit. Legatis benigne responsum, et socie-
tatem renovare cum Antiocho, quae cum patre ejus fu-
erat, A. Atilius praetor urbanus iussus. Quaestores urbani
stipendium, vasa aurea censores acceperunt: eisque ne-
gotium datum est, ut ponerent ea, in quibus templis
videretur: legatoque centum millium aeris munus mis-
erunt, et aedes liberae hospitio datae, suntque decre-
tus, donec in Italia esset. Legati, qui in Syria fuerant,
renuntiaverunt, in maximo eum honore apud regem
esse, amicissimumque populo Romano.

VII. In provinciis eo anno haec. C. Cicereus prae-
 tor in Corsica signis collatis pugnavit: septem millia Cor-
 sorum caesa; capti amplius mille et septingenti. Voverat
 in ea pugna praetor aedem Junoni Monetae. Pax deinde
 data petentibus Corsis, et exacta cerae ducena millia
 pondi. Ex Corsica subacta Cicereus in Sardiniam trans-
 iit. Et in Liguribus in agro Statiellati pugnatum ad
 oppidum Carystum. Eo se magnus exercitus Ligurum
 contulerat. Primo sub adventum M. Popillii consulis
 moenibus sese continebant: deinde, postquam oppidum
 oppugnatum Romanum cernebant, progressi ante por-
 tas, aciem struxerunt: nec consul (ut qui id ipsum op-
 pugnatum comminanda quaesisset) moram certamini fe-
 cit. Pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro in-
 clinaret spes. Quod ubi consul vidit, nulla parte mo-
 veri Ligurum signa, imperat equitibus, ut equos con-
 fessant, ac tribus simul partibus in hostes, quanto
 maximo possent tumultu, incurrant. Pars magna equi-
 tum mediam trajecit aciem, et ad terga pugnantem per-
 vexit.

T. Livii Tom. III. Kk

vasit. Inde terror injectus Liguribus. diversi in omnes partes fugerunt. perpauci retro in oppidum, quia inde se maxime objecerat eques. et pugna tam pervicax multos absumserat Ligurum, et in fuga passim caesi sunt. Decem millia hominum caela traduntur; amplius septingenti passim capti: signa militaria relata octoginta duo. Nec incruenta victoria fuit. amplius tria millia militum amissa; cum, cedentibus neutris, ex parte utraque primores caderent.

VIII. Post hanc pugnam ex diversa fuga in unum collecti Ligures, cum majorem multo partem civium amissam, quam superesse, cernerent, (nec enim plus decem millia hominum erant) dederunt sese; nihil quidem illi pacti. Speraverant tamen, non atrocius, quam superiores imperatores, consulem in se saevituro. At ille arma omnibus ademit, oppidum diruit; ipsos bonaque eorum vendidit: literasque senatui de rebus ab se gestis misit. Quas cum A. Atilius praetor in curia recitasset, (nam consul alter Postumius, agris recognoscendis in Campania occupatus, aberat) atrox res visa senatui: *Statiellates, qui uni ex Ligurum gente non tulissent arma adversus Romanos, tum quoque oppugnatos, non ultro inferentes bellum; deditos in fidem populi Romani omnium ultimae crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse: tot millia capiturum innoxiorum, fidem implorantia populi Romani, ne quis unquam se postea dedere audeat, pessimo exemplo venisse: et disiractos passim justis quondam hostibus populi Romani pacatis servire. Quas ob res placere senatui, M. Popillium consulem Ligures, pretio emtoribus reddito, ipsos restituere in libertatem; bonaque utiis, quidquid ejus recuperari possit, reddantur curare. Arma primo quoque tempore fieri in ea gente, consulem de provincia decedere, cum deditos in sedem suam Ligures restituisset. Claram victoriam vincendo oppugnantes, non saeviendo in afflictos, fieri.*

IX. Consul, qua ferocia animi usus erat in Liguribus, eandem ad non parendum senatui habuit. Legationibus extemplo Pilas in hibernacula missis, iratus Patri-

bus, infestus praetori, Romam rediit; senatuque ex templo ad aedem Bellonae vocato, multis verbis invectus est in praetorem: *qui, cum ob rem bello bene gestam, uti Diis immortalibus honos haberetur, referre ad senatum debuisset, adversus se pro hostibus senatusconsultum fecisset, quo victoriam suam ad Ligures transferret, dedique iis prope consulem praetor juberet. Itaque mulctam ei se dicere: a Patribus postulare, ut senatusconsultum in se factum tolli juberent: supplicationemque, quam absentes ex liseris, de bene gesta republica missis, decernere debuerint, praesentes honoris Deorum primum causa, deinde et sui aliquo tandem respectu, decernerent.* Nihilo lenioribus, quam absens, senatorum aliquot orationibus increpitus, neutra impetrata re, in provinciam redit. Alter consul Postumius, consumta aetate in recognoscendis agris, ne visa quidem provincia sua, comitiorum causa Romam rediit. consules C. Popillium Laenatem, P. Aelium Ligurum creavit. Praetores exinde facti C. Licinius Crassus, M. Junius Pennus, Sp. Lucretius, Sp. Cluvius, Cn. Sicinius, C. Memmius iterum.

X. Eo anno lustrum conditum est. Censores erant Q. Fulvius Flaccus, A. Postumius Albinus. Postumius condidit. Censa sunt civium Romanorum capita ducenta sexaginta novem millia et quindecim. Minor aliquanto numerus, quia L. Postumius consul pro concione edixerat, qui socium Latini nominis ex edicto C. Claudii consulis redire in civitates suas debuissent, ne quis eorum Romae, sed omnes in suis civitatibus conferentur. Concors et e republica censura fuit. omnes, quos senatu moverunt, quibusque equos ademerunt, aerarios fecerunt, et tribu moverunt: neque ab altero notatum alter probavit. Fulvius aedem Fortunae Equesiris, quam proconsul in Hispania, dimicans cum Celtiberorum legionibus, voverat, annos sex post, quam voverat, dedicavit: et scenicos ludos per quadriduum, unum diem in circis fecit. L. Cornelius Lentulus, decemvir sacrorum, eo anno mortuus est. in locum ejus suffectus A. Postumius Albinus. Locustarum tantae nubes a mari vento repente in Apulium illatae sunt, ut ~~examinibus suis agros~~ late

late operirent. ad quam pestem frugum tollendam Cn. Sicinius praetor designatus, cum imperio in Apuliam missus, ingenti agnine hominum ad colligendas eas coacto, aliquantum temporis absumsit. Principium insequentis anni, quo C. Popillius et P. Aelius fuerunt consules, residuas contentiones ex prioro anno habuit. Patres referri de Liguribus, renovarique senatusconsultum volebant, et consul Aelius referebat. Popillius et collegam et senatum pro fratre deprecabatur; prae se ferens, si qui decernerent, intercessurum, collegam deterruit. Patres, eo magis utrique pariter consulum in-fensi, in coepto perstabant. Itaque, cum de provinciis ageretur, et Macedonia, jam imminente Persei bello, peteretur, Ligures ambobus consulibus decernuntur. Macedoniam decreturos negant, ni de M. Popillio referretur. Postulantibus deinde, ut novos exercitus scribere, ut supplementum veteribus liceret, utrumque negatum est. Praetoribus quoque in Hispaniam supplementum petentibus negatum: M. Junio in citeriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem. C. Licinius Crassus urbanam jurisdictionem, Cn. Sicinius inter peregrinos erat sortitus, C. Memmius Siciliam, Sp. Cluvius Sardiniam. Consules, ob ea irati senatui, Latinis feriis in primam quamque diem indictis, in provinciam abituros esse denuntiaverunt; nec quidquam reipublicae acturos, praeterquam quod ad provinciarum administrationem attineret.

XI. Attalum, regis Eumenis fratrem, legatum venisse Romam, Valerius Antias his consulibus scribit, ad deferenda de Perseo crimina, indicandosque apparatus belli. Plurimum annales, et quibus credidisse malis, ipsum Eumenem venisse tradunt. Eumenes igitur, ut Romam venit, exceptus cum tanto honore, quantum non meritis tantum ejus, sed beneficiis etiam suis, ingentia quae in eum congesta erant, existimaret deberi populus Romanus, in senatum est introductus. *Causam veniendi sibi Romam fuisse, dixit, praeter cupiditatem visendi Deos hominesque, quorum beneficio in ea fortuna esset, supra quam ne optare quidem auderet, etiam ut coram moneret senatum, ut Persei comatis obviam iret.* Orsus inde a

Philippi consiliis, necem Demetrii filii retulit, adversariis Romano bello; Bastarnarum gentem excitam sedibus suis, quorum auxiliis fretus in Italiam transiret. Haec tum volentem in animo, oppressum fato, regnum ei reliquisse, quem infestissimum esse sensisset Romanis. itaque Persea, heredisarum a patre relicto bellum, et simul cum impetio traditum, jamjam primum alere ac fovere omnibus consiliis. Florere praeterea juventute, quam stirpem longa pax ediderit, florere opibus regni, florere etiam aetate. Quae cum corporis robore ac viribus vigeat, animum esse inveteratum diutina arte atque usu belli. Jam inde a puero, patris contubernio, Romanis quoque bellis, non finitimis tantum, assuetum; missum a patre in expeditiones multas variasque. Jam ex quo ipse accepisset regnum, multa, quae non vi, non dolo, Philippus, omnia expertus, potuisset moliri, admirando verum successu tenuisse. Accessisse ad vires eam, quae longo tempore, multis magnisque meritis pareretur, auctoritatem.

XII. Nam apud Graeciae atque Asiae civitates vereri majestatem ejus omnes, nec, pro quibus meritis, pro qua munificentia tantum ei tribuatur, cernere: nec dicere pro certo, posse, utrum felicitate id quadam ejus accidat, an, quod ipse vereatur dicere, invidia adversus Romanos favorem illi conciliet. Inter ipsos quoque reges ingentem auctoritatem; Seleuci filiam duxisse eum, non perentem, sed petitam uliro; sororem dedisse Prussiae precanti ac oranti: celebratas esse utrasque nuptias gratulatione domique innumerabilium legationum, et velut auspiciis nobilissimis populis deducas esse. Boeotorum gentem, captam Philippo, nunquam ad scribendum amicitiae foedus adduci potuisse: tribus vinctis locis cum Perseo foedus iniectum liceret esse: uno Thebis, altero ad Delum, augustissima et celeberrimo in templo, tertio Delphis. in Achaico concilio vero, nisi discussa res per paucos Romanum imperium incensantes esset, eo rem prope adductam, ut adiutricem in Achajam daretur. At, Hercule, suos honores, aequae merita in eam gentem privatim, an publice, sint majora, vix dici posses, parum desertos per incultam ac indiligentiam, parum hostiliter sublatos esse. Jam, Ae-

popularem quidem ac gratam populis Asiae (nam eo quoque jam favor Persei venerat) orationem habuit, ceterum inivisam senatui, inutilemque sibi et civitati suae. Eumeni vero conspiratio adversus eum, favorem apud Romanis fecit. ita omnes ei honores habiti, donaque quam amplissima data, cum sella curuli atque eburneo scipione.

XV. Legationibus dimissis, cum Harpalus, quanta eximia celeritate poterat, regressus in Macedoniam, nuntiasset regi, nondum quidem parantes bellum reliquisse se Romanos, sed ita infestus, ut facile apparet, non dilaturos; et ipse, praeterquam quod et ita credebat futurum, jam etiam volebat, in flore virium se credens esse. Eumeni ante omnes infestus erat: a cujus sanguine ordiens bellum, Evandrum Cretensem, ducem auxiliorum, et Macedonas tres, assuetos ministeriis talium facinorum, ad caedem regis subornat; literasque eis dat ad Praxo hospitam, principem auctoritate et opibus Delphorum. Satis constabat, Eumennem, ut sacrificaret Apollini, Delphos ascensurum. Progressi cum Evandro insidiatores, nihil aliud ad peragendum insepsum, quam loci opportunitatem, omnia circumeuntes, quaerebant. Ascendentibus ad templum a Cirrha, priusquam perveniretur ad frequentia aedificia loca, maceria erat ab laeva semitae paulum exstans a fundamento, qua singuli transirent; dextra pars labe terrae in aliquantum altitudinis diruta erat. post maceriam se abdiderunt, gradibus adstructis, ut ex ea, velut e muro, tela in praeter-euntem conjicerent. Primo a mari circumfusa turba amicorum ac satellitum procedebat: deinde extenuabant paulatim angustiae agmen. Ubi ad eum locum ventum est, qua singulis eundem erat, primus semitam ingressus Pantaleon Aetoliae princeps, cum quo institutus regi sermo erat. Tum insidiatores exorti laxa duo ingentia devolvunt: quorum altero caput ictum est regi, altero humerus sopitus. ex semita proclivi in declive multis super prolapsum jam saxis congestis, et ceteri quidem etiam amicorum et satellitum, postquam cadentem videre, diffugiunt, Pantaleon constanter impavidus mansit ad protegendum regem.

XVI. Latrones, cum brevi circumitu maceriae decurrere ad conficiendum faucium possent, velut perfecta re, in jugum Parnasi refugerunt eo cursu, ut, cum unus non facile sequendo per invia atque ardua moraretur fugam eorum, nè comprehenso indicium emanaret, occiderint comitem. Ad corpus regis primo amici, deinde satellites ac servi concurrerunt, tollentes sopitum vulnere ac nihil sentientem. Vivere tamen ex calore et spiritu remanente in praecordiis senserunt; victurum exigua ac prope nulla spes erat. Quidam ex satellitibus, secuti latronum vestigia, cum usque ad jugum Parnasi, nequidquam fatigati, pervenissent, re infecta redierunt. Aggressi facinus Macedones, ut inconsulte, ita audacter coeptum, nec consulte et timide reliquerunt. Comitem jam sui regem amici postero die deferunt ad navem: inde Corinthum: a Corintho, per Isthmum jugum navibus traductis, Aeginam trajiciunt. Ibi adeo secreta ejus curatio fuit, admittentibus neminem, ut fama mortuum in Asiam perferret. Attalus quoque celerius, quam dignum concordia fraterna erat, credidit. nam et cum uxore fratris, et praefecto arci, tanquam jam haud dubius regni haeres, est locutus. Quae postea non fefelleret Eumenem: et, quanquam dissimulare et tacite habere id patique statuerat, tamen in primo congressu non temperavit, quin uxoris petendae praematuram festinationem fratri objiceret. Romam quoque fama de morte Eumenis perlata est.

XVII. Sub idem tempus C. Valerius ex Graecia, qui legatus ad visendum statum regionis ejus speculandaque consilia Persei regis missus erat, rediit; congruentiaque omnia criminibus ab Eumene allatis referebat. simul et adduxerat secum Praxo a Delphis, cujus domus receptaculum latronum fuerat, et L. Rammium Brundisium, qui talis indicii delator erat. Princeps Brundisii Rammius fuit; hospitio quoque et duces Romanos omnes, delegatos exterarum quoque gentium insignes, praecipue regios, accipiebat. ex eo notitia ei cum absente Perseo fuerat: literisque spem amicitiae interioris magnaeque fidei fortunae facientibus, ad regem profectus, brevi per-

tolio Romae, et in Campania ad Minervae promontorium, renuntiarunt: ludos per decem dies Jovi optimo maximo primo quoque die faciendos. Ea omnia cum cura facta. Haruspices, in bonum versurum id prodigium, prolationemque finium et interitum perduellium portendi, responderunt; quod ex hostibus spolia fuissent ea rostra, quae tempestas dissecisset. Accesserunt, quae cumularent religiones animis. Saturniae, nuntiatam erat, sanguine per triduum in oppido pluuisse: Calatiae alinum tripodem natum, et taurum cum quinque vaccis uno ictu fulminis exanimatos. Auximi terra pluuisse. Horum quoque prodigiorum causa res divinae factae, et supplicatio unum diem feriaeque habitae.

XXI. Consules ad id tempus in provincias non exierant, quia neque, uti de M. Popillio referrent, senatui obsequabantur, et, nihil aliud discernere prius, statutum Patribus erat. Aucta etiam invidia est Popillii literis ejus, quibus iterum cum Statiellatibus Liguribus proconsul pugnasse se scripsit, ac se decem millia eorum occidisse. propter cujus injuriam belli ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt. Tum vero non abiens modo Popillius, qui deditis contra jus ac fas bellum intulisset, et pacatos ad rebellium incitasset, sed consules, quod non exirent in provinciam, in senatu increpiti. hoc consensu Patrum accensi M. Marcius Sermo et Q. Marcius Scylla, tribuni plebis, et consulibus mulctam se dicturos, nisi in provinciam exirent, denuntiaverunt; et rogationem, quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in senatu recitarunt. Sanciebatur, *ut qui ex Statiellis deditis in libertatem restitutus ante Kalendas Sextiles primas non esset, cujus dolo malo is in servitusem venisset, ut juratus senatus decerneret, qui eam rem quaereret animadverseretur.* Ex auctoritate deinde senatus eam rogationem promulgarunt. Priusquam proficiscerentur consules, C. Cicerejo praetori prioris anni ad aedem Bellonae senatus datus est. Is, expositis, quae in Corsica res gessisset, postulatoque frustra triumpho, in monte Albano, quod jam in morem venerat, ut sine publica auctoritate fieret, triumphavit. Rogationem

Max.

Marciam de Liguribus magno consensu plebes scivit iustitue. ex eo plebiscito C. Licinius praetor consuluit senatum, quem quaerere ea rogatione vellet. Patres ipsam eum quaerere iusserunt.

XXII. Tum demum consules in provinciam profecti sunt, exercitumque a M. Popillio ceperunt. Neque tamen M. Popillius reverti Romam audebat, ne causam diceret, adverso senatu, infestiore populo, apud praetorem, qui de quaestione in se posita senatum consulisset. Huic detractationi ejus tribuni plebis, alterius rogationis denuntiatione, occurrerunt: ut, si non ante Idus Novembres in urbem Romam introisset, de absente eo C. Licinius statueret ac judicaret. Hoc tractus vinculo cum redisset, ingenti cum invidia in senatum venit. Ibi cum laceratus jurgiis multorum esset, senatusconsultum factum est, ut, qui Ligurum post Q. Fulvium, L. Manlium consules hostes non fuissent, ut eos C. Licinius, Cn. Sicinius praetores in libertatem restituendos curarent, agrumque iis trans Padum consul C. Popillius daret. Multa millia hominum hoc senatusconsulto restituta in libertatem, transductisque Padum ager est assignatus. M. Popillius rogatione Marcia bis apud C. Licinium causam dixit: tertio praetor, gratia consulis absentis et Popilliae familiae precibus victus, Idibus Martiis adesse reum iussit, quo die novi magistratus inituri erant honorem; ne diceret jus, qui privatus futurus esset. Ira rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est.

XXIII. Legati Carthaginienses eo tempore Romae erant, et Gulussa filius Malinissae: inter eos magnae contentiones in senatu fuere. Carthaginienses querebantur, praeter agrum, de quo ante legati ab Roma, qui in re praesenti cognoscere, missi essent, amplius septuaginta oppida castellaque agri Carthaginiensis biennio proxima inuisissimam vi atque armis possedisse. Id illi, cui nihil praesi sit, facile esse. Carthaginienses foedere illigatos illere. Prohiberi enim extra fines efferre arma. Quamquam sciant, in suis finibus, si inde Numidas pellerent, se gesturos bellum; illo haud ambiguo capite foederis de-

terreri, quod diserte videntur cum sociis populi Romani bellum gerere. Sed jam ultra superbiam crudelitatemque et avaritiam ejus non pati posse Carthaginienses. missos esse, qui orarent senatum, ut trium harum rerum unam ab se impetrari sinerent: ut vel ex aequo apud socium populum, quid cuiusque esset, disceptarent: vel permitterent Carthaginiensibus, ut adversus injusta arma pio justoque se tutarentur bello, vel ad extremum, si gratia plus, quam veritas, apud eos valeret, semel statuerent, quid donatum ex alieno Masinissae vellent. Modestius certe daturus eos, et scituros, quid dedissent: ipsum nullum, praeterquam suae libidinis arbitrio, finem facturum. Horum si nihil impetrarent, et aliquod suum post datam e P. Scipione pacem delictum esset, ipsi potius animadverterent in se. Tutam servitutem se sub dominis Romanis, quam libertatem expositam ad injurias Masinissae, malle. Perire namque semel ipsis satius esse, quam sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum ducere. Sub haec dicta lacrimantes procubuerunt; stratique humi, non sibi magis misericordiam, quam regi.*

XXIV. Interrogari Gulussam placuit, quid ad ea responderet, aut, si prius mallet, expromeret, super qua re Romam venisset. Gulussa, *Neque sibi facile esse, dixit, de iis rebus agere, de quibus nihil mandati a patre haberet: neque patri facile fuisse mandare, cum Carthaginienses, nec de qua re acturi essent, nec omnino ituros se Romam, indicaverint. In aede Aesculapii clandestinum eos per aliquot noctes consilium principum habuisse, unde praeterea legatos occultis cum mandatis Romam mitti. Eam causam fuisse patri mittendi se Romam, qui deprecaretur senatum, ne quid communibus inimicis criminantibus se crederent, quem ob nullam aliam causam, nisi propter constantem fidem erga populum Romanum, odissent.* His utrinque auditis, senatus, de postulatis Carthaginiensium consultus, respondere ita iussit: *Gulussam placere exemplo in Numidiam proficisci, et nunciare patri, ut de iis, de quibus Carthaginienses querantur, legatos quamprimum ad senatum mittat; denuntesque Carthaginiensibus, ut ad disceptandam veniant. Si aliquid*

aliquid possent Masinissae honoris causa, et fecisse et facturos esse: jus gratiae non dare. Agrum, quae cuiusque sit, possideri velle: neque novos statuere fines, sed veteres observari, in animo habere. Carthaginensibus victis se et urbes, et agros concessisse; non ut in pace eriperent per injuriam, quae jure belli non ademissent. Ita regulus Carthaginensesque dimisit. Munera ex instituto data utrisque, aliaque hospitalia comiter conservata.

XXV. Sub idem tempus Cn. Servilius Caepio, Ap. Claudius Contho, T. Annius Lucus legati, ad res repetendas in Macedoniam renuntiandamque amicitiam regi missi, redierunt: qui jam sua sponte infectum Perii legatum insuper accenderunt, relatis ordine, quae vidissent, quaeque audissent. *Vidisse se per omnes urbes Macedonum summa vi parari bellum. Cum ad regem pervenissent, per multos dies convnicendi ejus potestatem non factam: postremo, cum desperato jam colloquio profecti essent, tum demum se ex itinere revocatos, et ad eum introductos esse. Suae orationis summam fuisse, foedus, cum Philippo ictum, cum ipso eo post mortem patris renovatum: in quo diserte prohiberi eum, extra fines arma ferre; prohiberi, socios populi Romani laceffere bello. Exposita deinde ab se ordine, quae ipsi nuper in senatu Eumenem vera omnia et comperta referentem audissent. Samothracae praeterea per multos dies occultum consilium cum legationibus civitatum Asiae regem habuisse. Pro his injuriis satisfieri, senatum aequum censere, reddique sibi res sociisque suis, quas contra jus foederis habeat. Regem ad ea primo accensum ira inclementer locutum, avaritiam superbiamque Romanis objicientem frequenter: quod alii super alios legati venirent speculari dicta factaque sua, quod se ad nutum imperiumque eorum omnia dicere ac facere aequum censerent. Postremo, multum ac diu vociferatum, reverti postero die jussisse. scriptum se responsum dare velle. Tum ita sibi scriptum traditum esse: Foedus, tum patre ictum, ad se nihil pertinere. Id se renovari, non quia probaret, sed quia in nova possessione regni patienda omnia essent, passum. Si novum foedus secum facere vellent, convenire prius de conditionibus dabere: et*

fi in animum inducerent, ut ex aequo foedus fieret, et se visurum, quid sibi faciendum esset, et illos credere reipublicae consulturos. Atque ita se proripuisse, et submoveri a regia omnes coeptos. Tum se amicitiam et societatem renuntiassse, qua voce eum accensum resistisse, atque voce clara denunciassse sibi, ut triduo regni sui decederent finibus. Ita se profectos: nec sibi, aut venientibus, aut manentibus, quidquam hospitaliter aut benigne factum. Thessali deinde Aetolique legati auditi. Senatui, ut scirent quam primum, quibus ducibus ulura respublica esset, literas mitti consulibus placuit, ut, uter eorum posset, Romanam ad magistratus creandos veniret.

XXVI. Nihil magnopere, quod memorari attineat, rei publicae eo anno consules gesserant. magis e republica visum erat, comprimi ac sedari exasperatos Ligures. Cum Macedonicum bellum expectaretur, Gentium quoque Illyriorum regem suspectum Iffenses legati fecerunt: simul questi, fines suos secundo populatum, simul nuntiantes, *uno animo vivere Macedonum atque Illyriorum regem: communi consilio parare Romanis bellum: et specie legatorum Illyrios speculatores Romae esse, Perse auctore missos, ut, quid ageretur, scirent.* Illyrii vocati in senatum. qui cum legatos se esse missos ab rege dicerent ad purganda crimina, si qua de re Iffenses deferrent; quaelitum, ecquid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca, lautia, acciperent? sciretur denique venisse eos, et super qua re venissent? Haesitantibus in responso, ut curia excederent, dictum. Responsum tanquam legatis, ut qui adire senatum non postulassent, dari non placuit: mittendosque ad regem legatos censuerunt, qui nuntiarent, *qui socii quererentur apud senatum, exustum a rege agrum. non aequum cum faceri, qui ab sociis suis non abstineret injuriam.* In hanc legationem missi, A. Terentius Varro, C. Plaetorius, C. Cicerejus. Ex Asia, qui circa socios reges missi erant, legati redierunt, qui renuntiarunt, *Eumenum in ea, Antiochum in Syria, Ptolemaeum in Alexandria sese convnisse. Omnes sollicitatos legationibus Persei, sed egregie in fide permanere, pollicitosque omnia, quae populus*
Roma.

Romanus imperasset, praestatueros. et civitates socias adesse: ceteras satis fidas; Jolos Rhodios fluctuantes et imbutos Persei consiliis invenisse. Venerant Rhodii legati ad purganda ea, quae vulgo jactari de civitate sciebant: ceterum senatum iis dari, cum novi consules magistratum inissent, placuit.

XXVII. Belli apparatus non differendum censuerunt. C. Licinio praetori negotium datur, ut ex veteribus quinquercinibus, in navalibus Romae subductis, quae possent usui esse, reficeret, pararetque naves quinquaginta. Si quid ad eum numerum explendum deesset, C. Memnio collegae in Siciliam scriberet, ut eas, quae in Sicilia naves essent, reficeret atque expediret, ut Brundisium primo quoque tempore miti possent. Socios navales libertini ordinis in viginti et quinque naves ex civibus Romanis C. Licinius praetor scribere iussus: in quinque et viginti parem numerum Cn. Sicinius sociis imperaret: idem praetor peditum octo millia, quadringentos equites a sociis Latini nominis exigeret. Hunc militem qui Brundisii acciperet, atque in Macedoniam mitteret, A. Atilius Serranus, qui priore anno praetor fuerat, deligitur: Cn. Sicinius praetor qui exercitum paratum ad trajiciendum haberet, C. Popillio consuli ex auctoritate senatus C. Licinius praetor scribit, ut et legionem secundam, quae maxime veterana in Liguribus erat, et socios Latini nominis quatuor millia peditum, ducentos equites Idibus Februariis Brundisii adesse juberet. Hac classe et hoc exercitu Cn. Sicinius provinciam Macedoniam obtinere, donec successor veniret, iussus, prorogato in annum imperio. Ea omnia, quae senatus censuit, impigre facta sunt. Duodequadraginta quinqueres ex navalibus deductae: qui deduceret eas Brundisium, L. Porcius Licinius praepositus: duodecim ex Sicilia missae. Ad frumentum classis exercituique commendandum in Apullam Calabriamque tres legati missi, Sex. Digitus, T. Juventius, M. Caecilius. Ad omnia praeparata Cn. Sicinius praetor, paludatus ex urbe profectus, Brundisium venit.

XXVIII. Exitu prope anni C. Popillius consul Romam rediit aliquanto serius, quam senatur cenfuerat: cui primo quoque tempore magistratus creari, cum tantum bellum immineret, iustum erat. Itaque non fecundis auribus Patrum auditus est consul, cum in aede Bellonae de rebus in Liguribus gestis differeret. Inclamations frequentes erant interrogationesque, cur scelere fratris oppressos Ligures in libertatem non restituisset? Comititia consularia, in quam edicta erant diem, ante diem duodecimum Kalendas Martias sunt habita. Creati consules, P. Licinius Crassus, C. Cassius Longinus. Postero die praetores facti, C. Sulpicius Galba, L. Furius Philus, L. Canulejus Dives, C. Lucretius Gallus, C. Caninius Rebilus, L. Villius Annalis. His praetoribus provinciae decretae: duae jure Romae dicendo, Hispania, et Sicilia, et Sardinia; ut uni fors integra esset, quo senatus censuisset. Consulibus designatis imperavit senatus, ut, qua die magistratum inissent, hostiis majoribus rite mactatis, precarentur, ut, quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, ut id prosperum eveniret. Eodem die decrevit senatus, C. Popillius consul ludos per dies decem Jovi optimo maximo voveret, donaque circa omnia pulvinaria dari, si respublica decem annos in eodem statu fuisset. Ita ut censuerant, in Capitolio vovit consul ludos fieri, donariaque dari, quanta ex pecunia decreffet senatus, cum centum et quinquaginta non minus adessent. praeunte verba Lepido pontifice maximo, id votum susceptum est. Eo anno sacerdotes publici mortui, L. Aemilius Papus decemvir sacrorum, et Q. Fulvius Flaccus pontifex, qui priore anno fuerat censor. Hic foeda morte periit. Ex duobus filiis ejus, qui tum in Illyrico militabant, nuntiatum alterum decessisse, alterum gravi et periculoso morbo aegrum esse. Obruit animum simul luctus metusque: mane ingressi cubiculum servi laqueum dependentem invenere. Erat opinio, post censuram minus compotem fuisse sui: vulgo Junonis Laciniae iram ob spoliatum templum alienasse mentem ferebant. Suffectus in Aemilii locum decemvir M. Valerius Messalla; in Fulvii pontifex Cn. Domitius Ahenobarbus, oppido adolescens sacerdos lectus.

XXIX. P. Licinio, C. Cassio consulibus, non urbs tantum Roma, nec terra Italia, sed omnes reges civitatesque, quae in Europa, quaeque in Asia erant, converterent animos in curam Macedonici ac Romani belli. Eumeneum cum vetus odium stimulabat, tum reuens ira, quod scelere ejus prope ut victima mactatus Delphis esset. Prusias, Bithyniae rex, statuerat abstinere armis, eventumque expectare. nam neque pro Romanis se aequum censere adversus fratrem uxoris arma ferre; et apud Persae victorem veniam per sororem impetrabilem fore. Ariarathes, Cappadocum rex, praeterquam quod Romanis suo nomine auxilia pollicitus erat, ex quo est junctus Eumeni affinitate, in omnia belli pacisque se confociaverat consilia. Antiochus imminebat quidem Aegypti regno, et pueritiam regis, et inertiam tutorum spernens; et ambigendo de Coele Syria causam belli se habiturum existimabat, gesturumque sine ullo impedimento, occupatis Romanis in Macedonico bello, id bellum: tamen omnia et per suos legatos senatui, et ipse legatis eorum eximie pollicitus erat. Ptolemaeus propter actatatem alieni etiam tum arbitrii erat. tutores et bellum adversus Antiochum parabant, quo vindicarent Coele Syriam, et Romanis omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum. Malinissa et frumento juvabat Romanos, et auxilia cum elephantis Misagenemque siliuni mittere ad bellum parabat. consilia autem in omnem fortunam ita disposita habebat: si penes Romanos victoria esset, suas quoque in eodem statu mansuras res: neque ultra quidquam movendum: non enim passuros Romanos, vim Carthaginienibus afferri. Si fractae essent opes Romanorum, quae tum protegerent Carthaginienles, suam omnem Africam fore. Gentius, rex Illyriorum, fecerat potius, cur suspectus esset Romanis, quam satis statuerat, stram foveret partem; impetuque magis, quam consilio, his aut illis se adjuncturus videbatur. Cotys Thrax, Odrisarum rex, evidenter Macedonum partis erat.

XXX. Haec sententia regibus cum esset de bello, in liberis gentibus populisque plebs ubique omnis ferme, ut solet, deterioribus erat ob regem Macedonasque incli-

nata; principum diversa cerneret studia. pars ita in Romanos effusi erant, ut auctoritatem immodico favore corrumpere: pauci ex iis iustitia imperii Romani capti; plures ita, si praecipuam operam navassent, potentes sese in civitatibus suis futuros rati. pars altera regiae adulationis erat, quos aes alienum et desperatio rerum suarum, eodem manente statu, praecipites ad novanda omnia agebat; quosdam ventosum ingenium, quia Perseus magis aurae popularis erat. tertia pars, optima eadem et prudentissima, si utique optio domini potioris daretur, sub Romanis, quam sub rege, malebat esse. si liberum inde arbitrium fortunae esset, neutram partem volebant potentio rem altera oppressa fieri; sed, illibatis potius viribus utriusque partis, pacem ex eo manere. ita inter utrosque optimam conditionem civitatum fore; protegente altero semper inopem ab alterius injuria. Haec sentientes, certamina fautorum utriusque partis taciti ex tuto spectabant. Consules, quo die magistratum inierunt, ex senatusconsulto cum circa omnia sana, in quibus lectisternium majorem partem anni esse solet, majoribus hostiis immolassent, inde preces suas coelestibus ab Diis immortalibus ominati, senatui, rite sacrificatum, precationemque de bello factam, renuntiarunt. Haruspices ita responderunt, *si quid rei novae inciperetur, id mirandum esse. victoriam, triumphum, prorogationem imperii portendi.* Patres, *quod faustum felixque populo Romano esset, censorii comitiis primo quoque die ferre ad populum consules, iusserunt, ut, quod Perseus, Philippi filius, Macedonum rex, adversus foedus cum patre Philippo ictum, et secum post mortem ejus renovatum, sociis populi Romani arma inulisset, agros vastasset, urbesque occupasset; quodque belli parandi adversus populum Romanum consilia inisset, arma, milites, classem ejus rei causa comparasset; ut, nisi de iis rebus satisfecisset, bellum cum eo iniretur.* Haec rogatio ad populum lata est.

XXXI. Senatusconsultum inde factum est, *Ut consules inter se provincias Italiam et Macedonia compararent, sortirenturve. Cui Macedonia obvenisset, ut is regem*

regem Persea, quique ejus sectam secuti essent, nisi populo Romano satisfecissent, bello persequeresur. Legiones quatuor novas scribi placuit, binas singulis consulibus. Id praecipue provinciae Macedoniae datum, quod, cum alterius consulis legionibus quina millia et ducenti equites ex vetere instituto darentur in singulas legiones, in Macedoniae sena millia peditum scribi iussa; equites trecenti aequaliter in singulas legiones. et in sociali exercitu consuli alteri auctus numerus: sexdecim millia peditum, octingentos equites (praeter eos, quos Cn. Sicinius duxisset, sexcentos equites) in Macedoniae trajiceret. Italiae satis visa duodecim millia sociorum peditum, sexcenti equites. Illud quoque praecipuum datum forti Macedoniae, ut centuriones militesque veteres scriberet, quos vellet, consul usque ad quinquaginta annos. In tribunis militum novatum eo anno propter Macedoniae bellum, quod consules ex senatusconsulto ad populum tulerunt, ne tribuni militum eo anno suffragiis crearentur, sed consulum praetorumque in iis faciendis iudicium arbitriumque esset. Inter praetores ita parita imperia. praetorem, cuius fors fuisset, ut iret, quo senatus censuisset, Brundisium ad classem ire placuit; utque ibi recognosceret socios navales, dimissisque, si qui parum idonei essent, supplementum legeret ex libertinis, et daret operam, ut duae partes civium Romanorum, tertia sociorum esset. Commeatus classi legionibusque ut ex Sicilia Sardiniaque subveherentur, praetoribus, qui eas provincias sortiti essent, mandari placuit, ut alias decimas Siculis Sardinisque imperarent, utque id frumentum ad exercitum in Macedoniae portaretur. Siciliam C. Canninius Rebilus est sortitus, L. Furius Philus Sardiniam, L. Canulejus Hispaniam, C. Sulpicius Galba urbanam jurisdictionem, L. Villius Annalis inter peregrinos. C. Lucretio Gallo, quo senatus censuisset, fors evenit.

XXXII. Inter consules magis cavillatio, quam magna contentio, de provincia fuit. Callius, sine sorte se Macedoniae oppugnaturum, dicebat, nec posse collegam, salvo iurejurando, secum sortiri. Praetorem cum, ne in provinciam iret, in concione jurasse, se statim loco statis-

que diebus sacrificia habere, quae, absente sc̄, recte fieri non possent: quae non magis consule, quam praesore, absente recte fieri possent. Si senatus, non quid vellet in consularu potius, quam quid in praesura juraverit P. Licinius, animadvertendum esse censeat, se iam futurum in senatus potestate. Consulti Patres, cui consulatum populus Romanus non negasset, ab se provinciam negari, superbum rati, sortiri consules iusserunt. P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obvenit. Legiones inde sortiti sunt. prima et tertia in Macedonia trajicerentur, secunda et quarta ut in Italia remanerent. Delectus consules multo intentiorem, quam alias, curam habebant. Licinius veteres quoque scribebat milites centurionesque: et multi voluntate nomina dabant, quia locupletes videbant, qui priore Macedonico bello, aut adversus Antiochum in Asia, stipendia fecerant. Cum tribuni militum centuriones, sed primum quemque, citarent, tres et viginti centuriones, qui primos pilos duxerant, citati tribunos plebis appellarunt. Duo ex collegio, M. Fulvius Nobilior et M. Claudius Marcellus, ad consules rejiciebant: *Eorum cognitionem esse debere, quibus delectus, quibusque bellum mandatum esset. ceteri, cognituros se, de quo appellari essent, ajebant; et, si injuria feret, auxilium civibus lauros.*

XXXIII. Ad subsellia tribunorum res agebatur. eo M. Popillius consularis, advocatus, centuriones, et consul venerunt. Consule inde postulanti, ut in concione ea res ageretur, populus in concionem advocatus. Pro centurionibus M. Popillius, qui biennio ante consul fuerat, ita verba fecit: *Militares homines et stipendia justa, et corpora, et aetate, et assiduis laboribus, confectia habere: nihil recusare tamen, quo minus operam reipublicae dent. id tantum deprecari, ne inferiores iis ordines, quam quos, cum militassent, habuissent, attribuantur.* P. Licinius consul senatusconsulta recitari iussit: primum, quod bellum senatus Perseo iussisset; deinde, quod veteres centuriones quam plurimum ad id bellum scribi censuisset, nec ulli, qui non major annis quinquaginta esset, vacationem militiae esse. Deprecatus est deinde,

inde, ne novo bello, iam propinquo Italiae, adversus regem potentissimum, aut tribunos militum, delectum habentes, impedirent; aut prohiberent consulem, quem cuique ordinem assignari e republica esset, eum assignare. Si quid in ea re dubium esset, ad senatum rejicerent.

XXXIV. Postquam consul, quae voluerat, dixit, Sp. Ligustinus ex eo numero, qui tribunos plebis appellaverant, a consule et ab tribunis petiit, ut sibi paucis ad populum agere liceret. Permissu omnium ita locutus fertur. Sp. Ligustinus tribus Crustuminae ex Sabinis sum oriundus, Quirites. Pater mihi jugerum agri reliquit et parvum rugurium, in quo natus educatusque sum: hodieque ibi habito. Cum primum in aetatem veni, pater mihi uxorem fratris sui filiam dedit: quae secum nihil attulit, praeter libertatem pudicitiamque, et cum his foecunditatem, quanta vel in divi domo satis esset. Sex filii nobis, duae filiae sunt: urvaeque jam nuptiae. Filii quatuor togas viriles habent, duo praetextati sunt. Miles sum factus, P. Sulpicio, C. Aurelio consulibus. In eo exercitu, qui in Macedoniam est transportatus, biennium miles gregarius fui adversus Philippum regem: tertio anno virtutis causa mihi T. Quinctius Flaminius decimum ordinem hastarum assignavit. Devicto Philippo Macedonibusque, cum in Italiam portati ac dimissi essemus, continuo miles voluntarius cum M. Porcio consule in Hispaniam sum profectus. Neminem omnium imperatorum, qui vivant, acriorem virtutis spectatorem ac iudicem fuisse sciunt, qui et illum et alios duces longa militia experti sunt: hic me imperator dignum iudicavit, cui primum hastarum prioris centuriae assignaret. Tertio iterum voluntarius miles factus sum in eum exercitum, qui adversus Aetolos et Antiochum regem est missus. a M. Acilio mihi primus princeps prioris centuriae est assignatus. Expulso rege Antiocho, subactis Aetolis, reportati sumus in Italiam: et deinceps bis, quae annua crebantur legiones, stipendia feci. Bis deinde in Hispania militavi, semel Q. Fulvio Flacco, iterum Ti. Sempronio Graccho praetore. A Flacco inter ceteros, quos virtutis causa secum ex provincia ad triumphum deducebat, deductus sum

Tiberio Graccho rogatus, in provinciam ii. Quater intra paucos annos primum pilum duxi: quater et tricies virtutis causa donatus ab imperatoribus sum: sex civicas coronas accepi. viginti duo stipendia annua in exercitu emerita habeo, et major annis sum quinquaginta. Quod si mihi nec stipendia omnia emerita essent, necdum aetas vacationem daret, tamen, cum quatuor milites pro me uno vobis dare, P. Licini, possem, aequum eras me dimitti. Sed haec pro causa mea dicta accipiatis velim: ipse me, quoad quisquam, qui exercitus scribit, idoneum militem iudicabit, nunquam sum excusaturus. Ordinem quo me dignum iudicent tribuni militum, ipsorum est potestatis: ne quis me virtute in exercitu praefect, dabo operam; ut semper ita fecisse me et imperatores mei, et qui una stipendia fecerunt, testes sunt. Vos quoque aequum est, commilitones, etsi appellationis vobis usurpatis jus, cum adulescentes nihil adversus magistratum senatusque auctoritatem usquam feceritis, nunc quoque in potestate senatus ac consulum esse, et omnia honesta loca ducere, quibus rempublicam defensuri sitis.

XXXV. Haec ubi dixit, collaudatum multis verbis consul ex concione in senatum duxit. Ibi quoque ei ex auctoritate senatus gratiae actae, tribunique militares in legione prima primum pilum virtutis causa ei assignarunt. ceteri centuriones, omissa appellatione, ad delectum obedienter responderunt. Quo maturius in provincias magistratus proficiscerentur, Latinae Kalendis Juniiis fuere: eoque sollemni perfecto, C. Lucretius praetor, omnibus, quae ad classem opus erant, praemissis, Brundisium est profectus. Praeter eos exercitus, quos consules comparabant, C. Sulpicio Galbae praetori negotium datum, ut quatuor legiones scriberet urbanas iusto numero peditum equitumque; iisque quatuor tribunos militum ex senatu legeret, qui praessent: sociis Latini nominis imperaret quindecim millia peditum, mille et ducentos equites. Is exercitus uti paratus esset, quo senatus consuisset. P. Licinio consuli ad exercitum civilem socialemque petenti addita auxilia, Ligurum duo millia, Creteneses sagittarii, (incertus numerus, quantum rogati

auxilia Cretenſes miſſent) Numidae item equites elephantique. In eam rem legati ad Maſiniſſam Carthaginienſeſque miſſi, L. Poſtumiſ Albinus, Q. Terentius Culleo, C. Aburius. In Cretam item legatos tres iro placuit, A. Poſtumiſ Albinum, C. Decimum, A. Liciniſ Nervam.

XXXVI. Per idem tempus legati ab rege Perſeo venerunt. eos in oppidum introuiti non placuit, cum jam bellum regi eorum et Macedonibus et ſenatus decreſſet, et populus iuſſiſſet. In aedem Bellonae in ſenatum introduci ita verba fecerunt: *Mirari Perſea regem, quid in Macedonia exercitus transportati eſſent. Si impetrari a ſenatu poſſet, ut ii revocentur, regem de iniuriis, ſi quas ſociis factas quererentur, arbitrato ſenatus ſatiſfacturum eſſe.* Sp. Carvilius, ad eam ipſam rem ex Graecia remiſſus ab Cn. Sicinio, in ſenatu erat. is Perrhaebiam expugnatam armis, Theſſaliae aliquot urbes captas, cetera, quae aut ageret, aut pararet rex, cum argueret, reſpondere ad ea legati iuſſi. Poſtquam haeſitabant, negantes ſibi ultra quidquam mandatum eſſe, iuſſi renuntiare regi, *Conſulem P. Liciniſ brevi cum exercitu futurum in Macedonia eſſe. ad eum, ſi ſatiſfacere in animo eſſet, mitteret legatos. Romam quod praeterea mitteret, non eſſe: neminem eorum per Italiam ire liciturum.* Ita dimiſſis, P. Licinio conſuli mandatum, intra undecimum diem iuberet eos Italia excedere, et Sp. Carviliſ mitteret, qui, donec navem conſcendiſſent, cuſtodiret. Haec Romae acta, nondum profectis in provinciam conſulibus. Jam Cn. Sicinius, qui, priuſquam magiſtratu abiret, Brundiſium ad claſſem et ad exercitum praemiſſus erat, trajectis in Epirum quinque millibus peditum, trecentis equitibus, ad Nymphaeum in agro Apolloniati caſtra habebat. Inde tribunos cum duobus millibus militum ad occupanda Daſſaretiorum et Illyriorum caſtella, ipſis arceſſentibus praefidia, ut tutiores a ſinitimorum impetu Macedonum eſſent, miſit.

XXXVII. Paucis poſt diebus Q. Marcius, A. Attilius, et P. et Ser. Cornelii Lentuli, et L. Decimus, legati

gati in Graeciam missi, Coreyræ peditum mille secum advexerunt: ibi inter se et regiones, quas obirent, et milites diviserunt. Decimus missus est ad Gentium, regem Illyriorum, quem, si aliquem respectum amicitiae eum habere cerneret, tentare, aut etiam ad belli societatem perlicere iussus. Lentuli in Cephalleniam missi, ut in Peloponnesum trajicerent, oramque maris, in occidentem versi, ante hiemem circumirent. Marcio et Atilio Epirus, Aetolia, et Thessalia circumeundae assignantur. Inde Boeotiam atque Euboeam aspiciere jussi; tum in Peloponnesum trajicere, ibi congressuros se cum Lentulis constituunt. Priusquam digrederentur a Corcyra, literae a Perseo allatae sunt, quibus quaerebat, quae causa Romanis aut in Graeciam trajiciendi copias, aut urbes occupandi, esset? Cui rescribi nihil placuit; nuntio ipsius, qui literas attulerat, dici, *praesidii causa ipsarum urbium Romanos facere*. Lentuli, circumeuntes Peloponnesi oppida, cum sine discrimine omnes civitates adhortarentur, ut, quo animo, qua fide adjuvissent Romanos, Philippi primum, deinde Antiochi bello, eodem adversus Persea juvarent, fremitum in concionibus audiebant: Achaeis indignantibus, eodem se loco esse, (qui omnia a principiis Macedonici belli praestitissent Romanis, et Macedonum Philippi bello hostes fuissent) quo Messenii atque Elii, qui pro Antiocho hoste arma adversus populum Romanum tulissent; ac, nuper in Achaicam contributi concilium, velut praemium belli se victoribus Achaeis tradi quererentur.

XXXVIII. Marcius et Atilius ad Gitanas, Epiri oppidum decem millia ab mari, cum ascenderent, concilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt; et quadringentos juventutis eorum in Orestas, ut praesidio essent libertatis ab se Macedonibus, miserunt. Inde in Aetoliam progressi, ac paucos ibi morati dies, dum in praetoris mortui locum alius sufficeretur, et Lycisco praetore facto, quem Romanorum favere rebus satis compertum erat, transierunt in Thessaliam. Eo legati Acarnanum, et Boeotorum exules venerunt. Acarnanes nuntiare jussi, *Quae Philippi primum, Antiochi deinde bello,*

bello, decepti pollicitationibus regis, adversus populum Romanum commississens, ea corrigendi occasionem illis oblatam. Si male meriti clementiam populi Romani experti essent, bene merendo liberalitatem experirentur. Boeotis exprobratum, societatem eos cum Perseo junxisse, iis, cum culpam in Ismeniam, principem alterius partis, conferrent, et quasdam civitates dissentientes in causam deductas, *appariturum id esse, Marcius respondit: singulis enim civitatibus de se ipsis consulendi potestatem facturos.* Thessalorum Larillae fuit concilium. ibi et Thessalis benigna materia gratias agendi Romanis pro libertatis munere fuit; et legatis, quod, et Philippi prius et post Antiochi bello, ense adjuti a gente Thessalorum essent. hac mutua commemoratione meritorum accensi animi multitudinis ad omnia decernenda, quae Romani vellent. Secundum hoc concilium legati a Perseo rege venerunt, privati maxime hospitii fiducia, quod ei paternum cum Marcio erat. Ab hujus necessitudinis commemoratione orsi, petierunt legati, in colloquium veniendi regi potestatem faceret. Marcius, *Et se ita a patre suo accepisse, dixit, amicitiam hospitiumque cum Philippo fuisse. minime immemorem necessitudinis ejus legationem eam suscepisse. Colloquium, si satis commode videret, non fuisse dilaturum: nunc, ubi primum posset, ad Peneum flumen, qua transitus ab Homolio Dium esset, praemissis, qui nuntiarent regi, venturos.*

XXXIX. Et tum quidem ab Dio Perseus in interiora regni recipit se, levi aura Ipei objecta, quod Marcius ipseus causa suscepisse se legationem dixisset. Post dies paucos ad constitutum locum venerunt. Magnus comitatus fuit regis, cum amicorum, tum satellitum turba stipante. Non minore agmine legati venerunt, et ab Larilla multis prosequentibus, et legationibus civitatum, quae convenerant Larillam, et renuntiare domum certa, quae audissent, volebant. Inerat cura insita mortalibus videndi congregientes nobilem regem, et populi principis terrarum omnium legatos. Postquam in conspectu steterunt, dirimente amne, paulisper internuntiando cunctatio fuit, utri transgrederentur, aliquid illi reginae
ma-

majestati, aliquid hi populi Romani nomini, cum praefertim Perseus petisset colloquium, existimabant deberi. Joco etiam Marcius cunctantes movit. *Minor*, inquit, *ad majorem, et* (quod Philippo ipsi cognomen erat) *fitius ad patrem transcat*. Facile persuasum id regi est. Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis transiret. Rex, cum omni comitatu transire, aequum censebat: legati vel cum tribus venire jubebant, vel, si tantum agmen traduceret, obsides daret, nihil fraudis fore in colloquio. Hippian et Pantauchum, quos et legatos miserat, principes amicorum, obsides dedit. Nec tam in pignus fidei obsides deliderati erant, quam ut appareret sociis, nequaquam ex dignitate pari congruere regem cum legatis. Salutatio non tanquam hostium, sed hospitalis ac benigna fuit; positisque sedibus confederunt.

XL. Cum paulisper silentium fuisset: *Expectari, nos*, inquit Marcius, *arbitror, ut respondeamus literis tuis, quas Corcyram misisti; in quibus quaeris, quid ita legari cum militibus venerimus, et praesidia in singulas urbes dimittamus? Ad hanc interrogationem tuam et non respondere vereor, ne superbum sit, et vera respondere, ne nimis acerbum audienti tibi videatur. Sed cum aut verbis castigandus, aut armis sit, qui foedus rumpit; sicut bellum adversus te alii, quam mihi, mandatum malim, ita orationis acerbiter adversus hospitem, utcumque est, subibo: sicut medici, cum salutis causa tristiora remedia adhibent. Ex quo regnum adeptus es, unam rem te, quae facienda fuisse, senatus fecisse censet; quod legatos Romam ad renovandum * * * judicet potius, quam, cum renovatum esset, violandum. Abrupolim, socium atque amicum populi Romani, regno expulisti. Arretari interfeceras, ut caede (ne quid ultra dicam) laetarum appareret, recepisti, qui omnium Ilyriorum fidissimum Romano nomini regulum occiderant. Per Thessaliam et Maliensem agrum cum exercitu contra foedus Delphos isti: Byzantiis item contra foedus misisti auxilia. Cum Boeatis, sociis nostris, secretam tibi ipsi societatem, quam non licebat, jurejurando pepigisti. Thebanos legatos, Evergam et Callicritum, venientes a nobis, quaerere volo,*

quia

quis interfecerit, quam arguere. In Aetolia bellum intestinum et caedes principum per quos, nisi per tuos, factae videri possunt? Dolopes a te ipso constati sunt. Eumenes rex, ab Roma cum in regnum rediret, prope ut viciniam Delphis in sacro loco ante aras marcius, quem insimulet, piger referre. Quae h' spes Brundisinus occulta facinora indicet, certum habeo, et scripta tibi omnia ob Roma esse, et legatos tuos renuntiisse. Haec ne dicerentur a me, uno modo vitare potuisti, non quaerendum, quam ob causam exercitus in Macedoniam trajicerentur, aut praesidia in sociorum urbes mitterentur. Quae tibi superius tenuissimus, quam vtra respondimus. Equidem pro paterno nostro hospitio faveo orationi tuae, et opto, ut aliquam mihi materiam praebeas agendae tuae apud senatum causae.

XLI. Ad ea rex: Bonam causam, si apud iudices aequos ageretur, apud eodem et accusatores et iudices agam. Eorum autem, quae objecta sunt mihi, partim ea sunt, quibus nescio an gloriari debeam; partim, quae fateri non erubescam; partim, quae verbo objecta verbo negare sit. Quid enim, si legibus vestris hodie reus sim, aut index Brundisinus, aut Eumenes mihi objiciat, ut accusare potius vere, quam conviciari, videantur? Scilicet, nec Eumenes, cum tam multis gravis publice ac privatim sit, alium, quam me, inimicum habuit: neque ego potiore quemquam ad ministeria facinorum, quam Rammium, (quem neque unquam ante videram, nec eram postea visurus) invenire potui. Et Thebanorum, quos naufragio perisse constat, et Artetari caedis mihi reddenda ratio est. in qua tamen nihil ultra objicitur, quam interfectores ejus in regno exfulasse meo. Cujus conditionis iniquitatem ita non sum recusaturus, si vos quoque accipitis, ut, quicumque exsules in Italiam aut Romam se contulerunt, his facinorum, propter quae damnati sunt, auctores vos fuisse fateamini. Si hoc et vos recusabitis, et omnes aliae gentes, ego quoque inter ceteros ero. Et, Hercule, quid attinet cuiquam exsilium patere, si nusquam exsuli futurus locus est? Ego tamen istos, ut primum in Macedonia esse, admonitus a vobis, comperi, requisitos

abire ex regno jussi, et in perpetuum interdixi finibus meis. Et haec quidem mihi, tanquam causam dicenti reo, objecta sunt: illa, tanquam regi, et quae de foedere, quod mihi est vobiscum, disceptationem habeant. Nam, si est in foedere ita scriptum, ut ne, si bellum quidem quis inferat, tueri me regnumque meum liceat, mihi fatendum est, quod me armis adversus Abrupolim, socium populi Romani, defenderim, foedus violatum esse. Sin autem hoc et ex foedere licuit, et jure gentium ita comparatum est, ut arma armis propulsentur, quid tandem me facere decuit, cum Abrupolis fines mei regni usque ad Amphipolim pervastasset, multa libera capita, magnam vim mancipiorum, multa millia pectorum abegisset? Quiescerem et paterer, donec Pellam et in regiam meam armatus pervenisset? At enim bello quidem justo sum persecutus; sed vinci non oportuit eum, neque ea, quae vicis accidunt, pati: quorum casum cum ego subicrim, qui sum armis lacesitus, quid potest queri sibi accidisse, qui causa belli fuit? Non sum eodem modo defensurus, Romani, quod Dolopas armis coercuerim: quia, etsi non merito eorum, jure feci meo; cum mei regni, meae ditionis essent, vestro decreto patri attributi meo. Nec, si causa reddenda sit, non vobis, nec foederatis, sed iis, qui ne in servos quidem saeva atque injusta imperia probant, plus aequo et bono saevisse in eos videri possum. quippe Euphranorem, praefectum a me impostum, ita occiderunt, ut mors poenarum ejus levissima fuerit.

XLII. At, cum processissem inde ad visendas Larissam, et Antrona, et Pylleon, quo in propinquo multo ante debita vota persolverem, Delphos sacrificandi causa ascendi. Et hic, criminis augendi causa, cum exercitum me fuisse adjicitur. Scilicet, ut, quod nunc vos facere queror, urbes occuparem, arcibus imponerem praefidia. Vocate in concilium Graeciae civitates, per quas iter feci; queratur unusquilibet militis mei injuriam; non recusabo, quin, simulato sacrificio, aliud petisse videar. Aetolis et Byzantiis praefidia misimus, et cum Boeotis amicitiam fecimus. Haec, qualiacunque sunt, per legatos meos non solum indicata, sed etiam excusata sunt saepe in senatu vestro:

vestro: ubi aliquos ego disceptatores, non tam aequos, quam te, Q. Marci, patrum amicum et hospitem, habebam. Sed nondum Romam accusator Eumenes venerat; qui calumniandi omnia detorquendoque suspecta et invisa efficeret, et persuadere vobis conaretur, non posse Graeciam in libertate esse, et vestro munere frui, quoad regnum Macedoniae incolume esset. Circumagerur hic orbis; eris mox, qui arguas, ne quidquam Antiochum ultra juga Tauri remotum: graviolem multo Asiae, quam Antiochus fuerit, Eumenem esse: nec conquirere socios vestros posse, quoad regia Pergami sit. eam arcem supra capita finitimarum civitatum impositam. Ego haec, Q. Marci et A. Atili, quae aut a vobis objecta, aut purgata a me sunt, talia esse scio, ut aures, ut animi audentium sint: nec tam referre, quid ego, aut qua mente fecerim, quam quomodo id vos factum accipiat. Conscius mihi sum, nihil me scientem deliquisse: et, si quid fecerim imprudentia lapsus, corripi me et emendari castigatione hac posse. Nihil certe inexcusabile, nec quod belli et armis persequendum esse censeatis, commisi; ac si ultra clementiae gravitatisque vestrae fama vulgata per genus est, si talibus de causis, quae vix querela et expostulatione dignae sunt, arma capitis, et regibus sociis bella inferis.

XLIII. Haec dicenti tum assensus Marcius auctor fuit mittendi Romam legati, cum experienda omnia ad ultimum, nec praeternittendum spem aliam censuisset. Reliqua consultatio erat, quoniam modo tutum iter legatis esset. ad id cum necessaria petitio induciarum videretur, cuperetque Marcius, neque aliud colloquio petisset, gravate et in magnam gratiam petentis concessit. nihil enim satis paratum ad bellum in praesentia habebant Romani, non exercitum, non ducem: cum Perseus (ni spes vana pacis occaecasset consilia) omnia praeparata atque instructa haberet, et suo maxime tempore atque alieno hostibus incipere bellum posset. Ab hoc colloquio, fide induciarum interposita, legati Romani in Boeotiam comparati sunt. Ibi jam motus coeperat esse, discedentibus a societate communis concilii Boeotorum quibusdam populis, ex quo renuntiatum erat, respondisse legatos, apparitum,

rum, quibus populis proprie societatem cum rege jungi displicuisset. Primi a Chaeronea legati, deinde a Thebis, in ipso itinere occurrerunt, affirmantes non interfuisse se, quo societas ea decreta esset, concilio: quis legati, nullo in praesentia responso dato, Chalcidem se sequi iusserunt. Thebis magna contentio orta erat ex alio certamine. Comitibus praetoriis Boeotorum victa pars, injuriam persequens, coacta multitudine decretum fecit Thebis, ne Boeotarchae urbibus reciperentur. Exsules Thespias universi concesserunt: inde (recepti enim sine cunctatione erant) Thebas, jam mutatis animis, revocati decretum faciunt, ut duodecim, qui privati coetum et concilium habuissent, exsilio mulctarentur. Novus deinde praetor (Ismenias is erat, vir nobilis ac potens) capitalis poenae absentes eos decreto damnat. Chalcidem fugerant: inde ad Romanos Larissam profecti, causam cum Perseo societatis in Ismeniam contulerant. Ex contentione ortum certamen. utriusque tamen partis legati ad Romanos venerunt, et exsules acculatoresque Ismeniae, et Ismenias ipse.

XLIV. Chalcidem ut ventum est, aliarum civitatum principes, id quod maxime gratum erat Romanis, suo quique proprio decreto Persei societatem aspernati, Romanis se adjungebant: Ismenias gentem Boeotorum in fidem Romanorum permitti aequum censebat. inde certamine orto, nisi in tribunal legatorum perfugisset, haud multum absuit, quin ab exsulis fautoribusque eorum interficeretur. Thebae quoque ipsae, quod Boeotiae caput est, in magno tumultu erant, aliis ad regem trahentibus civitatem, aliis ad Romanos. et turba Coronaeorum Halcartiorumque convenerat ad defendendum decretum regiae societatis. sed constantia principum, docentium claudibus Philippo Antiochique, quanta esset vis et fortuna imperii Romani, victa eadem multitudo, et, ut tolleretur regia societas, decrevit, et eos, qui auctores paciscendae amicitiae fuerant, ad satisfaciendum legatis Chalcidem misit, fideique legatorum commendari civitatem iussit. Thebanos Marcius et Atilios laeti audierunt, auctoresque et his separatim singulis fuerunt ad renouandam amicitiam.

viam mittendi Romam legatos. Ante omnia exules restitui iusserunt, et auctores regiae societatis decreto suo damnarunt. Ita, quod maxime volebant, discusso Boeotico concilio, Peloponnesum proficiscuntur, Ser Cornelio Chalcidem arcessito. Argis praebitum est iis concilium: ubi nihil aliud a gente Achaeorum petierunt, quam ut mille milites darent. id praesidium ad Chalcidem tuendam, dum Romanus exercitus in Graeciam traiceretur, missum est. Marcius et Atilius, peractis, quae agenda in Graecia erant, principio hiemis Romam redierunt.

XLV. Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa. tres erant legati, Ti. Claudius, P. Postumius, M. Junius. ii circumcumbentes hortabantur Iodios ad suscipiendum adversus Persem pro Romanis bellum: et, quo quaeque opulentior civitas erat, eo accuratius agebant, quia minores securitae majorum auctoritatem erant. Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur, quia non favere tantum, sed adjuvare etiam viribus suis bellum poterant, quadraginta navibus auctore Hegelilocho comparatis. qui, cum in summo magistratu esset, (Prytanin ipsi vocant) multis rationibus pervicerat Rhodios, ut, omnia, quam saepe vanam experti essent, regum fovendorum spe, Romanam societatem (unam tum in terris vel viribus, vel fide stabilem) retinerent. *Nullam imminere cum Perseo: desideraturos Romanos euntem navalem apparatus, quem nuper Antiochi, quem Philippi mare bello viderent. trepidaturos tum repente paranda classe, cum mittenda esset; nisi reficere naves, nisi instruere navibus sociis coepissent. Id eo magis enise faciendum esse, ut trimina delata ab Eumene fide verum refellerent.* His incitati, quadraginta navium classem instructam ornatissimoque legatis Romanis advenientibus, ut non expectantem adhortationem esse appareret, ostenderunt. Et *hinc legatio magnum ad conciliandos animos civitatum Asiae momentum fuit. Decimius unus sine ullo effectu, captivum etiam pecuniarum ab regibus Illyriorum susceptione infamis, Romam rediit.*

XLVI. Perseus, cum a colloquio Romanorum in Macedoniam recepisset sese, legatos Romam de inchoatis cum Marcio conditionibus pacis misit: et Byzantium et Rhodum literas legatis ferendas dedit. In literis eadem sententia ad omnes erat: *collocutum se cum Romanorum legatis.* quae audisset, quaeque dixisset, ita disposita, ut superior fuisse in disceptatione videri posset. Apud Rhodios legati addiderunt, *Considerare pacem futuram. auctoribus enim Marcio atque Atilio, missos Romam legatos. Si pergerent Romani contra foedus movere bellum, tum omni gratia, omni ope evitandum fore Rhodiis, ut reconcilient pacem. Si nihil deprecando proficiant, id agendum, ne omnium rerum jus ac potestas ad unum populum perveniat. Cum ceterorum id interesset, tum praecipue Rhodiorum, qui plus inter alias civitates dignitate atque opibus excellant: quae serva atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus.* Magis et literae et verba legatorum benigne sunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt: potentior esse partis melioris auctoritas coeperat. Responsum ex decreto est: *Optare pacem Rhodios. si bellum esset, ne quid ab Rhodiis speraret aut peteret rex, quod veterem amicitiam, multis magnisque meritis pace belloque partam, disjungeret sibi ab Romanis.* Ab Rhodo redeuntes, Boeotiae quoque civitates, et Thebas, et Coronaeum, et Haliartum, adierunt: quibus expressum invitae existimabatur, ut, relicta regia societate, Romanis adjungerentur. Thebani nihil moti sunt: quanquam nonnihil, et damnatis principibus, et restitutis exsilibus, succensebant Romanis. Coronaei et Haliartii, favore quodam infuso in reges, legatos in Macedoniam miserunt, praesidium petentes, quo se adversus impotentem superbiam Thebanorum tueri possint. Cui legationi responsum ab rege est, *praesidium se propter inducias cum Romanis factas mittere non posse: tamen suadere, ut a Thebanorum injuriis, qua possent, ut se vindicarent, se Romanis praebere causam in se faciendi.*

XLVII. Marcius et Atilius Romam cum venissent, legationem in Capitolio ita renuntiaverunt, ut nulla re
 magis

magis gloriarentur, quam decepto per inducias et spem pacis rege. Adeo enim apparatus belli fuisse instructum, ipsis nulla parata re, ut omnia opportuna loca praecautipari ante ab eo potuerint, quam exercitus in Graeciam trajiceretur. Spatio autem induciarum sumto, venturam illum nihilo paratiorem; Romanos omnibus instructiores rebus coepturos bellum. Boeotorum quoque se concilium arte distraxisse, ne conjungi amplius ullo consensu Macedonibus possent. Haec, ut summa ratione nota, magna pars senatus approbabat: veteres et moris antiqui memores negabant, se in ea legatione, Romanas agnoscere artes. Non per insidias et nocturna proelia, nec simulatam fugam improvisosque ad incautum hostem reditus, nec ut astu magis, quam vera virtute, gloriantur, bella majores gessisse. indicere prius, quam gerere, solitos bella, denuntiare etiam; interdum locum finire, in quo dimicaturi essent. Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum, vitae ejus insidiantem: eadem Fallicis vincum traditum proditorem liberorum regis. Haec Romana esse, non versutiarum Panicarum, neque calliditatis Graecae: apud quos fallere hostem, quam vi superare, gloriosius fuerit. Interdum in praesens tempus plus profici dolo, quam virtute: sed ejus demum animum in periculum vinci, cui confessio expressa sit, se neque arte, neque casu, sed collatis cominus viribus, justo ac pio bello esse superatum. Haec seniores, quibus nova haec minus placebat sapientia. vicit tamen ea pars senatus, cui prior utilis, quam honesti, cura erat, ut comprobaretur prior legatio Marcii, et eodem rursus in Graeciam cum quinqueremibus remitteretur, jubereturque cetera, uti e republica maxime visum esset, agere. A. quoque Atilium miserunt ad occupandam Larissam in Thessalia, timentes, ne, si induciarum dies exisset, Perseus, praesidio eo misso, caput Thessaliae, in potestate haberet. Duo milia peditum Atilius ab Cn. Sicienio accipere ad eam rem agendam jussus. et P. Lentulo, qui ex Achaja redierat, trecenti milites Italici generis dati, ut Thebis daret operam, ut in potestate Boeotia esset.

XLVIII. His praeparatis, quanquam ad bellum consilia erant destinata, senatum tamen praebere legatis placuit.

cuit. Eadem fere, quae in colloquio ab rege dicta erant, relata ab legatis. Infidiarum Eumeni factarum crimen, et maxima cura, et minime tamen probabiliter, (manifesta enim res erat) defensum. Cetera deprecatio erat: sed non eis animis audiebantur, qui aut doceri, aut secti possent. Denuntiatum, ex templo moenibus urbis Romae, Italiae intra tricesimum diem excederent. P. Licinio deinde consuli, cui Macedonia provincia obvenerat, denuntiatum, ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum. C. Lucretius praetor, cui classis provincia erat, cum quadraginta quinqueremibus ab urbe profectus: nam ex relictis navibus alias in alium usum retineri ad urbem placuit. Praemissus a praetore est frater Lucretius cum quinquereme una: iussusque, ab sociis ex foedere acceptis navibus, ad Cephalleniam classi occurrere. ab Rheginis triremi una, ab Locris duabus, ab Uritibus quatuor, praeter oram Italiae supervectus Calabriae extremum promontorium in Ionio mari, Dyrhachium trajicit. Ibi decem ipsorum Dyrhachinorum, duodecim Issaeorum, quinquaginta quatuor Gentii regis lembos nactus, simulans se credere, eos in usum Romanorum comparatos esse, omnibus abductis, die tertio Corcyram, inde protinus in Cephalleniam trajicit. C. Lucretius praetor ab Neapoli profectus, superato freto, die quinto in Cephalleniam transmisit. Ibi stetit classis, simul opperiens, ut terrestres copiae trajicerentur, simul, ut onerariae, ex agmine suo per altum dissipatae, consequerentur.

XLIX. Per hos forte dies P. Licinius consul, votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac maiestate geritur: praecipue tamen convertit oculos animosque, cum ad magnum nobilemque, aut virtute aut fortuna, hostem, euntem consulem prosequuntur. Contrahit enim non officii modo cura, sed etiam studium spectaculi, ut videant duces suos, cujus imperio consilioque summam rempublicam tuendam permiserunt. Subit deinde cogitatio animum, qui belli casus, quam incertus fortunae eventus, communisque Mars belli sit: adversa, secunda,

secunda, quaeque inscitia et temeritate ducum clades saepe acciderint; quae contra bona prudentia et virtus attulerit. Quem scire mortalium, utrius mentis, utrius fortunae consulem ad bellum mittant? triumphantemne mox cum exercitu victore scandentem Capitolium ad eosdem Deos, a quibus proficiscatur, visuri; an hostibus eam praebituri laetitiam sint? Perse autem regi, adversus quem ibatur, famam et bello clara Macedonum gens, et Philippus pater, inter multa prospere gesta Romano etiam nobilitatus bello, praebebat; tum ipsius Persei nunquam, ex quo regnum accepisset, desitum belli exspectatione celebrari nomen, cum his cogitationibus omnium ordinum homines proficiscentem consulem profecuti sunt. Duo consulares tribuni militum cum eo missi, C. Claudius, Q. Mucius; et tres illustres juvenes, P. Lentulus, et duo Manlii Acidini. alter M. Manlii, alter L. Manlii filius erat. Cum iis consul Brundisium ad exercitum, atque inde, cum omnibus copiis transvectus, ad Nymphaeum in Apolloniati agro posuit castra.

L. Paucos ante dies Perseus, postquam legati, ab Roma regressi, praeciderant spem pacis, consilium habuit. Hic aliquamdiu diversis sententiis certatum est. Erant, quibus vel stipendium pedendum, si injungeretur, vel agri parte cedendum, si mulcarent; quidquid denique aliud pacis causa patiendum esset, non recusandum videretur, nec committendum, ut in aleam tanti casus se regnumque daret. *Si possessio haud ambigua regni maneret, multa diem tempusque afferre posse, quibus non omnia modo recuperare, sed vitandus ulro iis esse, quos suae timeret, posset.* Ceterum multo major pars ferocioris sententiae erat: *Quidquid cessisset, cum eo simul regno propius cedendum esse,* affirmabant. Neque enim Romanos pecunia aut agro egere: sed hoc scire, cum omnia humana, tum maxima quaeque et regna et imperia sub casibus multis esse. Carthaginensium opes fregisse esse, et cervicibus eorum praepotentem finitimum regem impussisse: Antiochum progeniemque ejus ultra juga Tauri remotum. Unum esse Macedoniae regnum, et regione propinquum, et quod, sicubi populo Romano sua fortuna

*labet, antiquos animos regibus suis videatur posse facere. Dum integrae res ** apud animum suum Persa debere, utrum, singula concedendo, nudatus ad extremum opibus extorrisque regno, Sumoethraciam aliamque quam insulam petere ab Romanis, ubi privatus superstes regno suo in consenta atque inopia consenscat, malis: an, armatus vindex fortunae dignitatisque suae, ita ut viro forti dignum sit, patiarur, quodcumque casus belli tulerit; aut victor liberet orbem terrarum ab imperio Romano. Non esse admirabilius Romanos Graecia pelli, quam Hannibalem Italia pulsam esse. neque, Hercule, videre, qui conveniat, fratri, affectanti per injuriam regnum, summa vi restituisse; alienigenis bene parvo eo cedere. Postremo ita bello et pace quaeri, ut inter omnes conveniat, nec surpius quidquam esse, quam sine certamine cessisse regno: nec praeclarius quidquam, quam pro dignitate ac maiestate omnem fortunam expertum esse.*

LI. Pellae, in vetere regia Macedonum, hoc consilium erat. Geramus ergo, inquit, Diis bene juvenibus quando ita videtur, bellum: literisque circa praefectos dimissis, Citium (Macedoniae oppidum est) copias omnes contrahit. ipse centum hostiis sacrificio regaliter Minervae, quam vocant Alcidem, confecto, cum purpuratorum et satellitum manu profectus Citium est. eo jam omnes Macedonum externorumque auxiliorum conveniant copiae. Castra ante urbem ponit, omnesque armatos in campo struxit. Summa omnium quadraginta millia armata fuere: quorum pars ferme dimidia phalangitae erant. Hippias Berpaeus praeerat. Delecta deinde et viribus et robore aetatis, ex omni cetratorum numero, duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant. Praefectos habebant Leonatum et Thrasippum Eulyestas. Ceterorum cetratorum, trium ferme millium hominum, dux erat Antiphilus Edessaeus. Pacones, et ex Parorea et Parstrymonia (sunt autem ea loca subjecta Thraciae) et Agrianes, admixtis etiam Thracibus incolis, trium millium ferme et ipsi expleverunt numerum. Armaverat contraxeratque eos Didas Paeon, qui adolescentem Demetrium occiderat. Et armatorum duo millia Gallorum

erant.

erant, praefecto Asolepiodoto. Ab Heraclea ex Sintiis tria millia Thracum liberorum suum ducem habebant, Cretensium par paene numerus suos duces sequebatur: Sulum Phalarneum et Syllum Gnostium. Et Leonides Lacedaemonius quingentis ex Graecia, mixto generi hominum, praeserat. Regiis generis ferebatur; exsul, damnatus frequenti concilio Achaeorum, literis ad Persea depressis. Aetolorum et Boeotorum, qui non explebant plus quam quingentorum omnes numerum, Lyco Achaeus praefectus erat. Es his mixtis tot populorum, tot gentium auxiliis, duodecim millia armatorum ferme efficiebantur. Equitum ex tota Macedonia contraxerat tria millia: Venerat eodem Cotys, Seuthae filius, rex gentis Odryfarum, cum mille delectis equitibus, pari ferme peditum numero. Summa totius exercitus triginta novem millia peditum erant, quatuor equitum. Satis constabat, secundum eum exercitum, quem Magnus Alexander in Asiam trajecit, nunquam ullius Macedonum regis copias tantas fuisse.

LII. Sextus et vicesimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat: per id omne tempus quies Macedonia et progeniem ediderat, cujus magna pars matura militiae esset, et levibus bellis Thracum accolarum, quae exercerent magis, quam fatigaret, sub assidua tamen militia fuerat: et diu meditatam Philippo primo, deinde et Persi, Romanum bellum, omnia ut instructa parataque essent, effecerat. Mota parumper acies, (non iusto decursu tamen) ne stetisse tantum in armis viderentur: armatosque, sicut erant, ad concionem vocavit. Ipse constitit in tribunali, circa se habens filios duos: quorum major Philippus, natura frater, adoptione filius; minor, quem Alexandrum vocabant, naturalis erat. Cohortatus est milites ad bellum: injuriam populi Romani in patrem seque commemoravit: *Illum, omnibus insignitibus compulsam ad rebelandum, inter apparatus belli furo oppressum: ad se simul legatos, simul milites ad occupandas Graeciae urbes missos. Fallaci deinde colloquio per speciem reconciliandae pacis extractam hie-*mem, ut tempus ad comparandum haberent. Consulens

nunc venire cum duabus legionibus Romanis, quae ** trecentos equites habeant, et pari ferme numero faciorum pedum equitumque. Eo ut accedant regum auxilia Eumenis et Masinissae, non plus septem milia pedum, duo equitum futura. Auditis hostium copiis, respicerent suum ipsi exercitum; quantum numero, quantum genere militum praestarent tironibus, raptim ad id bellum conscriptis, ipsi a pueris eruditi artibus militiae, tot subacti atque durati bellis. Auxilia Romanis Lydos, et Phrygas, et Numidas esse: sibi Thracas, Gallosque, ferocissimas gentium. Arma illos habere ea, quae sibi quisque paraverit pauper miles: Macedonas promta ex regia apparatu, per tot annos patris sui cura et impensa facta. Commeatum illis cum procul, tum omnibus sub cubitus paritibus fore: se ex pecuniam et frumentum, praeter reditus metallorum, in decem annos seposuisse. Omnia, quae Deorum indulgentia, quae regia cura praeparanda fuerant, plena cumulataque habere Macedonas, animum habendum esse, quem habuerint majores eorum; qui, Europa omni domita, transgressi in Asiam, incognitum famae aperuerint armis orbem terrarum: nec ante vincere desierint, quam Rubro mari inclusis, quod vincerent, defuerit. At, Hercule, nunc non de ultimis Indiae oris, sed de ipsius Macedoniae possessione certamen fortunam indixisse. Cum patre suo gerentes bellum Romanos speciosum Graeciae liberandae tulisse titulum, nunc propalam Macedoniam in servitutem petere, ne rex vicinus imperia sit Romano, ne gens bello nobilis arma habeat. Haec enim tradenda superbis dominis esse cum rege regnoque, si assistere bello, et facere imperata velint.

LIII. Cum per omnem orationem satis frequentem assensu succlamatum esset; tum vero ea vociferatio, simul indignantium minitantiumque, partim iubentium bonum animum habere regem, exorta est, ut finem dicendi faceret. tantum iussis ad iter parare, (jam enim dici, movere castra ab Nymphaeo Romanos) concione dimissa, ad audiendas legationes civitatum Macedoniae se contulit. venerant autem ad pecunias, pro facultatibus quaeque suis, et frumentum pollicendum ad bellum.

Quai-

Omnibus gratiae actae, remissum omnibus; satis regio apparatus ad ea dictum sufficere: vehicula tantum imperata, ut tormenta, telorumque missilium ingentem vim praeparatam, bellieumque aliud instrumentum veherent. Profectus inde toto exercitu, Eordaeam petens, ad Beggortem, quem vocant, lacum positus castris, postero die in Elimeam ad Haliacmona fluvium processit. Deinde saltu angusto superatis montibus, quos Cambunios vocant, descendit ad (Tripolim vocant) Azorum, Pythium, et Dolichen incolentes. Haec tria oppida paulisper cunctata, quia obsides Larissaeis dederant, victa tamen praesenti metu, in dditionem concesserunt. Benigne his appellatis, haud dubius Perrhaebos quoque idem facturos, urbem, nihil cunctatis, qui incolebant, primo adventu recipit. Cyretias oppugnare coactus, primo etiam die acri concursu ad portas armatorum est repulsus: postero die omnibus copiis adortus, in dditionem omnes ante noctem accepit.

LIV. Mylae, proximum oppidum; ita munitum, ut inexsuperabilis munimenti spes incolae ferociores faceret, non portas claudere regi satis habuerunt, sed propria quoque in ipsum Macedonasque procacibus jaculati sunt: quae res, cum infestiorum hostem ad oppugnandum fecisset, ipsos desperatione veniae ad tuendos sese acrius accendit. Itaque per triduum ingentibus utrinque animis et oppugnatae sunt, et defensae. Multitudo Macedonum ab subeundum invicem proelium haud difficulter succedebat: oppidanos, diem, noctem eosdem tuentes moenia, non vulnera modo, sed etiam vigiliae et continens labor conficiebat. quarto die cum et scalae undique ad muros erigerentur, et porta vi majore oppugnaretur; oppidani depulsi inuris ad portam tuendam concurrunt, eruptionemque repentinam in hostes faciunt, quae cum irae magis inconsultae, quam verae fiduciae vim esset, pauci et fessi ab integris pulsi terga dederunt; fugientesque per patentem portam hostes acceperunt. Ita capta urbs ac direpta est. libera quoque corpora, quae caedibus superfuerunt, venundata. Diruta magna ex parte et incenso oppido profectus, ad Phalannam castra movit.

movit: inde postero die Gyrtone[m] pervenit. Quo cum T. Minucium Rufum et Hippiam, Thessalorum praetorem, cum praesidio intrasse accepisset, ne tentata quidem oppugnatione, praetergressus, Elatiam et Gonnum, percussis inopinato adventu oppidanis, recepit. Utraque oppida in faucibus sunt, quae Tempe adeunt; magis Gonnum. itaque et firmiore id praesidio tutum equitum peditumque, ad hoc fossa triplici ac vallo munitum, reliquit. Ipse, ad Sycurium progressus, opperiri ibi hostium adventum statuit: simul et frumentari passim exercitum jubet in subjecto hostium agro, namque Sycurium est sub radicibus Ossa[e] montis, qua in meridiem vergit, subjectos habet Thessaliae campos: ab tergo Macedoniam atque Magnesium. Ad has opportunitates accedit summa salubritas et copia, pluribus circumjectis fontibus, perennium aquarum.

LV. Consul Romanus, per eosdem dies Thessaliam cum exercitu petens, iter expeditum primo per Epirum habuit: deinde, postquam in Athamaniam est transgressus, asperi ac prope invii soli, cum ingenti difficultate parvis itineribus aegre Gomphos pervenit: cui si, veratis hominibus equisque, tironem exercitum ducenti acie instructa et loco suo et tempore obsitisset rex, ne Romani quidem abnuunt, magna sua cum clade fuisse pugnuros. Postquam Gomphos sine certamine ventum est, praeter gaudium periculosi saltus superati, contemptus quoque hostium, adeo ignorantium opportunitates fuit, accessit. Sacrificio rite perfecto, consul, et frumento dato militibus, paucos ad requiem jumentorum hominumque moratus dies, cum audiret vagari Macedonas effusos per Thessaliam, vastarique sociorum agros, satis jam refectum militem ad Larissam ducit. Inde, cum tria millia ferme abesset a Tripoli, (Sceam vocant) super Peneum amnem posuit castra. Per idem tempus Eumenes ad Chalcidem navibus accessit cum Attalo atque Athenaeo fratribus, Philetaero fratre relicto Pergami ad tutelam regni. inde cum Attalo et quatuor millibus peditum, mille equitum, ad consulem venit. Chalcide relicta duo millia peditum, quibus Athenaeus praepositus. Et alia eodem.

eodem auxilia Romanis ex omnibus undique Graeciae populis convenerunt, quorum pleraque (adeo parva erant) in oblivionem adducta. Apolloniatae trecentos equites, centum pedites miserunt. Aetolorum alae unius instar, quantum in tota gente equitum erat, venerant: et Thesalorum omnis equitatus separatus erat. non plus quam trecenti erant equites in castris Romanis. Aethioli juvenutis suae, Cretico maxime armatu, ad mille dederunt.

LVI. Sub idem tempus et C. Lucretius praetor, qui navibus praeerat ad Cephalleniam, M. Lucretio fratre cum classe super Maleam Chalcidem jussu petere, ipse triremem conscendit, sinum Corinthium petens ad praecoccupandas in Baeotia res. tardior ei navigatio propter infirmitatem corporis fuit. M. Lucretius, Chalcidem adveniens, cum a P. Lentulo Haliartum oppugnari audisset, nuntium, praetoris verbis, qui abscedere eum inde juberet, misit. Boeotorum juvenute, quae pars cum Romanis stabat, eam rem aggressus legatus, a moenibus abcessit. Haec soluta obsidio locum alteri novae obsidioni dedit. namque extemplo M. Lucretius cum exercitu navali, decem millibus armatorum, ad hoc duobus millibus regionum, qui sub Athaenaeo erant, Haliartum circumfedit: parantibusque jam oppugnare, supervenit a Creusa praetor. Ad idem fere tempus et ab sociis naves Chalcidem convenerunt: duae Punicae quinqueremes, duae ab Heraclea ex Ponto triremes, quatuor Chalcedone, totidem Samo, tum quinque Rhodiae quadriemes. Praetor, quia nusquam erat maritimum bellum, remisit sociis. et Q. Marcius Chalcidem navibus venit, Alope capta, Larissa, quae Cremaste dicitur, oppugnata. Cum hic status in Boeotia esset, Perseus, cum ad Sycurium (sicut ante dictum est) stativa haberet, frumento undique circa ex agris convecto, ad vastandum agrum Pheraeorum misit: ratus ad juvandas sociorum urbes longius ab castris abstractos deprehendi Romanos posse. Quos cum eo tumultu nihil motos animadvertisset, praedam quidem, praeterquam hominum, (pecora autem maxime omnis generis fuere) divisit ad epulandum militibus.

LVII. Sub idem deinde tempus consilium et consul et rex habuerunt, unde bellum ordirentur. Regis creverunt animi vastatione concessa sibi ab hoste Pheraei agri. itaque eundem inde ad castra, nec dandum ultra spatium cunotandi, censebat. Et Romani censebant, cunctationem suam infamem apud socios esse, maximopere indigne ferentes, non latam Pheraeis opem. Consultantibus, quid agerent, (aderant autem Eumenes et Attalus in consilio) trepidus nuntius affert, hostem magno agmine adesse. Consilio dimisso, signum extemplo datur, ut arma capiant. Interim placet, ex regis auxiliis centum equites et parem numerum jaculatorum peditum exire. Perseus hora, ferme diei quarta, cum paulo plus mille passus abesset a castris Romanis, consistere signa peditum iussit. praegressus ipse cum equitibus ac levi armatura, et Cotys cum eo ducesque aliorum auxiliorum praecesserunt. Minus quingentos passus ab castris abierant, cum in conspectu fuere hostium equites: duae alae erant magna ex parte Gallorum, (Cassignatus praeerat) et levis armaturae centum fere et quinquaginta Myssi aut Cretenses. Constitit rex, incertus quantum esset hostium. Duas inde ex agmine turmas Thracum, duas Macedonum, cum binis Cretensum cohortibus et Thracum, misit. Proelium, cum pares numero essent, neque ab hac aut illa parte nova auxilia subvenirent, incerta victoria finitum est. Eumenis ferme triginta interfecti; inter quos Cassignatus dux Gallorum cecidit. et tunc quidem Perseus ad Sycurium copias reduxit. postera die circa eandem horam in eundem locum rex copias admovit, plaustris cum aqua sequentibus. nam duodecim millium passuum via omnis sine aqua, et plurimi pulveris erat: affectosque siti, si primo in conspectu dimicassent, pugnatos fuisse apparebat. Cum Romani quiescent, stationibus etiam intra vallum reductis, regii quoque in castra redeunt. Hoc per aliquot dies fecerunt, sperantes fore, ut Romani equites abeuntium novissimum agmen aggrederentur. inde certamine orto, cum longius a castris eos elicuisissent, facile, ubiubi essent, se, qui equitatu et levi armatura plus possent, converfuros acriorem.

LVIII. Postquam inceptum non succedebat, castra propius hostem movit rex, et a quinque millibus passuum communiit. inde, luce prima in eodem, quo solebat, loco peditum acie instructa, equitatum omnem levemque armaturam ad castra hostium ducit. Visus et plurium et propior solito pulvis trepidationem in castris Romanis fecit. Et primo vix creditum nuntianti est, quia prioribus continuis diebus nunquam ante horam quartam hostis apparuerat. tum solis ortus erat. Deinde ut plurium clamore et cursu a portis dubitatio exorta est, tumultus ingens oboritur. tribuni, praefectique, et centuriones in praetorium; miles ad sua quisque tentoria discurrit. Minus quingentos passus a vallo instruxerat Perseus suos circa tumultum, quem Callicinum vocant. Laevo cornu Cotys rex praeerat cum omnibus suae gentis: equitum ordines levis armatura interposita distinguebat. In dextro cornu Macedones erant equites: intermixti turmis eorum Cretenfes. Huic armaturae Milo Beroeaeus, equitibus et summae partis ejus Meno Antigonenfis praeerat. Proximi cornibus constiterant regii equites, et mixtum genus, delecta plurium gentium auxilia: Patrocles Antigonenfis hic et Paeoniae praefectus Didas erant praepositi. Medius omnium rex erat. circa eum agema, quod vocant, equitumque sacrae alae. Antea statuit funditores jaculatoresque: quadringentorum manus utraque numerum expleverat. Ionem Thessalonicensem et Timanora Dolopem iis praefecit. sic regii constiterant. Consul, intra vallum pedum acie instructa, et ipse equitatum omnem cum levi armatura misit. pro vallo instructi sunt. Dextro cornu praepositus C. Licinius Crassus, consulis frater, cum omni Italico equitatu, velut intermixtis: sinistro M. Valerius Laevinus sociorum ex Graecis populis equites habebat, ejusdem gentis levem armaturam. Mediam autem aciem cum delectis equitibus extraordinariis tenebat Q. Mucius. ducenti equites Galli ante signa horum instructi, et de auxiliis Eumenis Cyrtiorum gentis trecenti. Thessali quadringenti equites parvo intervallo super laevum cornu locati. Eumenes rex Attalusque cum omni manu sua ab tergo inter postremam aciem ac vallum steterunt.

LIX. In hunc modum maxime instructae acies, par ferme utrinque numerus equitum ac levis armaturae, concurrunt, a fonditoribus jaculatoribusque, qui praecesserunt, proelio orto. Primi omnium Thraces, haud lecos quam diu claustris retentae ferae, concitati cum ingenti clamore in dextrum cornu, Italicos equites, incurrerunt; ut usu belli et ingenio impavida gens turbaretur. gladiis hastas petere pedites, nunc succidere crura equis, nunc illa suffodere. Perseus, in mediam invectus aciem, Graecos primo impetu avertit: quibus cum gravis ab tergo instaret hostis, Thessalorum equitatus, qui a laevo cornu brevi spatio disjunctus in subsidiis fuerat extra concursum, primo spectator certaminis, deinde, inclinata re, maximo usui fuit. Cedentes enim sensim integris ordinibus, postquam se Eumenis auxiliis adjunxerunt, et cum eo tutum inter ordines suos receptum sociis fuga dissipatis dabant, et, cum minus conferti hostes instarent, progredi etiam ausi, multos fugientium obvios exceperunt. Nec regii, sparsi jam ipsi passim sequendo, cum ordinatis et certo incedentibus gradu manus conferere audebant. Cum, victor equestri proelio rex parvo momento si adjuvisset, debellatum esset; opportune adhortanti supervenit phalanx, quam sua sponte, ne audaci coepit deessent, Hippias et Leonatus raptim adduxerant, postquam prospere pugnasse equitem acceperunt. Fluctuante rege inter spem metumque tantae rei conandae, Cretonsis Evander, quo ministro Delphis ad insidias Eumenis regis usus erat, postquam agmen impeditum venientium sub signis vidit, ad regem accurrit, et monere institit, *ne elatus felicitate summam rerum temere in non necessariam aleam daret. Si contentus bene re gesta quiesceret eo die, vel pacis honestae conditionem habiturum, vel plurimos belli socios, qui fortunam sequerentur, si bellare mallet. In hoc consilium pronior erat animus regis. Itaque, collaudato Evandro, signa referri, peditumque agmen redire in castra jubet; equitibus receptui canere.*

LX. Cecidere eo die ab Romanis ducenti equites, duo millia, haud minus, peditum; capti ferme ducenti equites. ex regii autem viginti equites, quadraginta pedites

pedites interfecti. Postquam rediere in castra victores, omnes quidem laeti, ante alios Thracum insolens laetitia eminebat: cum cantu enim superfixa capita hostium portantes redierunt. Apud Romanos non moestitia tantum ex male gesta re, sed pavor etiam erat, ne extemplo castra hostiſ aggrederetur. Eumenes suadere, ut trans Penonem transferret castra; ut pro munimento amnem haberet, dum perculli milites animos colligerent. Consul moveri flagitio timoris fatendi: victus tamen ratione, silentio noctis transductis copiis, castra in ulteriore ripa communit. Rex, postero die ad laceſſendos proelio hostes progressus, postquam trans amnem in tuto posita castra animadvertit, fatebatur quidem peccatum, quod pridie non institisset victis; sed aliquanto majorem culpam esse, quod nocte foret cessatum. nam, ut neminem alium suorum moveret, levi armatura immissa, trepidantium in transitu fluminis hostium deiſ magna ex parte copias potuisse. Romanis quidem praesens pavor deſtus erat, in tuto castra habentibus: damnum inter cetera praecipue fama movebat. et in consilio apud consulam pro se quisque in Aetolos conferebant causam; *ab iſ fugae terrorisque principium ortum. secutos pavorem Aetolorum et ceteros socios Graecorum populorum.* Quinque principes Aetolorum primi terga vertentes conspecti dicebantur. Theſſali pro concione laudati, ducesque eorum etiam virtutis causa donati.

LXI. Ad regem spolia caesorum hostium referebantur. dona ex his, aliis arma insignia, aliis equos, quibusdam captivos dono dabat. scuta erant supra mille quingenta; loricae thoracesque mille amplius summam explebant, gallearum gladiatorumque et missilium omnis generis major aliquanto numerus. Haec, per se ampla, pleraque multiplicata verbis regis, quae ad concionem vocato exercitu habuit. *Praejudicatum eventum belli habetis. Meliorem partem hostium, equitatum Romanum, quo invictos se esse gloriabantur, fudiſtis. Equites enim illis principes juvenentis, equites seminarium senatus: inde lectos in Patrum numerum consules, inde imperatores creant. horum spolia paulo ante divisimus inter vos. Nec minorem*

de legionibus peditum victoriam habetis. quae, nocturna fuga vobis substractae, naufragorum trepidatione passim natantium flumen compleverunt. Sed facilius nobis sequentibus victos, Peneum superare erit, quam illis trepidantibus suis; transgressisque extemplo castra oppugnabimus, quae hodie cepissemus, ni fugissent. Atque, si acie decernere volent, eundem pugnae pedestris eventum expectate, qui equitum in certamine fuerit. Et qui vicebant alacres, spolia caelorum hostium humeris gerentes, ante ora sua audivere, ex eo, quod acciderat, spem futuri praecipientes: et pedites, aliena gloria accensi, praecipue qui Macedonum phalangis erant, sibi quoque et navandae rei operae, et similem gloriam ex hoste parendi, occasione optabant. Concione dimissa, postero die profectus inde ad Mopsium posuit castra. tumulus hic inter Tempe et Larissam medius est.

LXII. Romani, non abscedentes ab ripa Penei, translulerunt in locum tutiorem castra. Eo Misagenes Numida venit cum mille equitibus, pari peditum numero, ad hoc elephantis duobus et viginti. Per eos dies consilium habenti regi de summa, cum jam confedisset ferocia ab re bene gesta, ausi sunt quidam amicorum consilium dare, ut secunda fortuna in conditione honestae pacis uteretur potius, quam, spe vana evectus, in casum irrevocabilem se daret. Modum imponere secundis rebus, nec nimis credere serenitati praesentis fortunae, prudentis hominis et merito felicitis esse. Mitteret ad consulem, qui foedus in easdem leges renovarent, quibus Philippus pepererat pacem a T. Quincio victore accepisset. Neque finiri bellum magnificentius, quam a tam memorabili pugna; neque spem firmiorem pacis perpetuae dari, quam quae percussos adverso proelio Romanos molliores factura sit ad paciscendum. Quod si Romani tum quoque insita pertinacia aequa aspernarentur, Deos hominesque et moderationis Persei, et illorum pervicacis superbiae, futuros testes. Nunquam ab talibus consiliis abhorrebat regis animus. itaque plurimum assensu comprobata est sententia. Legati, ad consulem missi, adhibito frequenti consilio, auditi sunt. Pacem petere, vectigal, quantum Phi-

lippus

lippus paxtur esset, darurum Persea Romanis pollicentes urbibus, agris, locisque, quibus Philippus cessisset, cessurum primum. haec legati. Submotis his, cum consultarent, Romana constantia vicit in consilio. Ita tum mos erat, in adversis vultum secundae fortunae gerere, moderari animos in secundis. Responderi placuit: *Ita pacem dari, si de summa rerum liberum senatus permiserat rex de se deque universa Macedonia statuendi jus.* Haec cum renuntiassent legati, miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum esse; et plerique vetare, amplius mentionem pacis facere. ultro mox quaesituros, quod oblatum fastidiant. Perseus hanc ipsam superbiam, quippe ex fiducia virium esse, timere: et, summam pecuniae augens, si pretio pacem emere posset, non destitit animum consulis tentare. Postquam nihil ex eo, quod primo responderat, mutabat, desperata pace, ad Sycurium, unde profectus erat, rediit, belli casum de integro tentaturus.

LXIII. Fama equestris pugnae, vulgata per Graeciam, nudavit voluntates hominum. non enim solum, qui partis Macedonum erant, sed plerique, ingentibus Romanorum obligati beneficiis, quidam vim superbiamque experti, laeti eam famam accepere: non ob aliam causam, quam pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur deteriori atque infirmiori favendo. Eodem tempore in Boeotia summa vi Haliartum Lucretius praetor oppugnavat: et, quanquam nec habebant externa auxilia obsessi, praeter Coroneorum juniores, qui prima obsidione moenia intraverant, neque sperabant, tamen ipsi animis magis, quam viribus, resistebant. nam et eruptiones in opera crebro faciebant: et arietem admotum, libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant: et, si qua declinarent, qui agebant, ictum, pro diruto muro novum tumultuario opere, raptim ex ipsa ruinae strage congestis saxis, extruebant. Cum operibus oppugnationis lentior esset, scalas per manipulos dividi praetor iussit, ut corona undique moenia aggressurus; eo magis suffecturam ad id multitudinem ratus, quod, qua parte palus urbem cingit, nec attingebat oppugnari, nec poterat.

poterat. Ipse ab ea parte, qua duae turres, quodque inter eas muri prorutum fuerat, duo millia militum delectorum admovit; ut eodem tempore, quo ipse transcendere ruinas conaretur, concursu adversus se oppidanorum facto, scalis vacua defensoribus moenia capi parte aliqua possent. Haud segniter oppidani vim ejus arcere parant. nam super stratam ruinis locum, fascibus aridis sarmentorum injectis, stantes cum ardentibus facibus accensuros ea se saepe minabantur, ut, incendio intersepti ab hoste, spatium ad objiciendum interiorem murum haberent. Quod inceptum eorum fors impediit. nam tantus repente effusus est imber, ut nec accendi facile pateretur, et exstingueret accensa. Itaque et transitus per distracta fumantia virgulta patuit; et, in unius loci praesidium omnibus versis, moenia quoque pluribus simul partibus scalis capiuntur. In primo tumultu captae urbis seniores impubesque, quos casus obvios obtulit, passim caeli: armati in arcem confugerunt: et postero die, cum spei nihil superesset, deditione facta, sub corona venerunt. Fuerunt autem duo millia ferme et quingenti: ornamenta urbis, statuae et tabulae pictae, et quidquid pretiosae praedae fuit, ad naves delatam: urbs diruta a fundamentis. Inde Thebas ductus exercitus: quibus sine certamine receptis, urbem tradidit exsulibus, et qui Romanorum partis erant: adversae factionis hominum, factorumque regis ac Macedonum familias sub corona vendidit. his gestis in Boeotia, ad mare ac naves rediit.

LXIV. Cum haec in Boeotia gererentur, Perseus ad Scyrium stativa dierum aliquot habuit. Ubi cum audisset, raptim Romanos circa ex agris demessum frumentum convehere, deinde ante sua quemque tentoria spicas fascibus defecantem; quo purius frumentum tereret, ingentes acervos per tota castra stramentorum fecisse: ratus incendio opportuna esse, faces, taedamque, et malleolos stuppae illitos pice parari jubet: atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggressus falleret. Nequidquam. primae stationes opprellae tumultu ac terrore suo ceteros exciverunt: signumque datum est arma extemplo capiendi; simulque in vallo, ad portas, miles instructus erat.

erat, et intentus propugnationi castrorum. Perseus ex extemplo circumegit aciem, et prima impedimenta ire. deinde peditum signa ferri iussit. ipse cum equitatu et levi armatura substitit ad agmen cogendum, ratus, id quod accidit, infecuturos ad extrema ab tergo carpenda hostes. Breve certamen levis armaturae maxime cum procurfatoribus fuit. equites peditesque sine tumultu in castra redierunt. Demessis circa segetibus, Romani ad Cranonium intactum agrum castra movent. Ibi cum securi, et propter castrorum longinquitatem, et viae inopis aquarum difficultatem, quae inter Sycurium et Cranonia est, stativa haberent; repente prima luce in imminentibus tumulis equitatus regius cum levi armatura visus ingentem tumultum fecit. Pridie per meridiem profecti ab Sycurio erant: peditum agmen sub lucem reliquerant in proxima planitie. Stetit paulisper in tumulis, elici posse ratus ad equestre certamen Romanos: qui postquam nihil movebant, equitem mittit, qui pedites referre ad Sycurium signa iuberet; ipse mox infecutus. Romani equites, modico intervallo sequentes, si ubi sparsos ac dissipatos invadere possent, postquam confertos abire, signa atque ordines servantes, viderunt, et ipsi in castra redeunt.

LXV. Inde, offensus longinquitate itineris, rex ad Mopsium castra movit; et Romani, demessis Cranonius segetibus, in Phalannaeeum agrum transeunt. Ibi cum ex transfuga cognosset rex, sine ullo armato praesidio passim vagantes per agros Romanos metere, cum mille equitibus, duobus milibus Thracum et Cretensium profectus, cum, quantum accelerare poterat, effuso agmine issent, improvise aggressus est Romanos. iuncta vehicula, pleraque onusta, mille admodum capiuntur, sexcenti ferme homines. Praedam custodiendam ducendamque in castra trecentis Cretensium dedit. ipse, revocato ab effusa caede equite et reliquis peditum, ducit ad proximum praesidium, ratus haud magno certamine opprimi posse. L. Pompejus tribunus militum praecerat, qui percautos milites repentino hostium adventu in propinquum tumultum recepit, loci se praesidio, quia numero et vi-

catum agrum, qui paulo ante ingenti tumultu arserat, peragravit. Haec lenitas praetoris, qua sine sanguine ferocissimam gentem domuerat, eo gratior plebi Patribusque fuit, quo crudelius avariusque in Graecia bellatum, et ab consule Licinio et ab Lucretio praetore, erat. Lucretium tribuni plebis absentem concionibus assiduis lacerabant, cum reipublicae causa abesse excusaretur: sed tum adeo vicina etiam inexplorata erant, ut is eo tempore in agro suo Antiati esset, aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinae duceret. Id opus centum triginta milibus aeris locasse dicitur. tabulis quoque pictis ex praeda fanum Aesculapii exornavit. Invidiam infuniamque ab Lucretio averterunt in Hortensium successorem ejus Abderitae legati, stantes ante curiam, querentesque, *oppidum suum ab Hortensio expugnatum a direptum esse. Causam excidii fuisse urbi, quod, cum centum millia denarium et tritici quinquaginta milia modium imperaret, spatium perierunt, quo de ea non ad Hostilium consulem et Romanam mitterent legatos. Vidam ad consulem se pervenisse, et audisse oppidum expugnatum, principes securi percussos, sub corona ceteros vixisse.* Indigna senatui visa: decreveruntque eadem de Abderitis, quae de Coronaeis decreverant priore anno; eademque pro concione edicere Q. Maenium praetorem iusserunt. Et legati duo, C. Sempronius Blaesus, Sex. Julius Caesar, ad restituendos in libertatem Abderitas missi. Iisdem mandatum, ut et Hostilio consuli et Hortensio praetori nuntiarent, senatum, Abderitis injustum bellum illatum, conquirique omnes, qui in servitute sint, et restitui in libertatem, aequum censere.

V. Eodem tempore de C. Cassio, qui consul priore anno fuerat, tum tribunus militum in Macedonia cum A. Hostilio erat, querelae ad senatum delatae sunt, et legati regis Gallorum Cincibili venerunt. Frater ejus verba in senatu fecit, questus, Alpinorum populorum agros sociorum suorum depopulatum C. Cassium esse, et inde multa millia hominum in servitatem abripuisse. Sub id tempus Carnorum Istrorumque et Japydum legati venerunt: *Duces sibi ab consule Cassio primum imperatos, qui*

misit. qua et serius, quam res postulabat, et raptim acta, turbati cursu adversus instructos et praeparatos erant adventuri. Consul anteveniens extemplo proelium conseruit. Primo resistere Macedones; deinde, ut nulla re pares erant, amissis trecentis peditibus, viginti quatuor primoribus equitum ex ala, quam Sacram vocant, inter quos Antimachus etiam praefectus alae cecidit, abire conantur. Ceterum iter prope ipso proelio tumultuosius fuit. Phalanx, abs trepido nuntio accita, cum raptim duceretur, primo in angustiis captivorum agmini oblata vehiculisque frumento onustis: iis caesis, regens ibi vexationis partis utriusque fuit, nullo expectante, utcumque explicaretur agmen, sed armatis detrudentibus per praecipos impedimenta, (neque enim aliter via aperiri poterat) jumentis, cum simularentur, in turba laeventibus. Vix ab incondito agmine captivorum expedierant sese, cum regio agmini percussisque equitibus occurrunt. Ibi vero clamor jubentium referre signa ruinae quoque prope similem trepidationem fecit: ut, si hostes, introire angustias auli, longius insecuti essent, magna clades accipi poterat. Consul, recepto ex tumulo praesidio, contentus medico successu, in castra copias reduxit. Sunt, qui eodem die magno proelio pugnatum auctores sint. octo millia hostium caesa, in his Sopatrum et Antipatrum regios duces: vivos captos circiter duo millia octingentos, signa militaria capta viginti septem. Nec incruentam victoriam fuisse: supra quatuor millia et trecentos de exercitu consulis cecidisse: signa sinistrae alae quinque amissa.

LXVII. Hic dies et Romanis refecit animos, et Persea perculit, ut, dies paucos ad Mopsium moratus, sepulturae maxime militum amissorum cura, praesidio satis valido ad Gonnum relicto, in Macedoniam reciperet copias. Timotheum quendam ex regis praefectis cum modica manu relinquit ad Philam, iussu Magnetas et propinquos tentare. Cum Pellam venisset, exercitu in hiberna dimisso, ipse cum Cotye Theffalonicam est profectus. Eo sana affertur, Atlesbim regulum Thracum, et Corragum Eumenis praefectum, in Cotyis fines impetum fecisse: et regionem, Marenen quam vocant, cepisse.

mo maximo, attulisse, et scuta equeſtria trecenta; ea, cui juſſiſſent, tradituros. Donum ut in Capitolio ponere, et ſacrificare liceret, petebant. Hoc Lampſaceni, octoginta pondo coronam aſſerentes, petebant, commemorantes, *Disceſſiſſe ſe a Perſeo, poſtquam Romanus exercitus in Macedoniam veniſſet, cum ſub ditione Perſei et ante Philippi fuiſſent. Pro eo, et quod imperatoribus Romanis omnia praestiſſent, id ſe tantum orare, ut in amicitiam populi Romani reciperentur: et, ſi pax cum Perſeo fieret, exciperentur, ne in regiam poſtſtatem reciperentur.* Ceteris legatis comiter reſponſum; Lampſacenos in ſociorum formulam referre Q. Maenius praetor juſſus. munera omnibus in ſingulos binum millium aeris data. Alabandenses ſcuta reportare ad A. Hoſtilium conſulem in Macedoniam juſſi. Et ex Africa legati ſimul Carthaginiensium, tritici decies centum millia et hordei quingenta indicantes ſe ad mare devecta habere, ut, quo ſenatus cenſuiſſet, deportarent. *Id munus officiumque ſuum ſcire minus eſſe, quam pro meritis populi Romani et voluntate ſua: ſed ſaepe alias, bonis in rebus utriusque populi, ſe gratorum fideliumque ſocium muneribus functos eſſe.* Item Maſiniſſae legati, tritici eandem ſummam polliciti, et mille et ducentos equites, duodecim elephantos: et, ſi quid aliud opus eſſet, uti imperaret ſenatus: aequè propenſo animo, ac quae ipſe ultro pollicitus ſit, praestaturum eſſe. Gratiae et Carthaginiensibus et regi actae; rogatique, ut ea, quae pollicerentur, ad Hoſtilium conſulem in Macedoniam deportarent. Legatis in ſingulos binum millium aeris munera miſſa.

VII. Cretenſium legatis, commemorantibus, ſe, quantum ſibi imperatum a P. Licinio conſule eſſet ſagittariorum, in Macedoniam miſiſſe, cum interrogati non inſitiarentur, *apud Perſea majorem numerum ſagittariorum, quam apud Romanos, militare,* reſponſum eſt: *Si Cretenſes bene ac gnæviter deſtinarent potiorem populi Romani, quam Regis Perſei, amicitiam habere, ſenatum quoque Romanum iis, tanquam certis ſociis, reſponſum daturum eſſe. Interea nuntiarent ſuis, placere ſenatus, dare operam Cretenſes, ut, quos milites intra praefidia*

regis

regis Persei habere, eos primo quoque tempore domum revocarent. Chalcidenses vocati; quorum legatio ipso introitu, ob id quod Mictio princeps eorum pedibus captus lectica est introlatus, ultimae necessitatis extemplo visa res: in qua ita affecto exculatio valetudinis, aut ne ipsi quidem petenda visa foret, aut data petenti non esset. Cum sibi nihil vivi reliquum, praeterquam linguam ad deplorandas patriae suae calamitates, praefatus esset, exposuit civitatis primum suae benefacta, et vetera, et ea, quae Persei bello praestitissent ducibus exercitibusque Romanis: tum quae primo C. Lucretius in populares suos praetor Romanus superbe, avare, crudeliter fecisset: deinde quae tum cum maxime L. Hortensius faceret. Quemadmodum omnia sibi, etiam iis, quae patiantur, tristiora, patienda esse ducant potius, quam se dedant Persei. *Quod ad Lucretium Hortensiumque attinet, scire, tutius fuisse claudere portas, quam in urbem eos accipere. Qui exclusissent eos, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Aenum, incolumae esse: apud se templa omnibus ornamentis complata; spoliataque sacrilegiis C. Lucretium navibus Anxiam devexisse, libera corpora in servitutum abrepta, fortunam sociorum populi Romani direptas esse, et quotidie diripi. Nam, ex instituto C. Lucretii, Hortensium quoque in tectis hieme pariter atque aestate navales socios habere, et domos suas plenas turba navica esse; versari inter se, conjuges, liberosque suos, quibus nihil neque dicere pensi, neque facere.*

VIII. Arcessere in senatum Lucretium placuit, ut disceptaret coram, purgaretque sese. Ceterum multa praefens audivit, quam in absentem jacta erant; et graviores potentioresque accessere accusatores duo tribuni plebis, M. Juventius Thalna et Cn. Aufidius. Ii non in senatu modo eum lacerarunt, sed in concionem etiam pertracto, multis objectis probris, diem dixerunt. Senatus jussu Chalcidensibus Q. Maenius praetor respondit: *Quae bene meritos sese, et ante, et in eo bello, quod geratur, de populo Romano dicant, ea et scire vera eos referre senatum, et, periinde ac debeant, grata esse.*
Quae

Quae facta a C. Lucretio, fierique ab A. Hortensio praetoribus Romanis querantur; ea neque facta, neque fieri volumusate senatus, quem non posse existimare? qui scias, bellum Persi, et ante Philippo patri ejus, intulisse populum Romanum pro libertate Graeciae: non ut ea a magistratibus sociis atque amicis paterentur. Literas se ad L. Hortensium praetorem daturus esse, quae Chalcidenses querantur acta, ea senatui non placere: si qui in servitutem liberi venissent, ut eos conquirendos primo quoque tempore, restituendosque in libertatem curaret: sociorum navalium neminem, praeter magistratos, in hospitia deduci aequum censere. Haec Hortensio jussu senatus scripta. Munera binum millium aeris legatis missa, et vehicula Mictioni publicae locata, quae eum Brundisium commode perveherent. C. Lucretium, ubi dies, quae dicta erat, venit, tribuni ad populum accularunt, multamque decies centum millium aeris dixerunt. Comitibus habitis, omnes quinque et triginta tribus eum condemnarunt.

IX. In Liguribus eo anno nihil memorabile gestum. nam nec hostes moverunt arma, neque consul in agrum eorum legiones induxit: et, satis explorata pace ejus anni, milites duarum legionum Romanarum intra dies sexaginta, quam in provinciam venit, dimisit. sociorum nominis Latini exercitu mature in hiberna Lunam et Pisas deducto, ipse cum equitibus Galliae provinciae pleraque oppida adiit. Nusquam alibi, quam in Macedonia, bellum erat: suspectum tamen et Gentium Illyriorum regem habebant. itaque et octo naves ornatas a Brundisio senatus censuit mittendas ad C. Furium legatum Iffam, qui cum praetidio duarum Iffensium navium insulae praerat. duo millia militum in eas naves sunt impolita, quae Q. Maenius praetor ex senatusconsulto in ea parte Italiae, quae objecta Illyrico est, conscripsit: et consul Hostilius Ap. Claudium in Illyricum cum quatuor millibus peditum militum, ut accolae Illyrici tutarentur, qui, non contentus iis, quas adduxerat, copiis, auxilia ab sociis corrogando, ad octo millia hominum vario genere armavit: peragrataque omni ea regione, ad Lychnidum Dassaretiorum confedit.

X. Haud procul inde Uscana oppidum finium plerumque Persei erat. decem millia civium habebat, et modicum, custodiae causa, Cretensium praesidium. Inde nuntii ad Claudium occulti veniebant: *Si propius copias admovisset, paratos fore, qui proderent urbem. Et operae praesidium esse, non se amicosque tantum, sed etiam milites praeda expleturum.* Spes cupiditati admota ita obcaecavit animum, ut nec ex iis, qui venerunt, quenquam retineret; nec obsides, pignus futuros furto et fraude agenda rei, polceret; nec inmitteret exploratum; nec fidem acciperet. die tantum statuta profectus a Lychnido, duodecim millia ab urbe, ad quam tendebat, posuit castra. Quarta inde vigilia signa movit, mille ferme ad praesidium castrorum relictis: incompoliti, longo agmine effusi, infrequentes, cum nocturnus error dissiparet, ad urbem pervenerunt. Crevit negligentia, postquam neminem armatum in muris viderunt. Ceterum, ubi primum sub jactu teli fuerunt, duabus simul portis erumpitur; et ad clamorem erumpentium ingens strepitus e muris ortus ululantium mulierum cum crepitu undique aeris et incondita multitudo, turba immixta servili, variis vocibus personabat. Hic tam multiplex undique objectus terror effecit, ne sustinere primam procellam eruptionis Romani possent. Itaque fugientes plures, quam pugnantes, intereunti sunt: vix duo millia hominum cum ipso legato in castra perfugerunt. Quo longius iter in castra erat, eo plures fessos confectandi hostibus copia fuit. Ne moratus quidem in castris Appianus, ut suos dissipatos fuga colligeret, (quae res palatis per agros saluti fuisset) ad Lychnidum protinus reliquias cladis reduxit.

XI. Haec et alia, haud prospere in Macedonia gesta, ex Sex. Digitio tribuno militum, qui sacrificii causa Romanam venerat, sunt audita. Propter quae veriti Patres, ut quae major ignominia acciperetur, legatos in Macedoniam, M. Fulvium Flaccum, et M. Caninium Rebilum, miserunt, qui comperta, quae agerentur, referrent: et ut A. Hostilius consul comitia consulibus subrogandis ita ediceret; uti mense Januario comitia haberi possent, et

ut primo quoque tempore in urbem rediret. Interim M. Raecio praetori mandatum, ut edicto senatores omnes ex tota Italia (nisi qui reipublicae causa abessent) Romam revocaret. Qui Romae essent, ut quis ultra mille passuum ab Roma abesset. Ea, uti senatus censuit, sunt facta. Comitia consularia ante diem quintum Kalendas Septembres fuere. Creati consules sunt Q. Marcius Philippus iterum et Cn. Servilius Caepio. post diem tertium praetores sunt facti C. Decimius, M. Claudius Marcellus, C. Sulpicius Gallus, C. Marcius Figulus, Ser. Cornelius Lentulus, P. Fonteius Capito. Designatis praetoribus praeter duas urbanas, quatuor provinciae sunt decretae, Hispania, et Sardinia, et Sicilia, et classis. Legati ex Macedonia, exacto admodum mense Februario, redierunt. Hi, quas res ea aestate prospere gefisset rex Perseus, referebant, quantusque timor sociis populi Romani cepisset, tot urbibus in potestatem regis redactis. *Exercitum consulis infrequentem commearibus vulgo datis per ambitionem esse: culpam ejus rei consulem in irribus militum, contra illos in consulem conferre. Ignominiam, Claudii temeritate acceptam, elevare eos Patres acceperunt, qui perpaucos Italici generis, et magna ex parte sumultario delectu conscriptos ibi milites amissos referebant.* Consules designati, ubi primum magistratum inissent, de Macedonia referte ad senatum iussi: destinataeque provinciae iis sunt Italia et Macedonia. Hoc anno intercalatum est: tertio die post Terminalia Kalendae intercalares fuere. Sacerdotes intra eum annum mortui, L. Flaminius ** pontifices duo decesserunt, L. Furius Philus et C. Livius Salinator. in locum Furii T. Manlium Torquatum, in Livii M. Servilium pontifices legerunt.

XII. Principio insequentis anni cum consules novi Q. Marcius et Cn. Servilius de provinciis retulissent, primo quoque tempore aut comparare eos inter se Italiam et Macedoniam, aut sortiri placuit: priusquam id fors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti faceret, in utramque provinciam, quod res desideraret supplementi, decerni. In Macedoniam peditem Romanorum sex milia,

millia, sociorum nominis Latini sex millia: equites Romanos ducentos quinquaginta, socios trecentos. Veteres milites dimitti, ita ut in singulas Romanas legiones ne plus sena millia peditum, treceni equites essent. Alteri consuli nullus certus finitus numerus civium Romanorum, quem in supplementum legeret. id modo finitum, ut duas legiones scriberet, quae quina millia peditum et ducentos haberent, equites trecentos. Latinorum major, quam collegae, decretus numerus: peditum decem millia et sexcenti equites. quatuor praeterea legiones scribi iussae, quae, si quo opus esset, educerentur. Tribunos his, non permissum, ut consules facerent: populus creavit. Sociis nominis Latini sexdecim millia peditum, et mille equites imperati. Hunc exercitum parari tantum placuit, ut exiret, si quo res posceret. Macedonia maxime curam praebebat. in classem mille socii navales cives Romani libertini ordinis, ex Italia * scribi iussi; totidem ut ex Sicilia scriberentur: et, cui ea provincia evenisset, mandatum, ut eos in Macedoniam, ubicunque classis esset, deportandos curaret. In Hispaniam tria millia peditum Romanorum in supplementum, treceni equites decreti. Finitus ibi quoque in legiones militum numerus, peditum quina millia, treceni et triceni equites. Et sociis imperare praetor, cui Hispania obvenisset, iussus quatuor millia peditum, et trecentos equites.

XIII. Non sum nescius, ab eadem negligentia, qua nihil Deos portendere vulgo nunc credant, neque nuntiari admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri. ceterum et mihi, vetustas res scribenti, nescio quo pacto, antiquus sit animus; et quaedam religio tenet, quae illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quae in meos annales referam. Anagnina duo prodigia eo anno sunt nuntiata; facem in coelo conspectam, et bovem feminam locutam publice ali. Minturnis quoque per eos dies coeli ardentis species affulserat. Reate imbri lapidavit. Cum in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrimavit. in urbe Romana duo aeditui nuntiarunt, alter, in aede Fortunae

anguem iubatam a compluribus visum esse: alter, in aede Primigeniae Fortunae, quae in colle est, duo diversa prodigia, palmam in area enatam, et sanguine interdium pluuisse. Duo non suscepta prodigia sunt, alterum quod in privato loco factum esset, palmam enatam impluvio suo T. Marcus Figulus nuntiabat: alterum, quod in loco peregrino, Fregellis in domo L. Atrii hasta, quam filio militi emerat, interdium plus duas horas arsisse, ita ut nihil ejus ambureret ignis, dicebatur. Publicorum prodigiorum causa libri a decemviris aditi; quadraginta majoribus hostiis, quibus Diis consules sacrificarent, et addiderunt, ut supplicatio fieret, cunctique magistratus circa omnia pulvinaria victimis majoribus sacrificarent, populusque coronatus esset. Omnia, uti decemviri praeierunt, facta.

XIV. Censoribus deinde creandis comitia edicta sunt. petierunt censuram principes civitatis, C. Valerius Laevinus, L. Postumius Albinus, P. Mucius Scaevola, M. Junius Brutus, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus. Hos duos censores creavit populus Romanus. Cum delectus habendi major, quam alias, propter Macedonicum bellum cura esset, consules plebem apud senatum accusabant, quod et juniores non responderent. Adversus quos C. Sulpicius et M. Claudius tribuni plebis causam egerunt. *Non consulibus, sed ambrosiosis consulibus, delectum difficilem esse. neminem invitum militem ab iis fieri. Id ita ut esse scirens et Patres conscripti, praetores, quibus et vis imperii minor et auctoritas esset, delectum, si ita senatus videretur, persecutores esse.* Id praetoribus magna Patrum * non sine fugillatione consulum, mandatum est. Censores, ut eam rem adjuvarent, ita in concione edixerunt, *Legem censui censendo dicturos esse, ut, praeter commune omnium civium iusjurandum, haec adjurarent: Tu minor annis sex et quadraginta es, inque ex edicto C. Claudii, Ti. Sempronii censuram ad ditionem prodito: et, quotiescunque delectus eris, quem hic censores magistratum habebunt, si miles factus non eris, in delectu prodibis.* Item, quia fama erat, multos ex Macedonicis legionibus, incertis comitatibus per
ambi.

ambitionem imperatorum ab exercitu abesse, edixerunt de militibus, P. Aelio, C. Popillio consulibus, postea eos consules in Macedoniam scriptis, *Ut, qui eorum in Italia essent, intra dies triginta, censi prius apud sese, in provinciam redirent. qui in patriis aut avi potestate essent, eorum nomina ad se ederentur. Missorum quoque causas sese cognituros esse: et, quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri iussuros.* Hoc edicto literisque censorum per fora et conciliabula dimissis, tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba insolita esset.

XV. Praeter delectum eorum, quos in supplementum mitti oportebat, quatuor a C. Sulpicio praetore scriptae legiones sunt, intraque undecim dies delectus est perfectus. Consules deinde sortiti provincias sunt. nam praetores propter jurisdictionem maturius sortiti erant. Urbana C. Sulpicio, peregrina C. Decimio obtigerat, Hispaniam M. Claudius Marcellus, Siciliam Ser. Cornelius Lentulus, Sardiniam P. Fonteius Capito, classem C. Marcius Figulus erat sortitus. Consulium Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit. Latinisque actis, Marcius extemplo est profectus. Caepione deinde referente ad senatum, quas ex novis legionibus duas legiones secum in Galliam duceret, decrevere Patres, ut C. Sulpicius, M. Claudius praetores ex his, quas scripserant, legionibus, quas videretur, consuli darent. Indigne patiente praetorum arbitrio consulium subjectum, dimisso senatu, ad tribunal praetorum stans postulavit, ex senatusconsulto destinarent sibi duas legiones. praetores consuli in eligendo arbitrium fecerunt. Senatum deinde censorum legerunt: M. Aemilius Lepidus princeps ab tertiis jam censoribus lectus. Septem e senatu ejeti sunt. In censu accipiendo populi milites ex Macedonico exercitu, qui quam multi abessent ab signis, census docuit, in provinciam cogebant: causas stipendiis missorum cognoscebant: et, cujus nondum iusta missio visa esset, ita iusjurandum adigebant: *Ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudii, Ti. Sempronii censorum in provinciam Macedoniam redibis, quod sine dolo malo facere poteris?*

XVI. In equitibus recensendis tristis admodum eorum atque aspera censura fuit: multis equos ademerunt. in ea re cum equestrem ordinem offenderent, flammam invidiae adjecere edicto, quo edixerunt, *Ne quis eorum, qui Q. Fulvio, A. Postumio censoribus publica vectigalia aut ultero tributa conduxissent, ad hanc suam accederet, sociusve aut affinis ejus conductionis esset.* Saepe id querendo veteres publicani cum impetrare nequissent ab senatu, ut modum potestati censoriae imponerent, tandem tribunum plebis P. Rutilium, ex rei privatae contentione iratum censoribus, patronum causae nacti sunt. Clientem libertinum parietem in Sacra via adversus aedes publicas demoliri jussierant, quod publico inaedificatus esset. appellati a privato tribuni. cum praeter Rutilium nemo intercederet, censores ad pignora capiendamiferunt, multamque pro concione privato dixerunt. Hinc contentione orta, cum veteres publicani se ad tribunal contulissent, rogatio repente sub unius tribuni nomine promulgatur: *Quae publica vectigalia, ultero tributa C. Claudius et Ti. Sempronius locassent, ea rata locatio ne esset. de integro locarentur, et ut omnibus redimendi et conducendi promiscue jus esset.* Diem ad ejus rogationem concilio tribunus plebis dixit. qui postquam venit, ut censores ad dissuadendum processerunt, Graccho dicente, silentium fuit. cum Claudio obstreperetur, audientiam facere praeconem jussit. Eo facto, advocatam a se concionem tribunus questus, et in ordinem se coactum, ex Capitolio, ubi erat concilium, abiit. Postero die ingentes tumultus ciere. Ti. Gracchi primum bona consecravit, quod in multa pignoribusque ejus, qui tribunal appellasset, intercessioni non parendo, se in ordinem coegisset. C. Claudio diem dixit, quod concionem ab se avocasset, et utrique censori perduellionem se judicare pronuntiavit, diemque comitiis a C. Sulpicio praetore urbano petiit. Non recusantibus censoribus, qui minus primo quoque tempore judicium de se populus faceret, in ante dies octavam et septimum Kalendas Octobres comitiis perduellionis dicta dies. Censores extemplo in atrium Libertatis ascenderunt: et, ibi signatis tabellis publicis, clausoque tabulario, et dimissis servis publicis,

negarunt, se prius quidquam publici negotii gesturos, quam iudicium populi de se factum esset. Prior Claudius causam dixit: et, cum ex duodecim centuriis equitum octo censores condemnassent, multaeque aliae primae classis, extemplo principes civitatis in conspectu populi, annulis aureis positis, vellem unjarunt, ut supplices plebem circumirent. Maxime tamen sententiam vertisse dicitur Ti. Gracchus, quod, cum clamor undique plebis esset, periculum Graccho non esse, conceptis verbis iuravit, si collega damnatus esset, non expectato de se iudicio, comitem exilium ejus futurum. Adeo tamen ad extremum spei venit reus, ut octo centuriae ad damnationem defuerint. Absoluto Claudio, tribunus plebis negavit se Gracchum morari.

XVII. Eo anno, postulantibus Aquilejensium legatis, ut numerum colonorum augetet, mille et quingentae familiae ex senatusconsulto scriptae, triumvirique, qui eas deducerent, missi sunt, T. Annius Luscus, P. Decius Subulo, M. Cornelius Cethegus. Eodem anno C. Popillius et Cn. Octavius legati, qui in Graeciam missi erant, senatusconsultum, Thebis primum recitatum, per omnes Peloponnesi urbes circumtulere, *Ne quis ullam rem in bellum magistratibus Romanis conferret, praeterquam quod senatus censuisset.* Hoc fiduciam in posterum quoque praebnerat, levatos se oneribusque impensisque, quibus, alia aliis imperantibus, exhauriebantur. Achaico concilio Argis agitato, benigne locuti auditique, egregia spe futuri status fidissima gente relicta, in Aetoliam trajecerunt. Ibi nondum quidem seditio erat, sed omnia suspecta, criminumque inter ipsos plena. ob quae obsidibus postulatis, neque exitu rei imposito, in Acarnaniam inde profecti legati sunt. Thyrii concilium legatis Acarnanes dederunt. Ibi quoque inter factiones erat certamen: quidam principum postulare, ut praesidia in urbes suas inducerentur adversus amentiam eorum, qui ad Macedonas gentem trahebant: pars recusare, ne, quod bello captis et hostibus mos esset, id pacatae et sociatae civitates ignominiae acciperent. Iusta deprecatio haec visa. Larissam ad Hostilium proconsulem (ab eo enim

missi erant) legati redierunt. Octavium retinuit secum. Popillium cum mille ferme militibus in hiberna Ambra-
ciam misit.

XVIII. Perseus, principio hiemis egredi Macedoniae
finibus non ausus, ne qua in regnum vacuum irrumpe-
rent Romani, sub tempus brumae, cum inexsuperabiles
ab Thessalia montes nivis altitudo facit, occasionem esse
ratus frangendi finitimorum spes animosque, ne quid,
averso se in Romanum bellum, periculi subeisset, cum a
Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina de-
fectione a Romanis praestarent, Dardanos recens domui-
set bello, solum infestum esse Macedoniae latus, quod ab
Illyrico pateret, cernens, neque ipsis quietis Illyriis, et
aditum praebentibus Romanis, si domuisset proximos Il-
lyriorum, Gentium quoque regem jam diu dubium in
societatem perlici posse, cum decem millibus peditum,
quorum pars phalangitae erant, et duobus millibus le-
vium armatorum, et quingentis equitibus profectus, Stu-
beram venit. Inde frumento complurium dierum sumto,
jussuque apparatu oppugnandarum urbium sequi, tertio
die ad Uscanam (Penestianae terrae ea maxima urbs est)
posuit castra: prius tamen, quam vim admoveret, missis,
qui tentarent nunc praefectorum praesidii, nunc oppida-
norum animos. erat autem ibi cum juventute Illyriorum
Romanum praesidium. Postquam nihil pacati recrebant,
oppugnare est adortus, et corona eam capere conatus est.
cum sine intermissione interdium noctuque alii aliis succe-
dentes, pars scalas muris, ignem portis inferrent, susti-
nebant tamen eam tempestatem propugnatores urbis;
quia spes erat, neque hiemis vim diutius pati Macedo-
nas in aperto posse, nec ab Romano bello tantum regi
laxamenti fore, ut possset morari. Ceterum, postquam
vineas agi, turresque excitari viderunt, victa pertinacia
est. nam, praeterquam quod adversus vim pares non
erant, ne frumenti quidem aut ullius alterius rei copia
intus erat, ut in necopinata obsidione. Itaque cum spei
nihil ad resistendum esset, C. Carvilius Spoletinus et C.
Afranius a praesidio Romano missi, qui a Perseo peterent,
primo, ut armatos suaque secum ferentes abire sineret;

dein,

dein, si id minus impetrarent, vitae tantum libertatisque fidem acciperent. Promissum id benignius est ab rege, quam praesitutum. exire enim sua secum efferentibus iussis primum arma ademit. his urbe egressis, et Illyriorum cohors, (quingenti erant) et Uscanenses se urbemque dederunt.

XIX. Perseus, praesidio Uscanae imposito, multitudinem omnem deditorum, quae prope numero exercitum aequabat, Stuberam abducit. Ibi Romanis, (quatuor milia autem hominum erant) praeter principes, in custodiam civitatum divisis, Uscanenlibus Illyriisque venditis, in Penestiam exercitum reducit ad Oaenum oppidum in potestatem redigendum. et alioqui opportune situm, et transitus ea est in Labeates, ubi Gentius regnabat. Praetereunti frequens castellum, Draudacum nomine, peritorum quidam regionis ejus, *nihil Oaeneo capro opus esse, ait, nisi in potestate et Draudacum sit. opportunius etiam ad omnia possum esse.* Adnoto exercitu, omnes exemplo dederunt sese. Qua spe celeriore deditione erectus, postquam animadvertit, quantus agminis sui terror esset, undecim alia castella eodem metu in potestatem redigit. ad perpauca vi opus fuit, cetera voluntate dedita: et in his recepti mille et quingenti dispositi per praesidia milites Romani. Magno usui Carvilius Spoletinus erat in colloquiis, dicendo, nihil in ipsos saevitum. Ad Oaenum perventum est, quod sine justa oppugnatione capi non poterat; et majore aliquanto, quam cetera, juventute, et validum oppidum moenibus erat. et hinc annis Artatus nomine, hinc mons praealtus et aditu difficilis cingebat. haec spem ad resistendum oppidanis dabant. Perseus, circumvallato oppido, aggerem a parte superiore ducere instituit, cujus altitudine muros superaret. quod opus dum perficitur, crebris interim proeliis, quibus per excursions et moenia sua oppidani tutabantur, et opera hostium impediabant, magna eorum multitudo variis casibus absumta est: et, qui supererant, labore diurno nocturnoque et vulneribus inutiles erant. Ubi primum agger adjunctus muro est, et cohors regia, quos Nicatoras appellant, transcendit, et scalis multis simul partibus

impetus in urbem est factus. puberes omnes interfecti sunt: conjuges liberosque eorum in custodiam dedit: praedae alia militum cessere. Stuberam inde victor revertens ad Gentium legatos, Fleuratum Illyrium, exultantem apud se, et Aputeum Macedonem a Beroea, mittit. Iis mandat, ut exponerent aestatis ejus hiemisque acta sua adversus Romanos Dardanosque. adjicerent recentia in Illyrico hibernae expeditionis opera. hortarentur Gentium in amicitiam secum et cum Macedonibus jungendam.

XX. Hi, transgressi jugum Scordi montis, per Illyrici solitudines, quas de industria populando Macedones fecerant, ne transitus faciles Dardanis in Illyricum aut Macedoniam essent, Scodram labore ingenti tandem pervenerunt. Lissi rex Gentius erat. eo acciti legati, mandata exponentes, benigne auditi sunt: qui responsum sine effectu tulerunt, *Voluntarem sibi non deesse ad bellandum cum Romanis: ceterum ad conandum id, quod velit, pecuniam maxime deesse.* Haec Stuberam retulere regi, tum maxime captivos ex Illyrico vendenti. Extemplo iidem legati, addito Glaucia ex numero custodum corporis, remittuntur sine mentione pecuniae, qua una barbarus inops impelli ad bellum poterat. Ancyram inde populatus Perseus, in Penestas rursus exercitum reducit: firmatisque Uscanae, et circa eam per omnia castella, quae receperat, praefidiis, in Macedoniam sese recipit.

XXI. L. Coelius, legatus Romanus, praererat Illyrico: qui, moveri non aulus, cum in iis locis rex esset, post protectionem demum ejus conatus in Penestis Uscanam recipere, a praefidio, quod ibi Macedonum erat, cum multis vulneribus repulsus, Lychnidum copias reduxit. Inde post dies paucos M. Trebellium Fregellanum cum satis valida manu in Penestas misit ad obsides ab his urbibus, quae in amicitia cum fide permanferant, accipiendos. Procedere etiam in Parthinos (ii quoque obsides dare pepigerant) iussit: ab utraque gente sine tumultu exigi. Penestarum obsides Apolloniam, Parthi-
norum Dyrrachium (tunc Epidamnii magis celebre nomen
Graecia

Graecis erat) missi. Ap. Claudius, acceptam in Illyrico ignominiam corrigere cupiens, Phanotem Epiri castellum adortus oppugnare, et auxilia Athamanum Thepotorumque, praeter Romanum exercitum, ad sex millia hominum secum adduxit: neque operae pretium fecit, Cleva, qui relictus a Perseo erat, cum valido praesidio defendente. Et Perseus, in Elimeam profectus, et circa eam exercitu lustrato, ad Stratum, vocantibus Epirotis, ducit. Stratus validissima tum urbs Aetoliae erat. lita est super Ambracium sinum, prope amnem Acheloum. Cum decem millibus peditum eo profectus est et equitibus trecentis: quos pauciores propter angustias viarum et asperitatem duxit. Tertio die cum pervenisset ad Citiuum montem, vix transgressus propter altitudinem nivis, locum quoque castris aegre invenit. Profectus inde, magis quia manere non poterat, quam quod tolerabilis aut via aut tempestas esset, cum ingenti vexatione, praecipue junentorum, altero die ad templum Jovis, quem Nicaeum vocant, posuit castra. Ad Arachthum inde flumen, itinere ingenti emenso, contentus altitudine amnis, mansit. Quo spatio temporis ponte perfecto, tractus copis, diei progressus iter, obvium Archidamum principem Aetolorum, per quem ei Stratus tradebatur, habuit.

XXII. Eo die ad finem agri Aetoli castra posita. Inde altero die ad Stratum perventum: ubi, prope Acheloum amnem castris positus, cum expectaret, effusus omnibus portis Aetolos in fidem suam venturos, clausas portas, atque ipsa ea nocte, qua venerat, receptum Romanum praesidium cum C. Popillio legato invenit. Principes, qui praesentis Archidami auctoritate compulsi regem arcessierant, obviam egresso Archidamo segniore facti, locum adversae factioni dederant ad Popillium cum mille peditibus ab Ambracia arcessendum. In tempore et Dinarchus, praefectus equitum gentis Aetolorum, cum sexcentis peditibus et equitibus centum venit. Satis constabat, eum, tanquam ad Persea tendentem, Stratum venisse: mutato deinde cum fortuna animo, Romanis se, adversus quos venerat, junxisse. Nec Popillius securior, quam debebat esse, inter tam mobilia ingenia erat.

erat. claves portarum custodiamque inurorum suae ex templo potestatis fecit: Dinarchum Aetolosque cum juventute Stratorum in arcem per praesidii speciem amovit. Perseus, ab imminentibus superiori parti urbis tunulis tentatis colloquiis, cum obstinatos atque etiam telis procul arcentes videret, quinque millia passuum ab urbe trans Petitarum anem posuit castra. Ibi consilio advocato, cum Archidamus Epirotarumque transfugae vetinerent, Macedonum principes non pugnandum cum infesto tempore anni censerent, nullis praeparatis com meatibus; cum inopiam prius obsidentes, quam obsessi, sensuri essent, maxime quod hostium haud procul inde hiberna erant; territus in Aperantiam castra movit. Aperantii eum, propter Archidami magnam in ea gente gratiam auctoritatemque, consensu omnium acceperunt. is ipse cum octingentorum militum praesidio his est praepositus.

XXIII. Rex cum minore vexatione jumentorum hominumque, quam venerat, in Macedoniam rediit. Appium tamen ab obsidione Phanotis fama ducentis ad Stratum Persei submovit. Clevas, cum praesidio impigrorum juvenum insecutus, sub radicibus prope in vis montium ad mille hominum ex agmine impedito occidit, ad ducentos cepit. Appius, superatis angustiis, in campo, quem Elaeona vocant, stativa dierum paucorum habuit. Interim Clevas, assumpto Philostrato, qui Epirotarum gentem habebat, in Agrum Antigonensem transcendit. Macedones ad depopulationem profecti; Philostratus cum cohorte sua in insidiis loco obscuro confedit. in palatos populatores cum erupissent ab Antigonea armati, fugientes eos persequentes effusius in vallem infellam ab hostibus praecipitant. ibi ad mille occisis, centum ferre captis, ubique prospere gesta re, prope stativa Appii castra movent, ne qua vis locis suis ab Romano exercitu inferri possit. Appius, nequidquam in his locis terens tempus, dimissis Chaonumque, et si qui alii Epirotae erant, praesidiis, cum Italicis militibus in Illyricum regressus, per Parthinorum socias urbes in hiberna militibus dimissis, ipse Romam sacrificii causa rediit.

Per

Perseus ex Penestiarum gente mille pedites, ducentos equites revocatos, Cassandriam, praesidio ut essent, misit. Ab Gentio eadem afferentes redierunt. nec deinde alios atque alios mittendo tentare eum destitit, cum appareret, quantum in eo praesidii esset; nec tamen impetrare ab animo posset, ut impensam in rem maximi ad omnia momenti faceret.***

EPITOME LIBRI XLIV.

Q. *Marcus Philippus per invios saltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit. Rhodii misere legatos Romam, minantes, se Persae auxilio futuros, nisi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam jungeret. indigne id latum. Cum id bellum L. Aemilio Paulo, sequentis anni consuli iterum, mandatum esset, Paulus, in concione precatus, ut, quidquid diri populo Romano immineret, in domum suam converteretur, et in Macedoniam profectus, vicis Persen, totamque Macedoniam in potestatem redegit. Antequam confugeret, C. Sulpicius Gallus tribunus militum praedixit exercitui, ne miraretur, quod luna nocte proxima defecitura esset. Gentius quoque rex Illyriorum, cum rebellasset, ab Anicio praetore victus, venit in deditioem, et cum uxore, et liberis, et propinquis, Romam missus est. Alexandria legati a Cleopatra et Ptolemaeo regibus venerunt, querentes de Antiocho rege Syriae, quod his bellum inferret. Perses, sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami, et Gentio rege Illyriorum, quia his pecuniam, quam promiserat, non dabat, ab iis relictus est.*

LIBER XLIV.

Pincipio veris, quod hiemem eam, qua haec gesta sunt, infecutum est, ab Roma profectus Q. Marcus Philippus consul cum quinque millibus (quod in supplementum

legionum secum trajecturus erat) Brundisium pervenit. M. Popillius consularis et alii pari nobilitate adolefcentes tribuni militum in Macedonicas legiones consulenti secuti sunt. Per eos dies et C. Marcius Figulus praetor, cui classis provincia evenerat, Brundisium venit: et simul ex Italia profecti, Corcyram altero die, tertio Actium Acarnaniae portum tenuerunt. Inde consul, ad Ambraciam egressus, itinere terrestri petit Thessaliam. Praetor, superato Leucata, Corinthium sinum invectus, et Creusae relictis navibus, terra et ipse per mediam Boeotiam diei unius expedito itinere Chalcidem ad classem contendit. Castra eo tempore A. Hostilius in Thessalia circa Palaepharsalum habebat; sicut nulla re bellica memorabili gesta, ita ad cunctam militarem disciplinam ab effusa licentia formato milite, et sociis cum fide cultis, et ab omni genere injuriae defensis. Audito successoris adventu, cum arma, viros, equos cum cura inspexisset, ornato exercitu obviam venienti consuli processit. Et primus eorum congressus ex dignitate ipsorum ac Romani nominis, et in rebus deinde gerendis*. Proconsul enim ad exercitum**. Paucis post diebus consul concionem apud milites habuit. orsus a parricidio Persei perpetrato in fratrem, cogitato in parentem, adiecit: *post scelere partum regnum, veneficia, caedes, latrocinio nefando petisum Eumenem, injurias in populum Romanum, direptiones sociarum urbium contra foedus, ea omnia quam Diis quoque invisa essent, sensurum in exitu rerum suarum. Favere enim pietati fideique Deos, per quae populus Romanus ad tantum fastigii venerit. Vires deinde populi Romani, jam terrarum orbem complectentis, cum viribus Macedoniae, exercitus cum exercitibus comparavit. Quanto majores Philippi Antiochique opes non majoribus copiis fractas esse?*

II. Hujus generis adhortatione accensis militum animis, consultare de summa gerendi belli coepit. Eo et C. Marcius praetor a Chalcide, classe accepta, venit. Placuit, non ultra morando in Thessalia tempus terere, sed movere extemplo castra, atque pergere inde in Macedoniam; et praetorem dare operam, ut eodem tempore clas-

lis quoque invehatur hostium litoribus. Praetore dimisso, consul, menstruam jussu milite secum ferre, profectus decimo post die, quam exercitum acceperat, castra movit: et, unius diei progressus iter, convocatis itinerum ducibus, cum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset; submotis iis, quam potissimum peteret, retulit ad consilium. Aliis per Pythium placebat via: aliis per Cambunios montes, qua priore anno duxerat Hostilius consul: aliis praeter Ascuridem paludem. Restabat aliquantum viae communis: itaque in id tempus, quo prope divortium itinerum castra posituri erant, deliberatio ejus rei differtur. In Perrhaebiam inde ducit, et inter Azorum et Dolichen stativa habuit ad consulendum rursus, quam potissimum capesseret viam. Per eosdem dies Perseus, cum appropinquare hostem sciret, quod iter petiturus esset ignarus, omnes saltus insidere praelidiis statuit. In jugum Cambuniorum montium (Volustana ipsi vocant) decem millia levis armaturae juvenum cum duce Asclepiodoto mittit: ad castellum, quod super Ascuridem paludem erat, (Lepathus vocatur locus) Hippias tenere saltum cum duodecim millium Macedonum praelidio jussus. Ipse cum reliquis copiis primo circa Dium stativa habuit. deinde, adeo ut obtorpuisse inops consilii videretur, cum equitibus expeditis litore nunc Heracleum, nunc Philam percurrerat, eodem inde cursu Dium repetens.

III. Interim consuli sententia stetit eo saltu ducere, ubi propter Octolophum diximus regis castra *. Praemitti tamen quatuor millia armatorum ad loca opportuna praeoccupanda placuit: quos praepositi sunt M. Claudius, Q. Marcius consulis filius. confestim et universae copiae sequebantur. Ceterum adeo ardua et aspera et confragosa via fuit, ut praemissi expediti biduo quindecim millium passuum aegre itinere confecto castra posuerint: turrim Eudieru, quem cepere, locum appellant. Inde postero die septem millia progressi, tumulo haud procul hostium castris capto, nuntium ad consulem remittunt: *perventum ad hostem esse, loco se tuto et ad omnia opportuno consedisse; ut, quantum extendere iter posset, consequeretur*

neris confectum. plerumque provolventes se simul cum armis aliisque oneribus, cum omni genere vexationis, processerunt: adeo ut ne dux quidem et auctor itineris infitiaretur, parva manu deleri omnem exercitum potuisse. Nocte ad modicam planitiem pervenerunt: neque, an infestus is locus esset, septus undique, circumspiciendi spatium fuit. vix tandem ex insperato stabilem ad insistendum nactis locum postero quoque die in tam cava valle operiri Popillum, ac relictas cum eo copias, necesse fuit: quos et ipsos, cum ab nulla parte hostis terruisset, locorum asperitas hostiliter vexavit. Tertio die conjunctis copiis eunt per saltum, quem incolae Callopeucen appellant. quarto inde die per aequae invia, sed assuetudine peritius, et meliore cum spe, quod nec hostis unquam apparebat, et mari appropinquabant, degressi in campos, inter Heracleum et Libethrum posuerunt castra peditum: quorum pars major tumulos tenebat. ii vallem, campi quoque partem, ubi eques tenderet, amplectebantur.

VI. Lavanti regi dicitur untiatum, hostes adesse. quo nuntio cum pavidus exsiluisset e folio, victum se sine proelio clamitans proripuit; et, subinde per alia atque alia pavida consilia et imperia trepidans, duobus ex amicis Pellam, alterum Asclepiodotum, ubi pecunia deposita erat, ex praesidiis revocat; omnesque aditus aperit bello. Ipse, ab Dio auratis staturis omnibus raptum, ne praeda hosti essent, in classem congestis, ocius demigrare Pydnam cogit: et, quae temeritas consulis videri potuisset, quod eo processisset, unde invito hoste regredi nequiret, eam non inconsultam audaciam fecit. Duos enim saltus, per quos inde evadere possent, habebant Romani: unum per Tempe in Thessaliam, alterum in Macedoniam praeter Dium; quae utraque regius tenebantur praesidiis. Itaque si dux intrepidus decem dies primam speciem approquinquantis terroris sustinuisset, neque receptus Romanis per Tempe in Thessaliam, neque comenatibus pervehendis eo patuisset iter. Sunt enim Tempe saltus, etiamsi non bello fiat infestus, transitu difficilis, nam praeter angustias per quinque millia, qua exiguum
juvante

jumento onusio iter est, rupes utrinque ita abscisae sunt, ut despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit. terret et sonitus et altitudo per mediam vallem fluentis Penei amnis. Hic locus, tam suapte natura infestus, per quatuor distantia loca praesidiis regis fuit infestus. unum in primo aditu ad Gommum erat: alterum Condylon castello inexpugnabili: tertium circa Lapathunta, quem Characa appellant: quartum viae ipsi, qua et media et angustissima vallis est, impositum, quam vel decem armatis tueri facile est. Inercluso per Tempe simul aditu comneatibus, simul reditu, ipsi montes, per quos descenderant, repetendi erant. quod ut furto fefellerant, ita propalam, tenentibus superiora cacumina hostibus, non poterant: et experta difficultas spem omnem incidisset. Supererat nihil aliud in temere commisso, quam in Macedoniam ad Dium per medios evadere hostes: quod, nisi Dii mentem regi admississent, ipsam ingentis difficultatis erat. Nam cum Olympi radices montis paulo plus, quam mille passuum, ad mare relinquunt spatium, cujus dimidium loci occupat osium late refragans Baphyri amnis, partem planitiae aut Jovis templum, aut oppidum tenet; reliquum perexiguum fossa modica valloque claudi poterat, et saxorum ad manuum silvestrisque materiae tantum erat, ut vel murus obijci, turresque excitari potuerint. Quorum nihil cum dispexisset caeca a mens subito terrore, nudatis omnibus praesidiis, patefactisque bello, ad Pydnam refugit.

VII. Consul, plurimum et praesidii et spei cernens in stultitia et segnitie hostis, remisso nuntio ad Sp. Lucretium Larissam, ut castella, relicta ab hoste, circa Tempe occuparet, praemisso Popillio ad explorandos transitus circa Dium, postquam patere omnia in omnes partes animadvertit, secundis castris pervenit ad Dium: metarique sub ipso templo, ne quid sacro in loco violaretur, iussit. Ipse, urbem ingressus, sicut non magnam, ita exornatam publicis locis et multitudine statuarum, munitamque egregie, vix satis credere, in tantis rebus sine causa relictis non aliquem subesse dolum. Unum diem ad exploranda circa omnia moratus, castra movet.

fatisque credens, paratam frumenti copiam fore, eo die ad amnem nomine Mityn procellit. Postero die progressus, Agassam urbem, tradentibus se ipsis, recepit: et, ut reliquorum Macedonum animos sibi conciliaret, obsidibus contentus, sine praelidio relinquere se eis urbem, immunesque ac suis legibus victuros, est pollicitus. Progressus inde diei iter, ad Ascordum flumen posuit castra: et, quantum procederet longius a Thessalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens, regressus ad Dium est; dubitatione omnibus exempta, quid intercluso ab Thessalia patiendum fuisset, cui procul inde abscedere tutum non esset. Perseus, contractis in unum omnibus copiis ducibusque, increpare praefectos praelidorum, ante omnes Asclepiodotum atque Hippium: ab his dicere clausura Macedoniae tradita Romanis esse: cujus culpa reus nemo iustius, quam ipse, fuisset. Consuli postquam ex alto conspecta classis spem fecit, cum comineatu naves venire, (ingens enim caritas annonae ac prope inopia erat) ab invectis jam portum audit, onerarias naves Magnesiae relictas esse. Incerto inde, quidnam agendum foret, (adeo sine ulla ope hostis quae aggravaret, cum ipsa difficultate rerum pugnandum erat) peropportune literae a Sp. Lucretio alatae sunt: castrada se, quae super Tempe essent et circa Philam, tenere omnia, frumentique in iis et aliarum in usum rerum copiam invenisse.

VIII. His magnopere laetus consul ab Dio ad Philam ducit, simul ut praelidium ejus firmaret, simul ut militi frumentum, cujus tarda subvectio erat, divideret. Ea profectio famam haudquaquam secundam habuit. Nam alii, metu recessisse eum ab hoste, ferebant, quia manenti imperatori proelio dimicandum foret: alii ignarum, belli quae in dies fortuna novaret; ut qui, offerentibus sese rebus, omisisset e manibus ea, quae mox repeti non possent. Simul enim cessit possessione Dii, exierat hostem, ut nunc tandem sentiret, recuperanda esse, quae prius culpa amissa forent. Audita enim profectioe consulis, regressas Dium, quae disiecta ac vastata ab Romanis erant, refecit: pinnas moenium decussas reponit, ab omni parte muros firmat: deir de quinque milia passuum

ab urbe citra ripam Enipei annis castra ponit; amnem ipsum, transitu perdifficilem, pro munimento habiturus. Fluit ex valle Olympi montis, aestate exiguus, hibernis idem incitatus pluviis: et supra rupes ingentes gurgitibus facit, et intra prorupta, in mare evolvendo terram, praealtas voragine, cavatoque medio alveo ripas utrinque praecipites. Hoc flumine Perseus septum iter hostis credens, extrahere reliquum tempus ejus aestatis in animo habebat. Inter haec consul a Phila Popillium cum duobus millibus armatorum Heracleum mittit. abest a Phila quinque millia ferme passuum, media regione inter Diem Tempeque, in rupe anni imminente positum.

IX. Popillius, priusquam armatos muris admoveret, misit, qui magistratibus principibusque suaderent, fidem clementiamque Romanorum, quam vim, experiri malent. nihil ea consilia inoverunt, quia ignes ad Enipeum ex regis castris apparebant. Tum terra inarique (et classis appulsa ab litore stabat) simul armis, simul operibus machinisque, oppugnari coepta. Juvenes etiam quidam Romani, ludicro Circenti ad usum belli verso, partem humillimam muri ceperunt. Mos erat tunc, nondum hac effusione inducta bestiis omnium gentium circum complendi, varia spectaculorum conquirere genera: nec, semel quadrigis, semel desultore misso, vix unius horae tempus utrumque curriculum complebat. Inter cetera sexageni ferme juvenes, interdum plures, apparitoribus ludi armati inducebantur. horum inductio in parte simulacrum decurrentis exercitus erat; ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorum armorum usum. Cum alios decursus edidissent motus, quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis et quartis, postremis etiam genu nilis, fastigatam, licet tecta aedificiorum sunt, testudinem faciebant. Hinc quinquaginta ferme pedum spatio distantes duo armati propugnabant, hominatique inter se, ab ima in summam testudinem per densata scuta cum evassent, nunc velut propugnantes per oras extremae testudinis, nunc in media inter se concurrentes, haud secus quam stabili solo

perfulstabant. Huic testudini simillima parti muri adinota, cum armati superstantes subissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis aequabantur: depullisque iis, in urbem duorum signorum milites transcenderunt. Id tantum dissimile fuit, quod, et in fronte extrema, et ex lateribus, soli non habebant super capita delata scuta, ne nudarent corpora; sed praetecta pugnantium more. ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes laeserunt, et testudini injecta imbris in modum lubrico fastigio innoxia ad immun labebantur. Et consul, capto jam Heracleo, castra eo promovit; tanquam Dium, atque, inde summo rege, in Pieriam etiam progressurus. Sed, hiberna jam praeparans, vias commeatibus subvehendis ex Thessalia muniri jubet, et eligi horreis opportuna loca, tecta-que aedificari, ubi diversari portantes commeatus possent.

X. Perseus, tandem a pavore eo; quo attonitus fuerat, recepto animo, malle, imperiis suis non obtemperatum esse, cum trepidans gazam in mare deijci Pellae, Thessalonicae navalia jusserat incendi. Andronicus, Thessalonicam missus, traxerat tempus, id ipsum quod accidit, poenitentiae relinquens locum. incautior Nicias Pellae projiciendo pecuniae partem, quod fuerat nactus: sed in rem emendabilem visus lapsus esse, quod per urinatores omne ferme extractum est. tantusque pudor regi pavoris ejus fuit, ut urinatores clam interfici jusserit; deinde Andronicum quoque et Nician, ne quis tam dementis imperii conscius existeret. Inter haec C. Marcius, cum classe ab Heracleo Thessalonicam profectus, et agrum pluribus locis, expositis per litora armatis, late vastavit, et procurrentes ab urbe, secundis aliquot proeliis, trepidos intra moenia compulit. jamque ipsi urbi terribilis erat, cum, dispositis omnis generis tormentis, non vagi modo circa muros, temere appropinquant, sed etiam qui in navibus erant, saxi tormento emicantibus percutebantur. Revocatis igitur in naves militibus, ommissaque Thessalonicae oppugnatione, Aeniam inde petunt quindecim millia passuum ea urbs abest, adversus Pydnam polita, fertili agro. Pervastatis finibus ejus, legentes oram, Antigoneam perveniunt, ibi, egressi in ter-

ram,

ram, primo et vastarunt agros passim, et aliquantum praedae contulerunt ad naves. dein palatos eos adorti Macedones, mixti pedites equitesque, fugientes effuse ad mare persecuti, quingentos ferme occiderunt, et non minus ceperunt. Nec aliud, quam ultima necessitas, cum recipere se tuto ad naves prohiberentur, animos militum Romanorum, simul desperatione alia salutis, simul indignitate, irritavit. Redintegrata in litore pugna est. adjuvare et, qui in navibus erant. Ibi Macedonum ducenti ferme caesi; par numerus captus. Ab Antigonea classis profecta, ad agrum Pallenensem excursionem ad populandum fecit. Finium is ager Cassandrentium erat, longe fertilissimus omnis orae, quam praetervecti fuerant. Ibi Eumenes rex, viginti rectis navibus ab Elea profectus, obvius fuit; et quinque missae a Prusia rege tectae naves.

XI. Hac virium accessione animus crevit praetori, ut Cassandream oppugnaret. Condita est a Cassandro rege in ipsis faucibus, quae Pallenensem agrum ceterae Macedoniae jungunt, hinc Toronaico, hinc Macedonico septa mari. Eminent namque in altum lingua, in qua sita est: nec minus, quam in altum magnitudine Atho mons, excurrit, obversa in regionem Magnesia duobus imparibus promontoriis; quorum majori Posideum est nomen, minori Canastraeum. Divilis partibus oppugnare adorti; Romanis ad Clitas, quas vocant, munimenta, cervis etiam objectis, ut viam intercluderet, a Macedonico ad Toronaicum mare perducit. ab altera parte euripus est: inde Eumenes oppugnabat. Romanis in fossa complenda, quam nuper objecerat Perseus, plurimum erat laboris. Ibi quaerenti praetori, quia nusquam cumuli apparebant, quo regesta e fossa terra foret, monstrati sunt fornices: *non ad eandem crassitudinem, qua veterem murum, sed simplici laterum ordine, structos esse.* Consilium igitur cepit, transfosso pariete iter in urbem patefacere. fallere autem ita se posse, si, muros a parte alia scalis adortus, tumultu injecto, in custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset. Erant in praesidio Cassandreae, praeter non contemnendam juventutem oppidanorum, octingenti.

Agrianes, et duo millia Penestiarum Illyriorum, a Pleurato inde missi, bellicosum utrumque genus. His tuentibus muros, cum subire Romani summa vi niterentur, momento temporis parietes fornicum perfossi urbem patefecerunt. quod si, qui irrupere, armati fuissent, ex templo cepissent. Hoc ubi perfectum esse opus militibus nuntiatum est, clamorem alacres gaudio repente tollunt, aliis parte alia in urbem irrupturis.

XII. Hostes primum admiratio cepit, quidnam sibi repentinus clamor vellet. postquam patere urbem accipere praefecti praesidii Pytho et Philippus, pro eo, qui occupasset aggredi, opus factum esse rati, cum valida manu Agrianum Illyriorumque erumpunt: Romanosque, qui alii aliunde coibant convocabanturque, ut ligna in urbem inferrent, incompósitos atque inordinatos fugant, persequunturque ad fossam: in quam compulsos ruina cumulant. sexcenti ferme ibi interfecti, omnesque prope, qui inter murum fossamque deprehensi erant, vulnerantur. Ita suo ipse conatu percussus praetor, segnior ad alia factus consilia erat: et ne Eumeni quidem, simul a mari, simul a terra aggredienti, quidquam satis procedebat. Placuit igitur utrique, custodiis firmatis, ne quod praesidium ex Macedonia intromitti posset, quoniam vis aperta non processisset, operibus moenia oppugnare. Haec parantibus his, decem regii lembi, ab Thessalonica cum delectis Gallorum auxiliaribus missi, cum in salo stantes hostium naves conspexissent; ipsi, obscura nocte, simplici ordine, quam poterant proxime litus tenentes, intrarunt urbem. Hujus novi praesidii fama absterere oppugnatione simul Romanos regemque coëgit. circumvecti promontorium, ad Toronen classem appulerunt. Eam quoque oppugnare adorti, ubi valida defendi manu animadverterunt, irrito incepto Demetriadem petunt. Ibi cum appropinquantes repleta moenia armatis vidissent, praetervecti ad Iolcon classem appulerunt; inde, agro vastato, Demetriadem quoque aggressuri.

XIII. Inter haec et consul, ne segnis sederet tantum in agro hostico, M. Popillium cum quinque millibus

milli-

militum ad Meliboeam urbem oppugnandam initit. Sita est in radicibus Ossaë montis, qua parte in Thessaliam vergit, opportune imminens super Demetriadem. Primus adventus hostium perculit incolas loci: collectis deinde ex necopinato pavore animis, discurrunt armati ad portas ac moenia, qua suspecti aditus erant: spemque extemplo inciderunt, capi primo impetu posse. Obsidio igitur parabatur, et opera oppugnationum fieri coepta. Perseus, cum audisset, simul Meliboeam a consulis exercitu oppugnari, simul classem Iolci stare, ut inde Demetriadem aggrediretur, Euphranorem quendam ex ducibus cum delectis duobus millibus Meliboeam mittit. eidem imperatum, ut, si a Meliboea submovisset Romanos, Demetriadem prius occulto itinere intraret, quam ab Iolco ad urbem castra moverent Romani. Et ob oppugnatoribus Meliboeae, cum in superioribus locis repente apparuisset, cum trepidatione multa relicta opera sunt, ignisque injectus. ita a Meliboea abscessum est. Euphranor, soluta unius urbis oblidione, Demetriadem extemplo ducit. nec tum moenia modo, sed agros etiam considerunt se a populationibus tueri posse: et eruptiones in vagos populatores non sine vulneribus hostium factae sunt. Circumvecti tamen moenia sunt praetor et rex, situm urbis contemplantés, si qua parte tentare aut opere aut vi possent. Fama fuit, per Cydantem Cretensem et Antimachum, qui Demetriadi praeerat, transacta inter Eumenem et Persea conditiones amicitiae, ab Demetriade certe abscessum est. Eumenes ad consulem navigat: gratulatus, quod prospere Macedoniam intrasset, Pergamum in regnum abit. Marcius Figulus praetor, parte classis in hiberna Sciathum missa, cum reliquis navibus Oreun Boeotiae petit, eam urbem aptissimam ratus, unde exercitibus, qui in Macedonia, qui que in Thessalia erant, mitti commeatus possent. De Eumene rege longe diversa tradunt. Si Valerio Antiati credas, nec classe adjutum ab eo praetorem esse, cum saepe eum literis arcessisset, tradit; nec cum gratia ab consule profectum in Asiam, indignatum, quod, ut iisdem castris tenderet, permissum non fuerit. ne ut equites quidem Gallos, quos secum adduxerat, relinqueret, impetrari ab eo potuisse. Attalum

fratrem ejus et remanisse apud consulem, et sinceram ejus idem aequali tenore egregianque operam in eo bello fuisse.

XIV. Dum bellum in Macedonia geritur, legati Transalpini ab regulo Gallorum (Balanus ipius traditur nomen; gentis, ex qua fuerit, non traditur) Romam venerunt, pollicentes ad Macedonicum bellum auxilia. Gratiae ab senatu actae, muneraque missa, torquis aureus duo pondo et paterae aureae quatuor pondo, equus phaleratus, armaque equestria. Secundum Gallos Pamphili legati coronam auream, ex viginti millibus Philippeorum factam, in curiam intulerunt: petentibusque iis, ut id donum in cella Jovis optimi maximi ponere, et sacrificare in Capitolio liceret, permissum. benigneque amicitiam renovare volentibus legatis responsum, et binum millium aeris singulis missum munus. Tum ab rege Prusia, et paulo post ab Rhodiis, de eadem re longe aliter differentes legati auditi sunt. utraque legatio de pace reconcilianda cum rege Perseo egit. Prusiae preces magis, quam postulatio, fuere, proferentis, et ad id tempus se cum Romanis sterijse, et, quoad bellum foret, staturum. Ceterum cum ad se a Perseo legati venissent de finiando cum Romanis bello, et iis pollicium deprecatorem apud senatum futurum; petere. si possent inducere in animum, ut finirent iram, se quoque in gratia reconciliatae pacis posse uti. haec regii legati. Rhodii, super se commemoratis erga populum Romanum beneficiis, et pene victoriae, utique de Antiocho rege, maiore parte ad se vindicata, adjecerunt: *Cum pax inter Macedonia Romanosque esset, sibi amicitiam cum rege Perseo coepam. eam se invicos, nullo ejus in se merito, quoniam ita Romanis visum sit in societatem se belli trahere, interrupijse. Tertium se annum multa ejus incommoda belli senti e miri intercluso, inopia insulam premi, amissis maritimis occigalibus utque com meatibus. Cum id ultra pati non possint, legatos alios ad Persea in Macedonia misijse, qui ei denuntiarent, Rhodiis placere, pacem eum componere cum Romanis: se Romam eadem nuntium missos Per quos sterijset, quo minus belli finis fieret, adversus eos quid sibi faciendum esset,*

effes, Rhodios consideraturos esse. Ne nunc quidem haec sine indignatione legi audiri posse, certum habeo. inde existimari potest, qui habitus animorum audientibus ea Patribus fuerit.

XV. Claudius, nihil responsum, auctor est: tantum senatusconsultum recitatum, quo Caras et Lycios liberos esse juberet populus Romanus. literasque extemplo ad utramque gentem. * scirent indicatum mitti. Qua audita re, principem legationis, cujus magniloquentiam vix curia paulo ante ceperat, corruisse. Alii responsum esse tradunt, *Populum Romanum et principio hujus belli haud vanis auctoribus compertum habuisse, Rhodios cum Persæ rege adversus rempublicam suam occulta consilia injicere: et, si id ante dubium fuisset, legatorum paulo ante verba ad certum redegisserit: et plerumque ipsum se fraudem, etiamsi in initio caucior fuerit, detegere.* Rhodios nuntio in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere: *Deorum nunc arma sumpturos positurosque Romanos esse. jam non Deos foederum testes, sed Rhodios habituros.* Itane tandem iis *pareatur exercitusque de Macedonia deportentur? Visuros esse, quid sibi faciendum sit. Quid Rhodii visuri sint, ipsos scire.* Populum certe Romanum, devicto Persæ, quod propediem sperent fore, visurum, ut pro meritis cujusque in eo bello civitatis gratiam dignam referat. Munus tamen legatis in singulos binum millium acris milium est: quod ii non acceperunt.

XVI. Literae deinde recitatae Q. Marci consulis sunt, *Quemadmodum, saltu superato, in Macedoniam transisset: ibi et ex aliis locis commeatus a praetore prospectos in hiemem habere, et ab Epirotis viginti millia modiorum tritici, decem hordei summisserit: ut pro eo frumento pecunia Romae legatis eorum curaretur.* *Vestimenta militibus ab Roma mittenda esse: equis ducentis ferme opus esse, maxime Numidis: nec sibi in his locis ullam coquam esse.* Senatusconsultum, ut ea omnia ex literis consulis fierent, factum est. C. Sulpicius praetor sex millia togarum, triginta tunicarum, et equos deportanda in Macedoniam, praebendaque arbitrati consulis locavit, et lega-

ais Epirotarum pecuniam pro frumento solvit; et Onesimum, Pythonis, filium, nobilem Macedonem, in senatum introduxit. Is pacis semper auctor regi fuerat, monueratque, sicut pater ejus Philippus institutum usque ad ultimum vitae diem servabat, quotidie bis in die foederis icti cum Romanis perlegendi; ut eum morem, si non semper, crebro tamen usurparet. Postquam deterere eum a bello nequirit, primo subtrahere sese per alias atque alias causas, ne interesset iis, quae non probabat, coepit: postremo, cum suspectum se esse cerneret, et proditionis interdum crimine insimulari, ad Romanos transfugit: magno usui consuli fuit. Ea introductus in eunam cum memorasset, senatus in formulam sociorum eum referri iussit: locum, lautia praeberi: agri Tarentini, qui publicus populi Romani esset, ducenta jugera dari, et aedes Tarenti emi: uti ea curaret, C. Decimio praetori mandatum. Censores censum Idibus Decembris, severius quam ante, habuerunt: multis equi adempti, inter quos P. Rutilio, qui tribunus plebis eos violenter accusarat: tribu quoque is motus, et aerarius factus. Ad opera publica faciendam cum eis dimidium ex vectigalibus ejus anni attributum ex senatusconsulto a quaestoribus esset; Ti. Sempronius ex ea pecunia, quae ipsi attributa erat, aedes P. Africani pone Veteres ad Vortumni signum, lanienasque et tabernas conjunctas in publicum emit, basilicamque faciendam curavit, quae postea Sempronja appellata.

XVII. Jam in exitu annus erat, et propter Macedonici maxime belli curam in sermonibus homines habebant, quos in annum consules ad finiendum tandem id bellum crearent. itaque senatusconsultum factum est, ut Cn. Servilius primo quoque tempore ad comitia habenda veniret. Senatusconsultum Sulpicius praetor ad consulem *post paucos dies recitavit, quibus ante diem ** in urbem venturum. Et consul maturavit, et comitia eo die, qui dictus erat, sunt perfecta. Consules creati L. Aemilius Paullus iterum, septimo decimo anno postquam prius consul fuerat, et C. Licinius Crassus. Praetores postero die facti Cn. Baebius Tamphilus, L. Anicius Gallus, Cn.

Cn. Octavius, P. Fontejus Balbus, M. Aebutius Elva, C. Papirius Carbo. Omnia ut maturius agerentur, belli Macedonici stimulabat cura. itaque designatos exemplo sortiri placuit provincias; ut, utri Macedonia consuli, cuique praetori classis venisset, sciretur: ut jam inde cogitarent pararentque, quae bello ului forent, senaturque consulere, si qua re consulto opus esset. *Latinas, ubi magistratum inissent, quod per religiones posset, primo quoque tempore fieri placere; neque consulem, cui eundem in Macedoniam esset, teneri.* His decretis, consulibus Italia et Macedonia, praetoribus, praeter duas jurisdictiones in urbe, classis, et Hispania, et Sicilia, et Sardinia provinciae nominatae sunt. Consulium, Aemilio Macedonia, Licinio Italia evenit. Praetores, Cn. Baebius urbanam, L. Anicius peregrinam, et si quo senatus censuisset, Cn. Octavius classem, P. Fontejus Hispaniam, M. Aebutius Siciliam, Cn. Papirius Sardiniam est sortitus.

XVIII. Extemplo apparuit omnibus, non segniter id bellum L. Aemilium gesturum; praeterquam quod alius vir erat, etiam quod dies noctesque intentus ea sola, quae ad id bellum pertinerent, animo agitabat. Jam omnium primum a senatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent ad exercitus visendos classemque, et comperta referenda, quid aut terrestribus aut navalibus copiis opus esset: praeterea ut explorarent copias regias, quantum possent, quaque provincia nostra, qua hostium foret: atrum intra saltus castra Romani haberent, an jam omnes angustiae exsuperatae, et in aequa loca pervenissent: qui fideles nobis focii, qui dubii suspensaeque ex fortuna fidei, qui certi hostes viderentur: quanti praeparati commeatus, et unde terrestri itinere, unde navibus supportarentur: quid ea aestate terra marique rerum gestarum esset: ex his bene cognitis certa in futurum consilia capi posse ratus. Senatus Cn. Servilio consuli negotium dedit, ut is in Macedoniam, quos L. Aemilio videretur, legaret. Legati biduo post profecti, Cn. Domitius Ahenobarbus, A. Licinius Nerva, L. Baebius. Bis in exitu anni ejus lapidatum esse nuntiatum est; in Romano agro, simul in Vejentibus. novemdiale sacrum factum est. Sa-

cerdotes eo anno mortui sunt, P. Quinctilius Varus, flamen Martialis; et M. Claudius Marcellus decemvir: in cuius locum Cn. Octavius suffectus. Et jam magnificentia crescente notatum est, ludis circensibus P. Cornelii Scipionis Nasicae et P. Lentuli aedilium curulium sexaginta tres Africanas, et quadraginta urfos et elefantos luisse.

XIX. L. Aemilio Paulo, C. Licinio consulibus, Idibus Martiis principio insequentis anni, cum in expectatione Patres fuissent, maxime quidquam consul de Macedonia, cuius ea provincia esset, referret; *nihil se habere, Paullus, quod referret, cum nondum legati redissent, dixit. Ceterum Brundisii legatos jam esse, bis ex cursu Dyrrachium ejectos. Cognitis mox, quae nosci prius in rem esset, relaturum: id fore intra perpaucos dies. Et, ne quid profectionem suam teneret, pridie Idus Aprilis Latinis esse constitutam diem. Sacrificio rite perfecto, se et Cn. Octavium, simul senatus censuisset, exituros esse. C. Licinio collegae suo fore curae, se absente, ut, si qua parari mittive ad id bellum opus sit, parentur mittanturque. Interea legationes exterarum nationum audiri posse. Sacrificio rite perfecto, primi Alexandrini, legati ab Ptolemæo et Cleopatra regibus, vocati sunt. Sorditati, barba et capillo promisso, cum ramis oleae ingressi curiam, procubuerunt: et oratio, quam habitus, fuit miserabilior. Antiochus Syriae rex, qui obses Romae fuerat, per honestam speciem majoris Ptolemaei reducendi in regnum, bellum cum minore fratre ejus, qui tum Alexandriam tenebat, gerens, et ad Pelusium navali proelio victor fuerat, et, tumultuario opere ponte per Nilum factis, transgressus cum exercitu, obsidione ipsam Alexandriam terrebat: nec procul abesse, quin potiretur regno opulentissimo, videbatur. Ea legati querentes orabant senatum, ut opem regno regibusque amicis impere ferrent. Ea merita populi Romani in Antiochum, eam apud omnes reges gentesque auctoritatem esse, ut, si legatos misissent, qui denuntiarent, non placere senatui, sociis regibus bellum fieri, extemplo abscissurus a moenibus Alexandriae, abducrurusque exercitum in Syriam esset. Quod si cunctentur facere, brevi extorres regno Ptolemaeum*

U. C. 584. a. C. N. 168.

et Cleoparram Romam venturos, cum pudore quodam populi Romani; quod nullam opem in ultimo discrimine fortunarum tulissent. Moti Patres precibus Alexandrinorum, extemplo C. Popillium Laenatem, et C. Decimium, et C. Hostilium legatos, ad finiendum inter reges bellum, miserunt. Prius Antiochum, dein Ptolemaeum adire iussi, et nuntiare, ni abfistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.

XX. His intra triduum simul cum legatis Alexandrinis profectis, legati ex Macedonia Quinquatribus ultimis adeo expectati venerunt, uti, nisi vesper esset, extemplo senatum vocaturi consulens fuerint. Postero die senatus fuit, legati que auditi sunt. Hi nuntiant, *Majore periculo, quam emolumento, exercitum per invios saltus in Macedoniam inductum. Pieriam, quo processisset, regem tenere: castra castris prope ita collata esse, ut flumine Enipeo interjecto arceantur, neque regem pugnandi potestatem facere, nec nostris vim ad cogendum esse. Hiemem etiam asperam rebus gerendis intervenisse, in otio militem ali, nec plus quam sex** frumentum habere. Macedonum dici viginti millia armatorum esse. Si Ap. Claudio circa Lychnidum satis validus exercitus foret, potuisse ancipiti bello distingere regem: nunc et Appium, et quod cum eo praesidii sit, in summo periculo esse, nisi propere aut justus exercitus eo mittatur, aut illi inde deducantur. Ad classem se ex castris profectos, sociorum navalium partem morbo audisse absumentam; partem, maxime qui ex Sicilia fuerint, domos suas abisse, et homines navibus deesse. qui sint, neque stipendium accepisse, neque vestimenta habere. Eumcnem classemque ejus, tanquam vento allatas naves, sine causa et venisse, et abisse: nec animum ejus regis constare satis visum. Sicut omnia de Eumene dubia, Attali egregie constantem fidem nuntiabant.*

XXI. Legatis auditis, tunc de bello referre sese L. Aemilius dixit. Senatus decrevit, *ut in octo legionem parem numerum tribunorum consules et populus crearentur: creari autem neminem eo anno placere, nisi qui honorem*

gessisset. Tum ex omnibus tribunis militum uti L. Aemilius in duas legiones in Macedoniam, quos eorum velis, eligas, et ut, sollempni Latinarum perfecto, L. Aemilius consul, Cn. Octavius praetor, cui classis obrigisset, in provinciam proficiscantur. Additus est his tertius L. Anicio praetor, cujus inter peregrinos jurisdictio erat. eum in provinciam Illyricum circa Lychnidum Ap. Claudio succedere placuit. Delectus cura C. Licinio consuli imposita. is septem millia civium Romanorum et equites ducentos scribere iussus; et sociis nominis Latini septem millia peditum imperare, quadringentos equites; et Cn. Servilio Galliam obtinenti provinciam literas mittere, ut sexcentos equites conscriberet. Hunc exercitum ad collegam primo quoque tempore mittere in Macedoniam iussus. neque in ea provincia plus quam duas legiones esse; eas repleri, ut sena millia peditum, trecenos haberent equites. ceteros equites peditesque in praesidiis disponi. qui eorum idonei ad militandum non essent, dimitti. Decem praeterea millia peditum imperata sociis, et octingenti equites. Id praesidii additum Anicio, praetor duas legiones, quas portare in Macedoniam est iussus, quina millia peditum et ducentos habentes, trecenos equites: et in classem quinque millia navalium socium sunt scripta. Licinius consul duabus legionibus obtinere provinciam iussus: eo addere sociorum decem millia peditum, et sexcentos equites.

XXII. Senatusconsultis perfectis, L. Aemilius consul e curia in concionem processit, orationemque talem habuit. *Animadvertisse videor, Quirites, majorem mihi, sortito Macedoniam provinciam, gratulationem factam, quam cum aut consul essem consalutatus, aut quo die magistratum inissem: neque id ob aliam causam, quam quia bello in Macedonia, quod diu trahitur, existimastis dignum majestate populi Romani exitum per me imponi posse. Deos quoque huic fuisse sorti spero, eisdemque in rebus gerendis affuturos esse. Haec parim opinari, parim sperare possum. Illud affirmare pro certo habeo audeoque, me omni ope annisurum esse, ne frustra vos hanc spem de me conceperitis. Quae ad bellum opus sunt, et senatus*
decre-

decrevis, et (quoniam extemplo proficisci placet, neque ego in mora sum) C. Licinius collega, vir egregius, aequae esse parabis, ac si ipse id bellum gesturus esses. Vos, quae scripsero senatus, aut vobis, credite. rumores credititate vestra ne alatis, quorum auctor nemo exstabit. Nam nunc quidem, quod vulgo fieri, hoc praecipue bello, animadverti, nemo tam fama contemptor est, cujus non debilitari animus possit. In omnibus circulis, atque etiam (si Diis placeat) in convivis sunt, qui exercitiis in Macedonia ducant; ubi castra locanda sint, sciant: quae loca praefidiis occupanda; quando, aut quo saltu intranda Macedonia; ubi horrea ponenda: qua terra, mari subvehantur commeatu; quando cum hoste manus conferendae; quando quiescendum sit. Nec, quid melius faciendum sit, modo statuunt, sed, quidquid aliter, quam ipsi censuere, factum est, consulem veluti dicta die accusant. Haec magna impedimenta res gerentibus sunt. nec enim omnes tam firmi et constantis animi contra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fuit: qui suam imperium minui per vanitatem populi maluit, quam secunda fama male rem gerere. Non sum is, qui non existimem admonendos duces esse: immo eum, qui de sua unius sententia omnia gerat, superbum judico magis, quam sapientem. Quid ergo est? Primum a prudentibus, et proprie rei militaris peritis, et usu doctis, monendi imperatores sunt; deinde ab his, qui intersunt gerendis * loco, qui hactem, qui temporum opportunitatem vident, qui in eodem velut navigio participes sunt periculi. Itaque si quis est, qui, quod e republica sit, suadere se mihi in eo bello, quod gesturus sum, confidas: ne deneges operam reipublicae, et in Macedonia mecum veniat. nave, equo, tabernaculo, viatico etiam a me juvabitur. Si quem id facere piget, et otium urbanum militiae laboribus praecipias, e terra ne gubernaveris. Sermonum satis ipsa praebet urbs. Iniquitatem suam contineat: nos castris consiliis contempnos futuros esse scias. Ab hac concione, Latinis, quae pridie Kalendas Apriles fuerunt, in monte sacrihicio rite perpetrato, protinus inde et consul et praetor Cn. Octavius in Macedoniam profecti sunt. Traditum est memoriae, maiore, quam solita, frequentia prosequentium

consuem celebratum; ac prope certa spe ominatos esse homines, finem esse Macedonico bello, maturumque reditum cum egregio triumpho consulis iore.

XXIII. Dum haec in Italia geruntur, Perseus, quod jam inchoatum perficere, quia impensa pecuniae facienda erat, non inducebat in animum, ut Gentium Illyriorum regem sibi adungeret; hoc, postquam intrasse saltum Romanos, et adesse discrimen utinum belli animadvertit, non ultra differendum ratus; cum per Hippiam legatum trecenta argenti talenta pactus esset, ita ut obudes ultro citroque darentur, Pantauchum miit, ex fidelissimis amicis, ad ea perficienda. Medeone Labeatidis terrae Pantauchus regi Illyrio occurrit: ibi et jusjurandum ab rege et obides accepit. missus et a Gentio est legatus, nomine Olympio, qui jusjurandum a Perseo obidesque exigeret. Cum eodem ad pecuniam accipiendam missi sunt, et, auctore Pantaicho, qui Rhodum legati cum Macedonibus irent, Parimenio et Morcus destinantur. quibus ita mandatum, uti, jurejurando, oblidibusque, et pecunia accepta, tum demum Rhodum proficiscerentur: *duorum simul regum nomine incitari Rhodios ad bellum Romanum posse. adjunctam civitatem, penes quam unam tum rei navalis gloria esset, nec terra nec mari spem relicturam Romani.* Venientibus Illyriis Perseus, ab Enipeo amni ex castris cum omni equitatu profectus, ad Diuum occurrit. Ibi ea, quae convenerunt, circumfuso agmine equitum facta; quos adesse foederi lancitae cum Gentio societatis volebat rex, aliquantum eam rem ratus animorum iis adjecturam. et obudes in conspectu omnium dati acceptique: et, Pellam ad thesauros regiois missi, qui pecuniam acciperent, qui Rhodum irent cum Illyriis legatis, Thessalonicae conscendere iussu. Ibi Metrodorus erat, qui nuper ab Rhodo venerat: auctoribusque Dinone et Polyarato, principibus civitatis ejus, affirmabat, Rhodios paratos ad bellum esse. is princeps junctae cum Illyriis legationis datus est.

XXIV. Eodem tempore ad Eumenem et ad Antiochum communia mandata, quae subijcere conditio rerum poterat.

poterat. Natura inimica inter se esse liberam civitatem et regem. Singulos populum Romanum aggredi, et, quod indignius sit, regum viribus reges oppugnare. Attalo adiutore, patrem suum oppressum. Eumene adjuvante, et quadam ex parte etiam Philippo patre sub, Antiochum oppugnatum. in se nunc et Eumenem et Prusiam armatos esse. Si Macedoniae regnum sublarum foret, proximam Asiam esse; quam jam ex parte, sub specie liberandarum civitatum, suam fecerint: deinde Syriam. Jam Prusiam Eumeni honore praeferrere, jam Antiochum victorem praemio belli ab Aegypto arceri. Haec cogitantem providere jubebat, ut aut ad pacem secum faciendam compelleret Romanos, aut perseverantes in bello injusto communes duceret omnium regum hostes. Ad Antiochum aperta mandata erant, ad Eumenem per speciem captivorum redimendorum missus legatus erat: verum occultiora quaedam agebantur, quae in praesentia invisum quidem et suspectum Romanis Eumenem falsis gravioribus * *. Proditor enim ac prope hostis habitus, dum inter se duo reges captantes fraude et avaritia certant. Cydas erat Cretensis, ex intimis Eumenis: hic prius ad Amphipolim cum Chimaro quodam populari suo, militante apud Persea, inde postea ad Demetriadem, semel cum Menecrate quodam, iterum cum Antinacho, regis ducibus, sub ipsis moenibus urbis collocatus fuerat. Eropon quoque, qui tunc missus est, duabus ad eundem Eumenem jam ante legationibus functus erat. Quae colloquia occulta et legationes infames quidem erant: sed, quid actum esset, quidve inter reges convenisset, ignorabatur. Res autem ita sese habuit.

XXV. Eumenes neque favit victoriae Persei, neque bello eum invadere animo habuit: non tam quia paternae inter eos inimicitiae erant, quam ipsorum odiis inter se accensae. Non ea regum aemulatio, ut aequo animo Persea tantas adipisci opes, tantamque gloriam, quanta Romanis victis eum manebat, Eumenes visurus fuerit. Cernebat et Persea, jam inde ab initio belli, omni modo spem pacis tentasse, et in dies magis, quo propior admovebatur terror, nihil neque sperare aliud, neque cogitare.

tare. Romanos quoque, quia traheretur diutius spe ipsorum bellum, et ipsos duces, et senatum, non abhorere a finiendo tam incommodo ac difficili bello. Hac utriusque partis voluntate explorata, quod fieri etiam sua sponte taedio validioris, metu infirmioris credebatur posse, in eo suam operam venditare concilianda gratia magis cupiit. Nam, modo ne juvaret bello Romanos terra marique, modo pacis patranda cum Romanis pacifcebatur mercedem: ne bello interesset, mille et quingenta talenta. in utroque non fidem modo se, sed obsides quoque, dare paratum esse, ostendebat. Perseus ad rem inchoandam promptissimus erat, cogente metu, et de obsidibus accipiendis sine dilatione agebat, conveneratque, ut accepti Cretam mitterentur. Ubi ad pecuniae mentionem ventum erat, ibi haesitabat: et utique alteram in tanti nominis regibus turpem ac sordidam, et danti, et magis accipienti, mercedem esse. Malebat in spem Romanae pacis non recusare impensam, sed eam pecuniam perfecta re daturum; interea Samothracae in templo depositurum. Ea insula cum ipsius ditionis esset, videre Eumenes nihil interesse, an Pellae pecunia esset: id agere, ut partem aliquam praesentem ferret. Ita, nequidquam inter se captati, nihil praeter infamiam movere.

XXVI. Nec haec tantum Perseo per avaritiam est dimissa res, cum pecuniam tutam et pacem habere per Eumenum, quae vel parte regni redimenda esset, ac receptus protrahere inimicum mercede onustum, et hostes merito ei Romanos posset facere: sed etiam Gentii regis parata societas, et tum Gallorum, effusorum per Illyricum, ingens agmen oblatum avaritia dimissum est. Veniebant decem millia equitum, par numerus peditum, et ipsorum jungentium cursum equis, et invicem prolapsorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos. Hi pacti erant, eques denos praesentes aureos, pedes quinos, mille dux eorum. Venientibus his Perseus ab Enipeo ex castris profectus obviam cum dimidia copiarum parte denuntiare per vicus urbesque, quae viae propinquae sunt, coepit, ut comestus expedirent, frumenti, vini, pecorum ut copia esset. ipse equos, phalerasque, et sagula-

donum principibus ferre, et parum auri, quod inter paucos divideret, multitudinem credens trahi se posse. Ad Almanam urbem pervenit, et in ripa fluminis Axii posuit castra. circa Desudabam in Maedica exercitus Gallorum confederat, mercedem pactam opperens. Eo mit- tit Antigonum; ex purpuratis unum, qui juberet, mul- titudinem Gallorum ad Byzozora (Paeoniae is locus est) castra movere, principes ad se venire frequentes. se- ptuaginta quinque millia ab Axio flumine et castris regis aberant. Haec mandata ad eos cum pertulisset Antigo- nus, adjecissetque, per viam quanta omnium praeparata cura regis copia multitudini foret, quibusque muneribus principes advenientes, vestis, argenti, equorumque ex- cepturus se coram cognituro respondens. illud, quod praesens pepigissent, interro- gant, ecquid aurum, quod in singulos pedites equites- que dividendum esset, secum adduxisset? Cum ad id nihil responderetur, Clondicus regis eorum, *Abi, re- munitia ergo, inquit, regi, nisi aurum obsolesque accepis- sent, nusquam inde Gallos longius vestigium moruros.* Haec relata regi cum essent, advocato consilio, cum, quid omnes suaturi essent, appareret, ipse, pecuniae, quam regni, melior custos, institit de perlicia et feritate Gal- lorum differere. *Multorum jam ante cladibus experrum, periculosum esse, tantam multitudinem in Macedoniam accipere, ne graviore eos socios habeant, quam hostes Romanos. Quinque millia equitum sut esse, quibus et usi ad bellum possent, et quorum multitudinem ipsi non si- meant.*

XXVII. Apparebat in omnibus, mercedem multitu- dinis timere, nec quidquam aliud: sed, cum suadere consulenti nemo auderet, remittitur Antigonus, qui nun- tiaret, quaque millium equitum opera tantum uti re- gem: contemnere multitudinem aliam. Quod ubi audi- vero barbari, ceterorum quidem fremitus fuit, indignan- tiam se frustra excitos sedibus suis: Clondicus rursus in- terrogat, ecquid ipsis quinque millibus, quod convenis- set, numeraret? Cum adversus id quoque misceri ambages cerneret, inviolato fallaci nuntio, (quod vix spera-

verat ipse posse contingere) retro ad Istrum, perpopulati Thraciam, qua vicina erat viae, redierunt. Quae manus, quieto sedente rege ad Enipeum, adversus Romanos Perhaebiae saltum in Thessaliam traducta, non agros tantum nudare populando potuit, ne quos inde Romani commeatu expectarent, sed ipsas excindere urbes, tenente ad Enipeum Perseo Romanos, ne urbibus sociis opitulari possent. Iphis quoque Romanis de se cogitandum fuisset: quando neque manere, amissa Thessalia, unde exercitus alebatur, petuissent, neque progredi, cum ex adverso castra Macedonum *** qui ea pependerant spe, haud mediocriter debilitavit. Eadem avaritia Gentium regem sibi alienavit. nam, cum trecenta talenta Pellae missis a Gentio numerasset; signare eos pecuniam passus. Inde decem talenta ad Pantauchum missa, eaque praesentia dari regi iussit: reliquam pecuniam, signatam Illyriorum signo, portantibus suis praecipit, parvis itineribus veherent: dein, cum ad finem Macedoniae ventum esset, subsisterent ibi, ac nuntios ab se opperirentur. Gentius, exigua parte pecuniae accepta, cum assidue Pantaucho ad lacessendos hostili facto Romanos stimularetur, M. PERNAM et L. PETILIUM legatos, qui tum sorte ad eum venerant, in custodiam coniecit. Hoc audito, Perseus, contraxisse eum necessitates ratus ad bellam utique cum Romanis, ad revocandum, qui pecuniam portabat, misit: velut nihil aliud agens, quam ut, quanta maxima posset, praeda ex victo Romanis reservaretur. Et ab Eumene Eropon, ignotis, quae occulte acta erant, redit. De captivis actum esse et ipsi evulgaverant, et Eumenes consulem, vitandae suspicionis causa, certiore fecit.

XXVIII. Perseus, post reditum ab Eumene Eroponis spe dejectus, Antenorem et Callippum praefectos classis cum quadraginta lembis (adjectae ad hunc numerum quinque pristes erant) Tenedum mittit; ut inde sparsae per Cycladas insulas naves, Macedoniae cum frumento petentes, tutarentur. Cassandreae deductae naves in portus primum, qui sub Atho monte sunt, inde Tenedum placido mari cum trajecissent, stantes in portu Rhodias apertas naves Eudamumque praefectum earum, in-

violatas, atque etiam benigne appellatos dimiserunt. Cognito deinde, in latere altero quinquaginta onerarias suarum, stantibus in ostio portus Eumenis rosiratis, quibus Damius praeerat, inclusas esse; circumvectis prope, ac submotis terrore hostium navibus, onerarias, datis, qui prosequerentur, decem lembis, in Macedoniam mittunt: ita ut in tutum profecti redirent Tenedum. Nono post die ad classem, jam ad Sigeum stantem, redierunt. Inde Subota (insula est interjecta Elaeae et Atho) traiciunt. Forte postero die, quam Subota classis tenuit, quinque et triginta naves, quas hippagogos vocant, ab Elaea profectae cum equitibus Gallis equisque, Phanas promontorium Chiorum petebant, unde transmitters in Macedoniam possent. Attalo ab Eumene mittebantur. Haec naves per altum ferri cum ex specula signum datum Antenori esset, profectus a Subotis, inter Erythrarum promontorium Chiumque, qua arctissimum fretum est, iis occurrit. Nihil minus credere praefecti Eumenis, quam Macedonum classem in illo vagari mari: nunc Romanos esse, nunc Attalum, aut remissos aliquos ab Attalo ex castris Romanis Pergamum petere. Sed cum jam appropinquantium forma lemborum haud dubia esset, et concitatio remorum, directaeque in se prorae, hostes appropinquare aperuissent; tunc injecta trepidatio est, cum resistendi spes nulla esset, inhabilisque navium genere, et Gallis vix quietem ferentibus in mari. Pars eorum, qui propiores continenti litori erant, in Erythraeam enarunt: pars, velis datis, ad Chium naves eiecere, relictisque equis, effusa fuga urbem petebant. Sed, propius urbem lembi accessuque commodiore cum exposuissent armatos, partim in via fugientes Gallos adepti Macedones ceciderunt, partim ante portam exclusos, clauseram enim Chii portam, ignari, qui fugerent, aut sequerentur. Octingenti ferme Gallorum occisi, ducenti vivi capti: equi, pars in mari, fractis navibus, absumti; partim nervos succiderunt in litore Macedones. viginti eximiae equos formae cum captivis eisdem decem lembos, quos ante miserat, Antenor devehere Thessalonicam iussit, et primo quoque tempore ad classem reverti: Phanis se eos expectaturum. Triduum ferme classis ad urbem stetit.

Phanas inde progressi sunt, et, spe celerius reversis decem lembis, evecti Aegaeo mari Delum trajecerunt.

XXIX. Dum haec geruntur, legati Romani, C. Popillius, et C. Decimius, et C. Hostilius, a Chalcide profecti, tribus quinqueremibus Delum cum venissent, lembos ibi Macedonum quadraginta, et quinque regis Eumenis quinqueremes invenerunt. Sanctitas templi insulaeque inviolatos praestabat omnes. Itaque permixti Romanique et Macedones et Eumenis navales socii in templo, inducias religione loci praebente, versabantur. Antenor, Persei praefectus, cum aliquas alto praeferrī onerarias naves ex speculis significatum foret, parte lemborum ipse insequens, parte per Cycladas disposita, praeterquam si quae Macedoniam peterent, omnes aut supprimebat, aut spoliabat naves, quibus poterat, Popillius aut Eumenis naves succurrebat: sed vecti nocte binis aut ternis plerumque lembis Macedones fallebant. Per id fere tempus legati Macedones, Illyriique simul Rhodum venerunt, quibus auctoritatem addidit non lemborum modo adventus, passim per Cycladas atque Aegaeum vagantium mare, sed etiam conjunctio ipsa regum Persei Gentiique, et fama cum magno numero peditum equitumque venientium Gallorum. Et jam cum accessissent animi Dinoni ac Polyarato, qui Persei partium erant, non benigne modo responsum regibus est, sed palam pronuntiatum, *bello finem se auctoritate sua imposuros esse. itaque ipsi quoque reges aequos adhiberent animos ad pacem accipiendam.*

XXX. Jam veris principium erat, novique duces in provinciam venerant; consul Aemilius in Macedoniam, Octavius Oreum ad classem, Anicius in Illyricum, cui bellandum adversus Gentium. Patre Pleurato rege Illyriorum et matre Eurydica genitus fratres duos, Platorem utroque parente, Caravantium matre eadem natum, habuit. Hoc propter ignobilitatem paternam minus suspecto, Platorem occidit et duos amicos ejus, Etritum et Epicadum, impigros viros, quo tutius regnaret. Fama fuit, Honuni Dardanorum principis filiam Etutam pacto

fratri eum invidisse, tanquam his nuptiis adjungenti sibi Dardanorum gentem. et similis id vero fecit ducta ea virgo, Platore interfecto. Gravis deinde, demto fratris metu, popularibus esse coepit: et violentiam insitam ingenio intemperantia vini accendebat. Ceterum, sicut ante dictum est, ad Romanum incitatus bellum, Lissum omnes copias contraxit: quindecim millia armatorum fuerunt. Inde, fratre in Caviorem gentem, vi aut terrore subigendam, cum mille peditibus et quinquaginta equitibus missis, ipse ad Bassaniam urbem quinque milia ab Lisso ducit. Socii erant Romanorum. itaque per missos nuntios prius tentati, obsidionem pati, quam dedere sese, maluerunt. Caravantium in Caviis Durniam oppidum advenientem benigne accepit: Caravantis altera urbs exclusit. et, cum agros eorum effulse vastaret, aliquot palati milites agrestium concursu interfecti sunt. Jam et Ap. Claudius, assumtis ad eum exercitum, quem habebat, Bulinorum, et Apolloniatium, et Dyrrachinorum auxiliis, profectus ex hibernis, circa Genusium omnem castra habebat; audito foedere inter Persea et Gentium, et legatorum violatorum injuria accensus, bellum haud dubie adversus eum gesturus. Anicius praetor, eo tempore Apolloniae auditis, quae in Illyrico gererentur, praemissisque ad Appium literis, ut se ad Genusium operiretur, triduo et ipse in castra venit: et ad ea, quae habebat, auxilia assumtis Parthinorum juventutis duobus millibus peditum et equitibus ducentis, (peditibus Epicadus, equitibus Algallus praecerat) parabat ducere in Illyricum, maxime ut Bassanitas solveret obsidione. tenuit insperatum ejus fama lemborum vastantium maritimam oram. Octoginta erant lembi, auctore Pantaucho missi a Gentio ad Dyrrachinorum et Apolloniatium agros populandos. Tum classis ad

to eo tradiderunt se.

XXXI. Deinceps et urbes regionis ejus idem faciebant, adjuvante inclinationem animorum clementia in omnes et justitia praetoris Romani. Ad Scodram inventum est, id quod belli caput fuerat; non eo solum,

quod Gentius eam sibi ceperat velut regni totius arcem, sed etiam quod Labeatum gentis munitissima longe est et difficilis aditu. Duo cingunt eam flumina, Clausala lateris urbis, quod in orientem patet, praefluens, Barbana ab regione occidentis, ex Labeatide palude oriens. hi duo amnes confluentes incidunt Oriundi flumini; quod, ortum ex monte Scodro, multis et aliis auctum aquis, mari Hadriatico infertur. Mons Scodrus, longe altissimus regionis ejus, ab oriente Dardanium subjectam habet, a meridie Macedoniam, ab occasu Illyriam. Quamquam munitum situ naturali oppidum erat, gensque id tota Illyriorum et rex ipse tuebatur, tamen praetor Romanus, quia prima successerant prospere, fortunam totius rei principia secuturam esse ratus, et repentinum valiturum terrorem, instructo exercitu ad moenia succedit. Quod si clausis portis muros portarumque turres, dispositis armatis, defendissent, vano cum incepto moenibus pepulissent Romanos, nunc, porta egressi, proelium loco aequo majore animo commiserunt, quam sustineant. Pulsi enim et fuga conglobati, cum ducenti amplius in ipsis faucibus portae cecidissent, tantum intulerunt terrorem, ut oratores extemplo ad praetorem mitteret Gentius Teuticum et Bellum, principes gentis, per quos inducias peteret, ut deliberare de statu rerum suarum posset. Triduo in hoc dato, cum castra Romana quingentos ferme passus ab urbe abessent, navem conscendit, et flumine Barbana navigat in lacum Labeatum, velut secretum locum petens ad consultandum; sed, ut apparuit, falsa spe excitus, Caravantium fratrem, multis millibus armatorum actis ex ea regione, in quam missus erat, adventare. qui postquam evanuit rumor, tertio post die navem eandem secundo anni Scodram demisit: praemisissetque nuntiis, ut sibi appellandi praetoris potestas fieret, copia facta, in castra venit. Et principium orationis ab accusatione stultitiae orsus suae, postremo ad preces lacrimasque effusus, genibus praetoris accidens, in potestate sese dedit. Primo, bonum animum habere iussus, ad coenam etiam invitatus, in urbem ad suos rediit, et cum praetore eo die honorifice est epulatus: deinde in custodiam C. Cassii tribuno militum traditus, vix gladiatorio

torio accepto decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret.

XXXII. Anicius, Scodra recepta, nihil prius quam requisitos Petillum Perpernamque legatos ad se duci, iussit. quibus splendore suo restituto, Perpernam extemplo mittit ad comprehendendos amicos cognatosque regis: qui, Medeonem, Labeatium gentis urbem, profectus, Etlevam uxorem cum filiis duobus, Scerdilaedo Pleuratoque, et Caravantium fratrem Scodram in castra adduxit. Anicius, bello Illyrio intra triginta dies perfecto, nuntium victoriae Perpernam Romam misit: et post dies paucos Gentium regem ipsum cum parente, conjugē, ac liberis, ac fratre, aliisque principibus Illyriorum. Hoc unum bellum prius perpetratum, quam coeptum, Romae auditum est. Quibus diebus haec agebantur, Perseus quoque in magno terrore erat, propter adventum simul Aemilii novi consulis, quem cum ingentibus minis adventare audiebat, simul Octavii praetoris. Nec minus terroris a classe Romana et periculo maritimae orae habebat. Thessalonicae Eumenes et Athenagoras praerant cum parvo praesidio duorum millium cetrorum. Eo et Androcleum praefectum mittit, iussum sub ipsis navalibus castra habere. Aeniam mille equites cum Antigono misit ad tutandam maritimam oram: ut, quocunque litore applicuissent naves hostium audissent, extemplo ferrent agrestibus opem. quinque millia Macedonum missa ad praesidium Pythii et Petrae, quibus praepositi erant Histiaeus, et Theogenes, et Milo. His profectis, ripam munire Enipei fluminis aggressus est, quia sicco alveo transiri poterat. Huic ut omnis multitudo vacaret, feminae, ex propinquis urbibus coactae, cibaria in castra afferebant: miles iussus ex propinquis fluvio.

* * *

XXXIII. ***. postremo sequi se utrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, iussit, et in litore alios alibi modicis intervallis fodere. montes ingentis altitudinis spem faciebant, eo magis quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere laticea, quorum

venae in mare permanentes undae miscerentur. Vix deducta summa arena erat, cum scaturiginès turbidae primò et tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam, velut Deùm dono, coeperunt. Aliquantum ea quoque res duci famae et auctoritatis apud milites adiecit. Jussis deinde militibus expedire arma, ipse cum tribunis primisque ordinibus vadit ad contemplandos transitus, qua descensus facilis armatis, qua in ulteriorem ripam minime iniquus ascensus esset. His satis exploratis, illa quoque primum, ut ordine ac sine tumultu omnia in agmine ad nutum imperiumque ducis fierent, providit. Ubi omnibus simul pronuntiaretur, quod fieret, neque omnes exaudirent; incerto imperio accepto, alios, ab se adjicientes, plus eo, quod imperatum sit, alios minus facere. clamores deinde dissonos oriri omnibus locis, et prius hostes, quam ipsos, quid paretur, scire. Placere igitur, tribunum militum primo pilo legionis secretum edere imperium: illum, et dein singulos, proximo cuique in ordine centurioni dicere, quid opus facto sit; sive a primis signis ad novissimum agmen, sive ab extremis ad primos perferendum imperium sit. Vigiles etiam novo more scutum in vigiliam ferre vetuit: non enim in pugnam vigilem ire, ut armis utatur, sed ad vigilandum, ut, cum senserit hostium adventum, recipiat se, excitetque ad arma alios. Scuto prae se erecto stare galeatos: deinde ubi fessis sint, innisos pilo, capite super marginem scuti posito, sopitos stare: ut fulgentibus armis procul conspici ab hoste possint, ipsi nihil provideant. Stationum quoque morem mutavit. armati omnes; et frenatis equis equites; diem totum perstabant. id cum aestivis diebus, urente assiduo sole, feret, tot horarum aestu et languore ipsos equosque fessos integri saepe adorti hostes, vel pauci plures vexabant. itaque ex matutina statione ad meridiem decedi, et in postmeridianam succedere alios jussit: ita nunquam fatigatos recens hostis aggredi poterat.

XXXIV. Haec cum ita fieri placere, concione advocata, pronuntiasset, adjecit urbanae concioni convenientem orationem. *Unum imperatorem in exercitu providere*

dere et consulere, quid agendum sit, debere, nunc per se, nunc cum iis, quos advocaverit in consilium. qui non sint advocati, eos nec palam, nec secreto jactare consilia sua. Militem haec iria curare debere, corpus ut quam validissimum et perniciosissimum habeat, arma apta, cibum paratum ad subita imperia: cetera scire de se Diis immortalibus et imperatori suo curae esse. in quo exercitu milites, consul, et imperator rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil salutare esse. Se, quod sit officium imperatoris, provisorum, ut bene gerendae rei occasionem eis praebeat. illos nihil, quod futurum sit, quaerere: ubi datum signum sit, tum militarem operam navare. Ab his praecipis concionem dimisit; vulgo etiam veteranis fatentibus, se illo primum die, tanquam tirones, quid agendum esset in re militari, didicisse. Non sermonibus tantum his, cum quanto assensu audissent verba consulis, ostenderunt; sed rerum praefens effectus erat. Neminem totis mox castris quietum videres: acuere alii gladios: alii galeas bucculasque, scuta alii loricasque tergere: alii aptare corpori arma, experiri que sub his membrorum agilitatem: quater alii pila, alii micare gladiis, mucronemque intueri: ut facile quis cerneret, ubi primum conferendi manum cum hoste data occasio esset, aut victoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum. Perleus quoque cum, adventu consulis simul et veris principio, strepere omnia moverique apud hostes, velut novo bello, cerneret, mota a Phila castra in adversa ripa posita, nunc ad contemplanda opera sua circumire ducem, haud dubie transitus speculantem,

* * *

norum esse.

XXXV. Quae res Romanis auxit animos, Macedonibus regique eorum haud mediocrem attulit terrorem. Et primo suppressere in occulto famam ejus rei est conatus, missis, qui Pantauchum inde venientem appropinquare castris vetarent. sed jam et pueri quidam vili ab suis erant inter obsides Illyrios ducti: et, quo quaeque accuratius curantur, eo facilius loquacitate regionum ministrorum emanant. Sub idem tempus Rhodii legati in castra

castra venerunt cum iisdem de pace mandatis, quae Romae ingentem iram Patrum excitavere. Multo iniquioribus animis a castrensi consilio auditi sunt. Itaque cum sibi praecipites sine responso * agendos castris, pronuntiavit, post diem quintumdecimum se responsum daturum. Interim, ut apparet, quantum pacificantium Rhodiorum auctoritas valuisset, consulere de ratione belli gerendi coepit. Placebat quibusdam, et maxime majoribus natu, per Enipei ripam munitionesque vim facere: *confertis et vim facientibus resistere Macedonas non posse: ex tot castellis aliquanto altioribus ac munitionibus, quae validis praesidiis infedissent, priore anno dejectos.* aliis placebat, Octavium cum classe Thessalonica petere, et populatione maritimae orae distringere copias regias: ut, altero ab tergo se ostendente bello, circumactus ad interiorum partem regni tuendam, nudare aliqua parte transitus Enipei cogeretur. Ipsi natura et operibus inexcuperabilis ripa videbatur: et, praeterquam quod tormenta ubique disposita essent, missilibus etiam melius et certiore ictu hostes uti audierat. Alio spectabat roens tota ducis: dimissoque consilio Perrhaebos mercatores, Schoenum et Menophilum, notae et fidei iam sibi et prudentiae homines, arcessitos secreto percontatur, qualis ad Perrhaebiam transitus sit. Cum loca non iniqua esse dicerent, praesidiis autem regis obsideri, spem cepit, si nocte improvise valida manu aggressus necopinantes esset, dejici praesidia posse. *Jacula enim et sagittas et cetera missilia in scebris, ubi, quid petatur, procul provideri nequeat, inutilia esse. gladio cominus geram rem in permixta turba, quo miles Romanus vincat.* His elucibus usus, praetorem Octavium arcessitum, exposito, quid pararet, Heraeum cum classe petere jubet, e: mille hominibus decem dierum cocta cibaria habere. Hic P. Scipionem Naucam, Q. Fabium Maximum filium suum cum quinque delectis millibus Heraeum mittit, ut classem concensuros ad maritimam oram interioris Macedoniae, quae in consilio agitata erat, vastandam. Secreto indicatum, cibaria his praeparata ad classem esse, ne quid eos morarentur. Inde passi duces itineris ita dixerunt viam, ut quarta vigilia tertio die Pythium adiri possent.

possent. Ipse postero die, ut distineret regem ab circumspecto rerum aliarum, prima luce medio in alveo cum stationibus hostium proelium commisit. pugnatumque utrinque est levi armatura: nec gravioribus armis in tam inaequali alveo pugnari poterat. Descensus ripae utriusque in alveum trecentorum ferme passuum erat: medium spatium torrentis, sibi aliter cavati, paulo plus quam mille passus patebat. Ibi in medio, spectantibus utrinque ex vallo castrorum hinc rege, hinc consule cum suis legionibus, pugnatum est. Missilibus procul regia auxilia melius pugnabant, cominus stabilior et tutior, aut parma, aut scuto Ligustino, Romanus erat. Meridie fere receptui cani suis consul iussit. ita eo die diremptum proelium est, haud paucis utrinque interfectis. Sole orto postero die, irritatis certamine animis, etiam acrius concursum est: sed Romani, non ab his tantum, cum quibus contractum certamen erat, sed multo magis ab ea multitudine, quae disposita in turribus stabat, omni genere missilium telorum ac saxis maxime vulnerabantur. Ubi propius ripam hostium subissent, tormentis missa etiam ad ultimos perveniebant. Multo pluribus eo die amissis, consul paulo serius recepit suos. Tertio die proelio abstinuit, degressus ad imam partem castrorum, veluti per devexum in mare brachium transitum tentaturus. Perseus, quod in oculis erat,

* * *

XXXVI. *** anni post circumactum solstitium erat: hora diei jam ad meridiem vergebat: iter multo pulvere et incalcescente sole factum erat. lassitudo et sitis jam sentiebatur, et, meridie instante, magis accessurum utrumque apparebat. Statuit sic affectos recenti atque integro hosti non objicere. Sed tantus ardor in animis ad dimicandum utrinque erat, ut consuli non minore arte ad suos eludendos, quam ad hostes, opus esset. Nondum omnibus instructis, instabat tribunis militum, ut maturarent instruere: circumibat ipse ordines, animos militum hortando in pugnam accendebat. Ibi primo alacres signum posebant. deinde, quantum increveret aestus, et vultus minus vigentes et voces segiores erant.

quod tu, occultius senserunt, non gravabor reddere dilatae pugnae rationem. Nam tantum abest, ut me hesternae quietis poeniteat, ut servatum a me exercitum eo consilio credam. in qua me opinione esse ne quis sine causa vestram credat, recognoscat, aedum, mecum, si videatur, quam multâ pro hoste et adversus nos fuerint. Jam omnium primum, quantum numero nos praestent, neminem vestram nec ante ignorasse, et hesterno die implicatam inventes aciem animadvertisse, certum habeo. Ex hac nostra paucitate quarta pars militum praesidio impedimentis relicta erat: nec ignavissimum quemque relinqui ad custodiam sarcinarum scitis. Sed fuerimus omnes. parvum hoc tandem esse credimus, quod ex his castris, in quibus hac nocte mansimus, exiri in aciem hodie: no aut summum crastino die, si ita videbitur, Diis bene juvenibus, sumus? Nihilne interest, utrum militem, quem neque viae labor hodie, neque operis fatigaverit, requiescens, integrum in tentorio suo arma capere jubeas, atque in aciem plenum virium, vigentem et corpore et animo educas? an longo itinere fatigatum, et onere fessum, madentem sudore, ardentibus firi faucibus, ore atque oculis replentem pulvere, torrentem meridiano sole, hosti objicias recenti, quieto, qui nulla re ante consumtas vires ad proelium afferat? Quis, pro Deum fidem! ita comparatus, vel iners atque imbellis, fortissimum virum non viceris? Quid? quod hostes per summum otium instruxerant aciem, reparaverant animos, stabant compositi suis quisque ordinibus? nobis tunc repente trepidandum in acie instruenda erat, et incompositis concurrendum?

XXXIX. At, Hercule, aciem quidem inconditam inordinatamque habuissimus: castra munita, provisa aquationem, rursum ad eam iter praesidiis impositis, explorata circa omnia; an nihil nostri habentes praeter nudum campum, in quo pugnaremus? Majores vestri castra munita portum ad omnes casus exercitus ducobant esse: unde ad pugnam exirent, quo jacrati tempestate pugnae receptam haberent. ideo, cum munimentis ea sepiissent, praesidio quoque valido firmabant; quod, qui castris exarsus erat, etiamsi pugnando acie vicisset, pro victo haberetur.

retur. castra sunt victori receptaculum, victo persequi. Quam multi exercitus, quibus minus prospera pugnae fortuna fuit, intra vallum compulsi, tempore suo, interdum momento post, eruptione facta, victricem hostem pepulerunt? patria altera est militaris haec sedes, vallumque pro moenibus, et tentorium suum cuique militi domus ac penates sunt. Sine ulla sede vagi dimicassetis, ut quo victores nos reciperemus? His difficultatibus et impedimentis pugnae illud opponitur: Quid si hostis hac interposita nocte abisset, quantum rursus sequendo eo periturus in ultimam Macedoniam exhauriendum laboris erat? Ego autem, neque mansurum eum, neque in aciem copias educurum fuisse, certum habeo, si cedere hinc scissemus, quanto enim facilius abire fuit, cum procul abessemus, quam nunc, cum in cervicibus sumus? Nec falleret nos, nec interdum nec nocte abeundo. Quid autem est nobis optatius, quam ut, quorum castra, praesalta fluminis ripa iuta, vallo insuper septa ac crebris turribus, oppugnare adorti sumus, eos, relictiis munimentis, agmine effuso abeuntes, in patentibus campis ab tergo adoriamur? Hae dilatae pugnae ex hesterno die in hodiernum causae fuerunt. Pugnare enim et ipsi mihi placet; et ideo, quia per Enipeum amnem septa ad hostem via erat, alio saltu, dejectis hostium praesidiis, novum iter aperui; neque prius, quam debellavero, abistam.

XL. Post hanc orationem silentium fuit, partim tractis in sententiam ejus, partim verentibus nequidquam offendere in eo, quod, utcumque praetermissum, revocari non posset. Ac ne illo ipso quidem die, aut consule, aut rege, (rege, quod nec fessos, ut pridie, ex via, neque trepidantes in acie instruenda et vixdum compositos aggressurus erat; consule, quod in novis castris non ligna, non pabulum convectum erat, ad quae petenda ex propinquis agris magna pars militum e castris exierat) neutro imperatorum volente, Fortuna, quae plus consiliis humanis pollet, contraxit certamen. Flumen erat haud magnum propius hostium castris, ex quo et Macedones et Romani aquabantur, praesidiis ex utraque ripa positis, ut id facere tuto possent. Duae co-

cohortes a parte Romanorum erant, Marrucina et Pelig-
na; duae turmae Samnitium equitum, quibus praeerat
M. Sergius Silus legatus: et aliud pro castris stativum
erat praesidium sub C. Cluvio legato, tres cohortes, Fir-
mana, Vestina, Cremonensis; duae turmae equitum,
Placentina et Aesernina. Cum otium ad flumen esset,
neutris lacescentibus, hora circiter quarta jumentum, e
manibus curantium elapsum, in ulteriorem ripam effu-
git. quod cum per aquam, ferme genu tenus altam,
tres milites sequerentur, Thraces duo id jumentum ex
medio alveo in suam ripam trahentes; altero eorum oc-
ciso, receptoque eo jumento, ad stationem suorum se re-
cipiebant. Octingentorum Thracum praesidium in ho-
stium ripa erat, ex his pauci primo, aegre passi popula-
rem in suo conspectu caesum, ad persequendos inter-
fectores fluvium transgressi sunt: dein plures, postremo
omnes, et cum praesidio,

* * *

proelium ducit.

XLI. Movebat imperii majestas, gloria viri, ante
omnia aetas, quod major sexaginta annis juvenum mu-
nia in parte praecipua laboris periculique capessabat. In-
tervallum, quod inter cetratos et phalanges erat, imple-
vit legio, atque aciem hostium interrupit. A terge ce-
tratis erat, frontem adversus clypeatos habebat: aglaspides
appellabantur. Secundam legionem L. Albinus consu-
laris ducere adversus leucaspidem phalangem iussus: e
media acies hostium fuit. In dextrum cornu, unde
circa fluvium commissum proelium erat, elephantem in-
ducti, et ala sociorum: et hinc primum fuga Macedo-
num est orta. Nam sicut pleraque nova commenta mor-
taliu in verbis vim habent, experiendo, cum agi,
non, quemadmodum agantur, edisseri, oportet, sine
ullo effectu evanescent; ita tum elephantu in acie no-
men tantum sine usu fuerunt. Elephantorum impetum
subsecuti sunt socii nominis Latini, pepuleruntque lae-
vum cornu. In medio secunda legio immissa dissipavit
phalangem. neque ulla evidentior causa victoriae fuit,
quam quod multa passim proelia erant, quae ductuantem,

turbarunt primo, deinde disjecerunt phalangem; cujus confertae et intentis horrentis hastis intolerabiles vires sunt. Si carptim aggrediendo circumnagere immobilem longitudine et gravitate hastam cogas, confusa frue implicatur: si vero aut ab latere, aut ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruinae modo turbantur. sicut tum adversus catervatim incurrentes Romanos, et interrupta multifariam acie, obviam ire cogebantur, et Romani, quacunque data intervalla essent, insinuant ordines suos. Qui si universa acie in frontem adversus instructam phalangem concurrissent, quod Pelignis, principio pugnae incaute congressus adversus ceiratos, evenit, induissent se hastis, nec confertam aciem sustinissent.

XLII. Ceterum sicut peditum passim caedes fiebant, nisi qui abjectis armis fugerunt; sic equitatus prope integer pugna excessit. Princeps fugae rex ipse erat. jam a Pydna cum sacris alis equitum Pellam petebat: confestim Costocus sequebatur Odrysarumque equitatus. ceterae quoque Macedonum alae integris abibant ordinibus; quia interjecta peditum acies, cujus caedes victores tenebat, immemores fecerat sequendi equites. Diu phalanx a fronte, a lateribus, ab tergo caesa est: postremo, qui ex hostium manibus elapsi erant, inermes ad mare fugientes, quidam aquam etiam ingressi, manus ad eos, qui in classe erant, tendentes, suppliciter vitam orabant: et cum scaphas concurrere undique ab navibus cernebant, ad excipiendos sese venire rati, ut caperent potius, quam occiderent, longius in aquam, quidam etiam nantes, progressi sunt. Sed cum hostiliter e scaphis caederentur, retro, qui poterant, nando repetentes terram, in aliam foediorum pestem incidebant. elephantum enim, ab rectoribus ad litus acti, exeuntes obtebantur elidebantque. Facile conveniebat, Romanis nunquam una acie tantum Macedonum interfectum. Caesa enim ad viginti millia hominum sunt: ad sex millia, qui Pydniam ex acie perfugerant, vivi in potestatem pervenerunt: et vagi et fuga quinque millia hominum capta. Ex victoribus ceciderunt non plus centum, et eorum multo major pars Peligni. vulnerati aliquanto plures sunt. Quod si

maturius pugnari coeptum esset, ut satis diei victoribus ab perseguendum superesset, deletae omnes copiae forent: nunc imminens nox et fugientes texit: et Romanis pergritiam ad sequendum locis ignotis fecit.

XLIII. Perseus ad Pieriam silvam via militari, frequenti agmine equitum et regio comitatu, fugit. Simul in silvam ventum est, ubi plures diversae semitae erant, et nox appropinquabat; cum perpauca maxime fides via divertit. Equites, sine duce relictis, alii alia in civitates suas dilapsi sunt: perpauca inde Pellam celerius, quam ipse Perseus, quia recta expedita via ierant, pervenerunt. Rex ad mediam ferme noctem terrore et variis difficultatibus viae vexatus est. In regia Perseo, qui Pellae praerant, Euctus regique pueri praesidio erant. contra ea amicorum, qui, alii alio casu servati, ex proelio Pellam venerant, cum saepe arcessiti essent, nemo ad eum venit. tres erant tantum cum eo fugae comites, Evander Cretensis, Neo Boeotius, et Archidamus Actolus. cum iis, jam metuens, ne, qui venire ad se abnuerent, majus aliquid mox auderent, quarta vigilia profugit. Secuti eum sunt admodum quingenti Cretenses. petebat Amphipolim: sed nocte a Pella exierat, properans ante lucem Axium amnem trajicere, eum sine sequendi, propter difficultatem transitus, fore ratus Romanis.

XLIV. Consulem, cum se in castra victor recepisset, ne sincero gaudio frueretur, cura de minore filio simulabat. P. Scipio is erat, Africanus et ipse postea, deleta Carthagine, appellatus, naturalis consulis Pauli, adoptione Africani nepos. Is, septimumdecimum tunc annum agens, quod ipsum curam augebat, dum effuse sequitur hostes, in partem aliam turba ablatus erat: et, serius cum redisset, tunc demum, recepto sospite filio, victoriae tantae gaudium consul sensit. Amphipolim cum jam fama pugnae pervenisset, concursusque matronarum in templum Dianae, quam Tauropolon vocant, ad opem exposcendam fieret; Diodorus, qui praeerat urbi, metuens, ne Thraces, quorum duo millia in praesidio erant, urbem in tumultu diriperent, ab subornato ab se per
falla.

fallaciam in tabellarii speciem literas in foro medio accepit. Scriptum in iis erat, *ad Emathiam classem Romanam appulsam esse, agrosque circa vexari. orare praefectos Emathiae, ut praesidium adversus populosos miserat.* His laetis, hortatur Thracas, *ut ad tuendam Emathiae oram profisciscantur. magnam eos caedem praedamque, palatis passim per agros Romanis, facturos. Simul clevat famam adversae pugnae: quae si vera foret, alium super alium recentes ex fuga venturos fuisse.* Per hanc causam Thracibus allegatis, simul transgressus eos Strymonem vidit, portas claudit.

XLV. Tertio die Perseus, quam pugnatum erat, Amphipolim venit. inde oratores cum eaduceo ad Paulum misit. Interim Hippias, et Milo, et Pantauchus, principes amicorum regis, Berocam, quo ex acie confugerant, ipsi ad consulium profecti, Romanis dedunt: hoc idem et aliae deinceps metu percussae parabant facere. Consul, nuntii victoriae Q. Fabio filio et L. Lentulo et Q. Metello cum literis Romam missis, spolia jacentis hostium exercitus pedibus concessit, equitibus praedam circumjecti agri, dum ne amplius duabus noctibus a castris abessent. Ipse propius mare ad Pydnam castra movit. Beroca primum, deinde Theffalonica, et Pella, et deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita. Pydnaei, qui proximi erant, nondum miserant legatos: multitudo incondita plurimum simul gentium, turbaque, quae ex acie fuga in unum compulsae erat, consilium et consensum civitatis impediabat: nec clausae modo portae, sed etiam inaedificatae erant. Missi Milo et Pantauchus sub muros ad colloquium Solonis, qui praesidio orat: per eum emittitur militaris turba. oppidum deditum militibus datur diripiendum. Perseus, una tantum spe Bisaltarum auxilii tentata, ad quos nequidquam miserat legatos, in concionem processit, Philippum secum filium habens: ut et ipsos Amphipolitanos, et equitum pedumque, qui aut semper secuti, aut fuga eodem delati erant, adhortando animos confirmaret. Sed aliquoties dicere incipientem cum lacrymae praepedissent; quia ipse dicere nequit, Evandro Cretenli editis, quae agi cum

multitudine veslet, de templo descendit. Multitudo, sicut ad conspectum regis fletumque tam miserabilem et ipsa ingemuerat lacrimaveratque, ita Evandri orationem aspernabatur: et quidam ausi sunt media ex concione succlamare, *Abite hinc, ne, qui pauci supersumus, propter vos pereamus.* Horum ferocia vocem Evandri clausit. Rex in domum se recepit, pecuniaque et auro argentoque in lembos, qui in Strymone stabant, delatis, et ipse ad flumen descendit. Thraces, navibus se committere non ausi, domos dilapsi, et aliae militaris generis turbae: Cretenses spem pecuniae secuti. et, quoniam in dividendo plus offensionum, quam gratiae, erat, quinquaginta talenta iis posita sunt in ripa diripienda. Ab hac direptione cum per tumultum naves conscenderent, lembum unum in ostio amnis multitudine gravatum merferunt. Galepsum eo die, postero Samothracam, quam petebant, perveniunt: ad duo millia talentum pervecta eo dicuntur.

XLVI. Paullus, per omnes deditas civitates dimissis, qui praeessent, ne qua injuria in nova pace victis fieret, retentisque apud se caduceatoribus regis, P. Nasicam, ignarus fugae regis, Amphipolim misit cum modica peditum equitumque manu: simul ut Sinticen evastaret, et ad omnes conatus regis impedimento esset. Inter haec Meliboea a Cn. Octavio capitur diripiturque: ad Aeginium, ad quod oppugnandum Cn. Anicius legatus missus erat, ducenti, eruptione ex oppido facta, amissi sunt, ignaris Aeginientibus debellatum esse. Consul, a Pydna profectus, cum toto exercitu die altero Pellam pervenit: et, cum castra mille passus inde posuisset, per aliquot dies ibi stativa habuit, litum orbis undique adspiciens: quam non sine causa delectam esse regiam advertit. Sita est in tumulo, vergente in occidentem liberum. cingunt paludes inexsuperabilis altitudinis aetate et hieme, quas restagnantes faciunt lacus. In ipsa palude, qua proxima urbi est, velut insula eminent, aggeri operis ingentis imposita: qui et murum sustinet, et humore circumfusae paludis nihil laedatur. Muro urbis conjuncta procul videtur. divisa est intermurali amni, et eadem

pon-

ponte juncta: ut nec, oppugnante externo, aditum ab ulla parte habeat; nec, si quem ibi rex includat, ullum nisi per facillimae custodiae pontem effugium. Et gaza regia in eo loco erat: sed tum nihil praeter trecenta talenta, quae missa Gentio regi, deinde retenta fuerunt, inventum est. Per quos dies ad Pellam stativa fuerunt, legationes frequentes, quae ad gratulandum convenerant, maxime ex Thessalia, audita sunt. Nuntio deinde accepto, Persea Samothracam trajecisse, profectus a Pella consul quartis castris Amphipolim pervenit. Effusa omnis obviam turba cuivis indicio erat, non bono ac iusto rege orba

* * *

EPITOME LIBRI XLV.

*P*ersens ab Aemilio Paulo in Samothrace captus est. Cum Antiochus, Syriae rex, Ptolemaeum et Cleopatrae, Aegypti reges, obsideret, et missis ad eum a senatu legatis, qui juberent, ab obsidione socii regis abisteret, edictisque mandatis consideraturum se ille, quid faciendum esset, respondisset; unus ex legatis Popilius virga regem circumscriptis: jussitque, antequam circulo excederet, responsum daret. qua asperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum ac regum in senatum admissae. Rhodiorum, quia eo bello contra populum Romanum fuerant, exclusa. postero die, cum de eo quaereretur, ut iis bellum indiceretur, causam in senatu patriae suae legati egerunt. nec tanquam hostes, nec tanquam socii dimissi. Macedonia in provinciae formam redacta est. Aemilius Paullus, repugnantibus militibus ejus propter minorem praedam, et contradicente Ser. Sulpicio Galba, triumphavit: et Persen cum tribus filiis ante currum duxit. cujus triumphus laetitia ne solida ei contingeret, duorum filiorum funeribus insignita est: quorum alterius mors patris triumphum praecessit, alterius secuta est. Lustrum conditum est a cen-

foribus. Censa sunt civium capita trecenta duodecim milia, octingenta quinque. Prusias, Bithyniae rex, Romam, ut senatui gratularetur ob victoriam ex Macedonia parvam, venit; et Nicomedem filium senatui commendavit. Rex, plenus adulationis, libertum se populi Romani dicebat.

LIBER XLV.

I. Victoriae nuntii, Q. Fabius et L. Lentulus et Q. Metellus, quanta potuit adhiberi festinatio, celeriter Romam cum venissent, praecertam tamen ejus rei laetitiam invenerunt. Quarto post die, quam cum rege est pugnatum, cum in circo ludi fierent, murmur repente populi tota spectacula pervasit, *pugnatum in Macedonia, et devictum regem esse.* Dein fremitus increbuit: postremo clamor plaususque, velut certo nuntio victoriae allato, est exortus. Mirari magistratus, et quaerere auctorem repentinae laetitiae: qui postquam nullus erat, evanuit quidem tanquam incertae rei gaudium; omen tamen laetum insidebat animis. Quod postquam veris nuntiis Fabii Lentulique et Metelli adventu firmatum est, cum victoria ipsa, tum augurio animorum suorum, laetabantur. Et aliter traditur circensis turbae non minus similis veri laetitia. Ante diem decimum Kalendas Octobres, ludorum Romanorum secundo die, C. Licinio consuli, ad quadrigas mittendas escendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret,* laureatas literas dicitur: quadrigis missis, consul currum conscendit: et, cum per circum reveheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo ostendit. Quibus conspectis, repente immemor spectaculi populus in medium decurrit. eo senatum consul vocavit, recitatisque tabellis, ex auctoritate Patrum pro foris publicis denuntiavit populo: *L. Aemilium collegam signis collatis cum rege Perseo pugnasse. Macedonum exercitum caesum fusumque. Regem cum paucis fugisse. civitates omnes Macedoniae in diionem populi Romani venisse.* His auditis, clamor cum ingenti plausu ortus: ludis relictis, domus magna pars ho-

hominum ad conjuges liberosque laetum nuntium portabant. Tertius decimus dies erat ab eo, quo in Macedonia pugnatum est.

II. Postero die senatus in curia habitus, supplicationesque decretae, et senatusconsultum factum est, ut consul, quos, praeter milites sociosque navales, conjuratos haberet, dimitteret. de militibus sociisque navalibus dimittendis referretur, cum legati ab L. Aemilio consule, a quibus praemissus tabellarius esset,*. Ante diem sextum Kalendas Octobres, hora fere secunda, legati urbem ingressi sunt, ingentem secum occurrentium, quacunque ibant, prosequentiumque trabentes turbam, in forum ad tribunal perrexerunt. Senatus forte in curia erat: eo legatos consul introduxit. Ibi tantum temporis retenti, dum exponerent, *quantae regiae copiae pedisum equitumque fuissent, quot millia ex his caesa, quae capta forent; quam paucorum militum jacura tanta hostium strages facta; quam cum paucis rex fugisset: existimari Samothraciam petiturum, paratam classis ad persequendam esse: neque terra, neque mari elabi posse:* eadem haec paulo post in concionem traducti exposuerant: renovataque laetitia, cum consul edixisset, *ut omnes aedes sacrae aperirentur*, pro se quisque ex concione ad gratias agendas ire Diis; ingentique turba, non virorum modo, sed etiam feminarum, conferta tota urbe Deorum immortalium templa. Senatus, revocatus in curiam, supplicationes, ob rem egregie gestam ab L. Aemilio consule, in quinque dies circa omnia pulvinaria decrevit, hostiisque majoribus sacrificari iussit. Naves, quae in Tiberi paratae instructaeque stabant, ut, si rex posset resistere, in Macedoniam mitterentur, subduci, et in navalibus collocari; socios navales, dato annuo stipendio, dimitti, et cum his omnes, qui in consulis verba juraverant: et quod militum Corcyrae, Brundisii, ad mare superum, aut in agro Larinati esset, (omnibus his locis dispositus exercitus fuerat, cum quo, si res posceret, C. Licinius collegae ferret opem) hos omnes milites dimitti placuit. Supplicatio pro concione populi indicta est, ex ante diem quintum Idus Octobres cum eo die in quinque dies.

III. Ex Illyrico duo legati, C. Licinius Nerva et P. Decius, nuntiarunt, *exercitum Illyriorum caesum: Gentium regem caprum, in ditione populi Romani et Illyricum esse.* Ob eas res, gestas ductu auspicioque L. Anicii praetoris, senatus in triduum supplicationes decrevit, ut Latinae edictae a consule sunt in ante quartum et tertium et pridie Idus Novembres. Tradidere quidam, legatos Rhodios, nondum missos, post victoriam nuntiatam, velut ad ludibrium stolidae superbiae, in senatum vocatos esse. Ibi Agelipolim principem eorum ita locutum: *Missos esse legatos ab Rhodiis ad pacem inter Romanos et Persea faciendam; quod id bellum grave atque incommodum Graeciae omni, sumtuosum ac damnosum ipsis Romanis esset. Fortunam perbene fecisse, quando, finito aliter bello, gratulandi sibi de victoria egregia Romanis opportunitatem dedisset.* Haec ab Rhodio dicta. Responsum ab senatu esse, *Rhodios nec utilitatum Graeciae, neque cura impensarum populi Romani, sed pro Perseo legationem eam misisse. Nam, si ea fuisset cura, quae summlaretur, tum mittendos legatos fuisse, cum Perseus, in Thessaliam exercitu inducto, per biennium Graecas urbes, alias obsideret, alias denuntiatione armorum terret. Tum nullam pacis ab Rhodiis mentionem factam. Postquam superatos saltus transgressosque in Macedoniam Romanos audirent, et inclusum teneri Persea, tunc Rhodios legationem misisse, non ad ullam aliam rem, quam ad Persea ex imminente periculo eripiendum. cum hoc responso legatos dimissos.*

IV. Per eosdem dies et M. Marcellus, ex provincia Hispania decedens, Marcolica nobili urbe capta, decem pondo auri, et argenti ad summam sestertii decies in aerarium retulit. Paullus Aemilius consul, cum castra, ut supra dictum est, ad Siras terrae Odomanticae haberet, cum literas ab rege Perseo per ignobiles tres legatos cerneret, et ipse illacrimasse dicitur forti humanae: quod, qui paulo ante, non contentus regno Macedoniae, Dardanos, Illyriosque oppugnasset, Bastarnarum excivisset auxilia, is tum, amisso exercitu, extorris regno, in parvam insulam compulsum, supplex, fani
re-

religione, non viribus suis, tutus esset. Sed postquam, *Regem Persea consuli Paulo salutem*, legit; miserationem omnem stultitia ignorantis fortunam suam excmit. Itaque quanquam in reliqua parte literarum minime regiae preces erant, tamen sine responso ac sine literis ea legatio dimissa est. Sensit Perseus, cujus nominis obliviscendum victo esset: itaque alterae literae cum privati nominis titulo missae, et petiere, et impetravere, ut aliqui ad eum mitterentur, cum quibus loqui de statu et conditione suae fortunae posset. Missi sunt tres legati, P. Lentulus, A. Postumius Albinus, A. Antonius. Nihil ea legatione perfectum est, Perseo regium nomen omni vi amplectente, Paulo, ut se suaque omnia in fidem et clementiam populi Romani permitteret, contendente.

V. Dum haec aguntur, classis Cn. Octavii Samothracam est appulsa. Is quoque, praesenti admoto terrore, modo minis, modo spe perlicere, ut se traderet, cum conaretur; adjuvit in hoc eum res, seu casu contracta, seu consilio. L. Atilius illustris adolescens, cum in concione esse populum Samothracum animum advertisset, a magistratibus petiit, ut sibi paucis alloquendi populi potestatem facerent. Permisso, *Utrum nos, hospites Samothraces, vere accepimus, an falso, sacram hanc insulam, et augusti totam atque inviolati soli esse? Cum creditae sanctitati assentirentur omnes, Cur igitur, inquit, pollutam homicida sanguine regis Eumenis violavistis? es, cum omnis praefatio sacrorum eos, quibus non sint purae manus, sacris arceat, vos penetralia vestra contaminari cruento latronis corpore sinetis?* Nobilis fama erat, apud omnes Graeciae civitates, Eumenis regis per Evandrum Delphis prope perpetrata caedes. Itaque, praeterquam quod in potestate Romanorum sese insulamque totam et templum cernebant esse, ne immerite quidem ea sibi exprobari rati, Theondam, qui suminus magistratus apud eos erat, (regem ipsi appellant) ad Persea mittunt, qui nuntiaret, *Argui caedis Evandrum Cresensem. esse autem judicia apud sese more majorum comparata de iis, qui incestas manus insulisse infra terminos*

sacra-

sacratos templi dicantur. Si consideret Evander, innoxium se rei capitalis argui, venires ad causam dicendam: si committere se iudicio non auderet, liberaret religione templum, ac sibi ipse consuleret. Perseus, evocato Evandro, iudicium subeundi nullo pacto auctor esse: nec causa, nec gratia parem fore. Suberat et ille metus, ne damnatus auctorem se nefandi facinoris protraheret. reliqui quid esset, nisi ut fortiter moriatur? Nihil palam abnuere Evander: sed cum, veneno se malle mori, quam ferro, dixisset; occulte fugam parabat. quod cum renuntiatum regi esset, metuens, ne tanquam a se subtracto poenae reo, iram Samothracum in se converteret: interfici Evandrum iussit. Qua perpetrata temere caede, abiit extemplo animum, in se nimirum receptam labem, quae Evandri fuisset: ab illo Delphis vulneratum Eumenem, ab se Samothraeae Evandrum occisum. ita duo sanctissima interris templa, se uno auctore, sanguine humano violata. Huius rei orimen, corrupto pecunia Theonda, averitur, ut renuntiaret populo, Evandrum sibi ipsum mortem conscisse.

VI. Ceterum tanto facinore in unicum relictum amicum, ab ipso per tot casus expertum, proditumque, quia non prodiderat, omnium ab se abalienavit animos. Pro se quisque transire ad Romanos: fugaeque consilium capere solum prope relictum coegerunt: Oroandemque Cretensem, cui nota Thraciae ora erat, quia mercaturas in ea regione fecerat; appellat, ut se sublatum in lembum ad Cotym deveheret: Demetrium est portus in promontorio quodam Samothraeae: ibi lembus stabat. Sub occasum solis deferuntur, quae ad usum necessaria erant: defertur et pecunia, quanta clam deferri poterat. Rex ipse nocte media, cum tribus consociis fugae, per posticum aedium in propinquum cubiculo hortum, atque inde, maceriam aegre transgressus, ad mare pervenit. Oroandes jam tunc, dum pecunia deferretur, primis tenebris jam tunc, dum per altum Cretam petebat. Postquam in portu navis non inventa est, vagatus Perseus aliquamdiu in litore, postremo timens lucem iam appropinquantem, in hospitium redire non ausus, in la-

latere templi prope angulum obscurum delituit. Pueri regii apud Macedonas vocabantur principum liberi, ad ministerium electi regis: ea cohors, persecuta regem fugientem, ne tum quidem abscedebat, donec iussu Cn. Octavii pronuntiatum est per praeconem, *Regios pueros Macedonasque alios, qui Samothracae essent, si transirent ad Romanos, incolomitatem, libertatemque et sua omnia servaturos, quae aut secum haberent, aut in Macedonia reliquissent.* Ad hanc vocem transitio cupium facta est, nominaque dabant ad C. Postunium tribunum militum. Liberos quoque parvos regios Ion Theffalonicensis Octavio tradidit: nec quisquam praeter Philippum, maximum natu e filiiis, cum rege relictus. Tum sese filiumque Octavio tradidit; fortunam Deosque, quorum in templo erant, nulla ope supplicem juvantes, accusans. In praetorium navem imponi iussus: eodem et pecunia, quae superfuit, delata est: extemploque classis Amphipolim repetit. Inde Octavius regem in castra ad consulem misit, praemissis literis, ut in potestate eum esse et adduci sciret.

VII. Secundam eam Paullus, sicut erat, victoriam ratus, victimas cecidit eo nuntio; et, consilio advocato, literas praetoris cum recitasset, Q. Aelium Tuberonem obviam regi misit: ceteros manere in praetorio frequentes iussit. Non alias ad ullum spectaculum tanta multitudo occurrit. Patrum aetate Syphax rex captus in castra Romana adductus erat: praeterquam quod nec haec, nec gentis fama comparandus, tunc quoque accessio Punici belli fuerat, sicut Gentius Macedonici. Perseus caput belli erat: nec ipsius tantum, patris avique, quos sanguine ac genere contingebat, fama conspectum eum efficiebat, sed effulgebant Philippus ac Magnus Alexander, qui summum imperium in orbe terrarum Macedonum fecerant. Pullo amictus illo Perseus ingressus est castra, nullo suorum aii comite, qui socius calamitatis miserabiliorem eum faceret. progredi praecurrentium ad spectaculum non poterat, donec consules mississet, qui submovendo iter ad praetorium tacerent. Consurrexerunt consules, et, iussis sedere aliis, pro-

gressusque paulum, introeunti regi dextram porrexit submittentemque se ad pedes sustulit: nec attingere genua passus, introductum in tabernaculum adversus ad vocatos in consilium confidere iussit.

VIII. Prima percontatio fuit, *qua subactus injuri contra populum Romanum bellum tam infesto animi suscepisset: quo se regnumque suum ad ultimum discrimen adduceret?* Cum, responsum expectantibus cunctis, terram intuens, diu tacitus fletet, rursus consil: *Si juvenis regnum accepisses, minus equidem mirarer, ignorasse te, quam gravis aut amicus, aut inimicus esset populus Romanus. nunc vero, cum et bello patris tui, quod nobiscum gessit, interfuisses, et pacis postea, quam cum summa fide adversus eum coluimus, meminisses, quod consilium, quorum et vim bello, et fidem in pace experiri esses, cum iis tibi bellum esse, quam pacem, malle? Nec interrogatus, nec accusatus cum responderet: Urcunque tamen haec, sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt, bonum animum habe: multorum regum, populorum casibus cognita populi Romani clementia non modo spem tibi, sed prope certam fiduciam salutis praebet.* Haec Graeco sermone Perseo: Latine deinde suis, *Exemplum insigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum. Vobis hoc praecipue dico, juvenes. idcirco in secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violentius consulere decet, nec praesenti credere fortunae; cum, quid vesper ferat, incertum sit. Is demum vir eris, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet.* Consilio dimisso, tuendi cura regis Q. Aelio mandatur. Eo die et invitatus ad consulem Perseus, et alius omnis ei honos habitus est, qui haberi in tali fortuna poterat.

IX. Exercitus deinde in hiberna dimissus est. maximam partem cepiarem Amphipolis, reliquas propinquantibus urbem acceperunt. Hic finis belli, cum quadriennium continuum bellatum esset, inter Romanos ac Persea fuit: idemque finis incliti per Europam plerumque atque Asiam omnem regni. Vicissimum ab Carano, qui primus re-

gnavit, Persea numerabant. Perseus, Q. Fulvio, L. Manlio consulibus, regnum accepit: a senatu rex est appellatus, M. Junio, A. Manlio consulibus: regnavit undecim annos. Macedonum obscura admodum fama usque ad Philippum Amyntae filium fuit; inde ac per eum crescere cum coepisset, Europae se tamen finibus continuit, Graeciam omnem et partem Thraciac atque Illyrici amplexa. Superfudit deinde se in Asiam: et tredecim annis, quibus Alexander regnavit, primum omnia, qua Persarum prope immenso spatio imperium fuerat, suae ditionis fecit. Arabas hinc Indiamque, qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, peragravit. tum maximum in terris Macedonum regnum nomenque; inde morte Alexandri distractum in multa regna, dum ad se quisque opes rapiunt, lacerantes viribus: a summo culmine fortunae ad ultimum sinem centum quinquaginta annos stetit.

X. Victoriae Romanae fama cum pervasisset in Asiam, Antenor, qui cum classe lemborum ad Phanas Itabat, Cassandriam inde trajecit. C. Popillius, qui ad Delum praesidium navibus Macedoniam petentibus erat, postquam debellatum in Macedonia, et statione submotos hostium lembos audivit, dimissis et ipse Atticis navibus, ad susceptam legationem peragendam navigare Aegyptum pergit: ut prius occurrere Antiocho posset, quam ad Alexandreae moenia accederet. Cum praeterveherentur Asiam legati, et Loryna venissent, qui portus viginti paulo amplius millia ab Rhodo abest, ex adverso urbi ipsi positus; principes Rhodiorum occurrunt (jam enim eo quoque victoriae fama perlata erat) orantes, *ut Rhodum devehentur. pertinere id ad famam salutemque civitatis; noscere ipsos omnia, quae acta essent, agerenturque Rhodi, et comperca per se, non vulgata fama, Romam referre.* Diu negantes perpulerunt, ut moram navigationis brevem pro salute sociae urbis paterentur. Postquam Rhodum ventum est, in concionem quoque eos eundem precibus pertraxerunt. Adventus legatorum auxit potius timorem civitati, quam minuit: omnia enim Popillius, quae singuli universique eo bello hostiliter dixerant,

rant, fecerantque, retulit. et, vir asper ingenio, augebat atrocitatem eorum, quae dicerentur, vultu truci et accusatoria voce: ut, cum propriae simultatis nulla causa cum civitate esset, ex unius senatoris Romani acerbitate, qualis in se universi senatus animus esset, conjectarent. C. Decimii moderatior oratio fuit, qui, *in plerisque eorum, quae commemorata a Popillio essent, culpam non penes populum, sed penes paucos concitatores vulgi esse, dixit. eos, venalem linguam habentes; decreta plene regeae assentationis fecisse: et eas legationes misisse, quarum Rhodios semper non minus puderet, quam poeniteret. Quae omnia, si tamen populo foret, in capita noxiorum versura.* Cum magno assensu auditus est, non magis eo, quod multitudinis noxam elevabat, quam quod culpam in auctores verterat. Itaque cum principes eorum Romanis responderent, nequaquam tamen tam grata oratio eorum fuit, qui, quae Popillius objecerat, diluere utcumque conati sunt; quam eorum, qui Decimio in auctoribus ad piaculum noxae objiciendis assensu sunt. Decretum igitur extemplo, ut, qui pro Perseo adversus Romanos dixisse quid, aut fecisse, convincerentur, capitis condemnarentur. Excesserunt urbe sub adventu Romanorum quidam, alii mortem sibi consciverunt. Legati, non ultra quam quinque dies Rhodi morati, Alexandriam proficiscuntur. Nec eo segnus iudicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur: quam perseverantiam in exsequenda re Decimii lenitas*.

XI. Cum haec gererentur, Antiochus frustra tentatis moenibus Alexandriae abscesserat: ceteraque Aegypto potitus, relicto Memphis majore Ptolemaeo, cui regnum quaeri suis viribus simulabat, ut victorem mox aggredetur, in Syriam exercitum abduxit. Nec hujus voluntatis ejus ignarus Ptolemaeus, dum conterritum obsidionis metu minorem fratrem haberet, posse se recipi Alexandriae, et sorore adjuvante, et non repugnantibus fratris amicis, ratus; primum ad sororem, deinde ad fratrem amicosque ejus, non prius desistit mittere, quam pacem cum iis confirmaret. Suspectum Antiochum effecerat, quod, cetera Aegypto sibi tradita, Pelusii vali-

dum relictum erat praesidium. apparebat, claustra Aegypti teneri, ut, cum vellet, rursus exercitum induceret: bello intestino cum fratre eum exitum fore, ut victor, fessis certamine, nequaquam par Antiocho futurus esset. Haec, prudenter animadversa a majore, cum assensu minor frater, quique cum eo erant, acceperunt: soror plurimum adjuvit, non consilio modo, sed etiam precibus. Itaque, consentientibus cunctis pace facta, Alexandream recipitur, ne multitudinem quidem aduersante: quae in bello, non per obsidionem modo, sed etiam postquam a moenibus abscissum est, quia nihil ex Aegypto subvehebatur, omnium rerum attenuata inopia erat. His cum laetari Antiochum conueniens esset, si reducendi ejus causa exercitum Aegyptum induxisset, quo specioso titulo ad omnes Asiae et Graeciae civitates, legationibus recipiendis literisque dimittendis, usus erat, adeo est offensus, ut multo acrius infestiusque aduersus duos, quam ante aduersus unum, pararet bellum. Cyprum extemplo classem militum: ipse, primo vere cum exercitu Aegyptum petens, in Coelen Syriam processit. Circa Rhinocolura Ptolemaei legatis gratias, quod per eum regnum patrium recepisset, petentibusque, ut suum munus tueretur, et diceret potius, quid fieri vellet, quam, hostis ex socio factus, vi atque armis ageret, respondit: *Non aliter neque classem revocaturum, neque exercitum reduciturum, nisi sibi et tota Cypro, et Pelusio, agroque, qui circa Pelusiacum ostium Nili est, cederet*: diemque praestituit, intra quam de conditionibus peractis responsum acciperet.

XII. Postquam dies data induciis praeteriit, *navigantibus ostium Nili ad Pelusium, per deserta Arabiae* ad Memphim incolebant, et ab ceteris Aegyptiis, partim voluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itineribus descendit. Ad Leulinem transgresso flumen, qui locus quatuor millia ab Alexandria abest, legati Romani occurrerunt. quos cum advenientes salutasset, dextramque Popillio porrigeret; tabellas ei Popillius scriptum habentes tradit, atque omnium primum id legere jubet. quibus perlectis, cum se consideratum, adhibi-

tis amicis, quid faciendum sibi esset, dixisset; Popillius, pro cetera asperitate animi, virga, quam in manu gerebat, circumscripsit regem: ac, *Præusquam hoc circulo excedas*, inquit, *redde responsum, senatui quod referam*. Obstupefactus tam violento imperio parumper cum hæsitasset, *Faciam*, inquit, *quod censeat senatus*. Tum demum Popillius dextram regi, tanquam socio atque amico, porrexit. Die deinde finita cum excessisset Aegyptio Antiochus, legati, concordia etiam auctoritate sua inter fratres firmata, inter quos vixdum convenerat, pars Cyprum navigant: et inde, quae jam vicerat proelio Aegyptias naves, classem Antiochi dimitunt. Clara ea pergentes legatio fuit, quod haud dubie adempta Antiocho Aegyptus habenti jam, redditumque patrium regnum stirpi Ptolemaei fuerat. Consulum ejus anni, sicut alterius clarus consulatus insigni victoria, ita alterius obscura fama, quia materiam res gerendi non habuit. Jam primum cum legionibus ad conveniendum diem dixit, non auspicato templum intravit. vitio diem dictam esse augures, eum ad eos relatum est, decreverunt. Profectus in Galliam circa Macrois campos ad montes Sicminam et Papinum, stativa habuit: deinde circa eadem loca cum sociis nominis Latini hibernabat: legiones Romanae, quod vitio dies exercitui ad conveniendum dicta erat, Romae manserant. Et praetores, praeter C. Papi-rium Carbonem, cui Sardinia evenerat, in provincias iere. eum jus dicere Romae (nam eam quoque sortem habebat) inter cives et peregrinos Patres censuerant.

XIII. Et Popillius et ea legatio, quae missa ad Antiochum erat, Romam rediit; retulit; controversias inter reges sublatas esse, exercitumque ex Aegypto in Syriam reductum. Post ipsorum regum legati venerunt: Antiochi legati, referentes, *Omni victoria potiorem pacem regi, quae senatui placuisset, visam: eumque haud jecus, quam Deorum imperio, legatorum Romanorum iussis paruisse*. Gratulati deinde victoriam sunt, *ad quam summa ope, si quid imperatum foret, affuturum regem fuisse*. Ptolemaei legati, communi nomine regis et Clæopatreae, gratias egerunt, *Plus eos senatui populoque Ro-*

m.ano, quam parentibus suis, plus, quam Diis immortalibus, debere: per quos obsidione miserrima liberati essent, regnum patrium prope amissum recepissent. Responsum ab senatu est: Antiochum recte atque ordine fecisse, quod legatis paruisset, gratumque id esse senatui populoque Romano. Regibus Aegypti, Ptolemaeo Cleopatraeque: si quid per se boni commodique evenisset, id magnopere senatum laetari: daturumque operam, ut regni sui maximum semper praefidium positum esse in fide populi Romani ducant. Munera legatis ut ex instituto mitenda curaret, C. Papirio praetori mandatum. Literae deinde Macedoniae allatae, quae victoriae laetitia geminarent: Persea regem in potestatem consulis venisse. Dimissis legatis, disceptatum inter Pisanos Lunensesque legatos: Pisanis quercitibus, agro se a colonis Romanis pelli; Lunensibus affirmantibus, eum, de quo agatur, a triumviro agrum sibi assignatum esse. Senatus, qui de finibus cognoscerent statuerentque, quinqueviros misit, Q. Fabium Buteonem, P. Cornelium Blasionem, Ti. Sempronium Muscam, L. Naevium Balbum, C. Appulejam Saturninum. Et ab Eumene et ab Attalo et ab Athenaeo fratribus, communis legatio de victoria gratulatum venit. Et Masgabae, regis Masinissae filio, Puteolis navem egresso, praesto fuit, obviam missus cum pecunia, L. Manlius quaestor, qui Romam eum publico sumtu perduceret. Advenienti extemplo senatus datus est. Is adolescens ita locutus est, ut, quae rebus grata erunt, gratiora verbis faceret. Commemoravit, quot pedes equitesque, quot elephantos, quantum frumenti eo quadriennio pater suus in Macedoniam misisset. Sed duas res ei rubori fuisse: unam, quod rogasset eum per legatos senatus, quae ad bellum opus essent, et non imperasset: alteram, quod pecuniam ei pro frumento misisset. Masinissam meminisse, regnum a populo Romano partem auctumque et multiplicatum habere: usu regni contentum scire, dominium et jus eorum, qui dederint, esse. Sumere itaque eosdem, non se rogare, aequum esse, neque emere ea, ex fructibus agri ab se dati quae ibi proveniant. Id Masinissae satis esse, et fore, quod populo Romano superesset. Cum iis mandatis a patre profectum postea consecutus equites, qui

devictam Macedoniam nuntiarent, gratularumque senatus jubere indicare, tanta eam rem laetitiae patri suo esse, ut Romam venire velit, Jovique optimo maximo in Capitolio sacrificare, et grates agere: id, nisi molestum sit, ut ei permittatur, ab senatu petere.

XIV. Responsum regulo est: *Facere patrem ejus Malinissam, quod virum gratum bonumque facere deceat, ut praetium honoremque debito beneficio addat. Es populum Romanum ab eo, bello Punico, forti fidelique opera adjuvum; et illum, favente populo Romano, regnum adeptum; aequitate sua postea trium regum bellis deinceps omnibus functum officiis. Victoria vero populi Romani laetari eum regem mirum non esse, qui sortem omnem fortunae regni sui cum rebus Romanis immiscuisset. Grates Diis pro populi Romani victoria apud suos penates ageret; Romae filium pro eo acturum. Gratularum quoque satis suo ac patris nomine esse. Ipsum relinquere regnum, et Africa excedere, praeterquam quod illi inutile esset, non esse e republica populi Romani, senatum censere. Petenti Mafgabae, ut Hanno Hamilcaris filius obses in locum * exigeret. Munera ex senatusconsulto emere regulo quaestor jussus ex centum pondo argenti, et prosequi eum Puteolos, omnemque sumtum, quoad in Italia esset, praebere, et duas naves conducere, quibus ipse comitesque regis in Africam deveharentur: et comitibus omnibus, liberis servisque, vestimenta data. Haud ita multo post de altero Malinissae filio Misagene literae allatae sunt, missum eum ab L. Paulo post devictum Persea in Africam cum equitibus suis, navigantem, dispersa classe in Hadriatico mari, Brundisium tribus navibus aegrum delatum. Ad eum cum iisdem muneribus, quae data Romae fratri ejus erant, L. Stertinius quaestor Brundisium missus: jussusque curare, ut aedes hospiti-*

* * *

XV. *** in quatuor urbanas tribus descripti erant libertini, praeter eos, quibus filius quinquenni major ex senatusconsulto esset. Eos, ubi proximo lustro censi essent, censi jusserunt: et eos, qui praedium praediae rufi-

rustica pluris sestertiūm triginta millium haberent, censendi jus factum est. Hoc cum ita servatum esset, negabat Claudius, *suffragii lazionem injussu populi censorem cuiquam homini, nedam ordini universo, adipiscere posse. Neque enim, si tribu movere posset, quod sit nihil aliud, quam mutare jubere tribum, ideo omnibus quinque et triginta tribubus emovere posse: id est, civitatem libertatemque eripere; non, ubi consecatur, finire, sed censu excludere.* Haec inter ipsos disceptata: postremo eo descensum est, ut ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis fortirentur, in quam omnes, qui servitutem servissent, conjicerent. Esquilinae fors exiit: in ea Ti. Gracchus pronuntiavit, libertinos omnes censeri placere. Magna ea res honori censoribus apud senatum fuit. gratiae actae et Sempronio, qui in bene coepto perseverasset; et Claudio, qui non impedisset. Plures, quam a superioribus, et senata emoti sunt, et equos vendere iussit. omnes iidem ab utroque et tribu remoti, et aerarii facti: neque ullius, quem alter notaret, ab altero levata ignominia. Potentibus, ut ex instituto ad facta tecta exigenda, et ad opera, quae locassent, probanda, anni et bimensis tempus prorogaretur, Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in senatum, intercessit. Eodem anno C. Cicerejus aedem in monte Albano dedicavit quinquennio post, quam vovit. Flamen Martialis inauguratus est eo anno L. Postumius Albinus.

XVI. Q. Aelio, M. Junio consulibus de provinciis referentibus, censuere Patres, duas provincias Hispaniam rursus fieri, quae una per bellum Macedonicum fuerat: et Macedoniam Illyricumque eodem, L. Paululum et L. Anicium, obtinere, donec de sententia legatorum et res bello turbatas, et statum alium ejus regni formando composuissent. Consulibus Pisae et Gallia decretae cum binis legionibus peditum, et equitum quadringentis. Praetorum sortes suere, Q. Cassii urbana, M. Juventii Thaluae inter peregrinos, Ti. Claudii Neronis Sicilia, Cn. Fulvii Hispania citerior, C. Licinii Nervae ulterior. A. Manlio Torquato Sardinia obvenerat.

rat. nequirit ire in provinciam, ad res capitales quaerendas ex senatusconsulto retentus. De prodigiis deinde nuntiatis senatus est consultus. Aedes Deorum Penatium in Velia de coelo tacta erat: et in oppido Minerio duae portae et muri aliquantum. Anagninae terra pluerat; et Lanuvii fax in coelo visa erat; et Calatiae in publico agro M. Valerius civis Romanus nuntiabat, e foco suo sanguinem per triduum et duas noctes inanasse. Ob id maxime decemviri libros adire iussi, supplicationem in diem unum populo edixerunt, et quinquaginta capris in foro sacrificaverunt. et aliorum prodigiorum causa diem alterum supplicatio circa omnia pulvinaria fuit, et hostiis majoribus sacrificatum est, et urbs lustrata. Inde, quod ad honorem Deum immortalium pertineret, decrevit senatus, *Ut, quoniam perduelles superati, Perseus et Gentius reges cum Macedonia atque Illyrico in potestate populi Romani essent, ut, quantum dona, Ap. Claudio, M. Sempromio consulibus, ob devictum Antiochum regem data ad omnia pulvinaria essent, tanta Q. Cassius et M. Juventius praetores curarent danda.*

XVII. Legatos deinde, quorum de sententia imperatores L. Paullus, L. Anicius componerent res, decreverunt decem in Macedoniam, quinque in Illyricum. In Macedoniam sunt hi nominati, A. Postumius Luscus, C. Claudius, ambo censorii, C. Licinius Crassus, collega in consulatu Paulli; tum prorogato imperio provinciam Galliam habebat. His consularibus addidere Cn. Domitium Ahenobarbum, Ser. Cornelium Sullam, L. Junium, C. Antistium Labeonem, T. Numisium Tarquiniensem, A. Terentium Varronem. In Illyricum autem hi nominati, P. Aelius Ligus consularis, C. Cicerejus, et Cn. Baebius Tamphilus, (hic priore anno Cicerejus multis ante annis praetor fuerat) P. Terentius Tusciveicanus, P. Manilius. Moniti deinde consules Patribus, ut, quoniam alterum ex his succedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliam oporteret, primo quoque tempore provincias aut compararent inter se, aut sortirentur, sortiti sunt. M. Junio Pisae

obvenerunt, (quem prius, quam in provinciam iret, legationes, quae undique Romam gratulatum conveni-
runt, introducere in senatum placuit) Q. Aelio Gallia.
Ceterum quanquam tales viri mitterentur, quorum de
consilio sperari posset, imperatores nihil indignum nec
clementia nec gravitate populi Romani decreturos esse,
tamen in senatu quoque agitata est summa consiliorum,
ut inchoata omnia legati ab domo ferre ad imperato-
res possent.

XVIII. *Omniū primum liberos esse placebat Macedonas atque Illyrios, ut omnibus gentibus appareret, arma populi Romani non liberis servitutem, sed contra servientibus libertatem afferre; ut et in libertate gentes quae essent, tutam eam sibi perpetuamque sub tutela populi Romani esse, et, quae sub regibus viverent, et in praesens tempus mitiores eos justioresque respectu populi Romani habere se, et, si quando bellum cum populo Romano regibus fuisset suis, exitum ejus victoriam Romanis, sibi libertatem allaturum crederent. Metalli quoque Macedoniae, quod ingens vectigal erat, locationesque praediorum rusticorum tolli placebat. nam neque sine publicano exerceri posse; et, ubi publicanus est, ibi aut jus publicum vanum, aut libertatem sociis nullam esse. Ne ipsos quidem Macedonas idem exercere posse. ubi in medio praedia administrantibus esset, ibi nunquam causas seditionum et certaminis desore. Commune concilium gentis esset, ne improbum vulgus a senatu aliquando libertatem salubri moderatione datam ad licentiam pestilentem traheret. In quatuor regiones describi Macedoniae, ut suae quaeque concilium haberet, placuit; et dimidium tributi, quam quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere. Similia his et in Illyricum mandata. cetera ipsis imperatoribus legatisque relicta, in quibus praesens tractatio rerum certiora subjectura erat consilia.*

XIX. Inter multas regem gentiumque et populorum legationes Attalus, frater regis Eumenis, maxime convertit in se omnium oculos animosque. exceptus enim est ab his, qui simul eo bello militaverunt, haud paulo

benignius, quam si ipse rex Eumenes venisset. Adduxerant enim duae in speciem honestae res; una, gratulatio, conveniens in ea victoria, quam ipse adjuvisset: altera, querimonia Gallici tumultus, Advertaeque gladiis regnum in dubium adductum esse. Suberat et secreta spes honorum praemiorumque ab senatu, quae vix salva pietate ejus contingere poterant. erant enim quidam Romanorum quoque non boni auctores, qui spe cupiditatem ejus elicerent: *Eam opinionem de Attalo et Eumene Romae esse, tanquam de altero Romanis certo amico, altero nec Romanis, nec Persi fido socio. Itaque vix statui posse, utrum, quae pro se, an, quae contra fratrem petiturus esset, ab senatu magis impetrabilia forent: adeo universos omnia et huic tribuere, et illi vero negare.* Eorum hominum (ut res docuit) Attalus erat, qui, quantum spes spondisset, cuperent, nisi unius amici prudens monitio velut frenos animo ejus, gestienti secundis rebus, imposuisset. Stratius cum eo fuit medicus, ad id ipsum a non securo Eumene Romam missus, speculator rerum, quae a fratre agerentur, monitorque fidus, si decedi fide vidisset. Is, ad occupatas jam aures sollicitatunque jam animum cum venisset, aggressus tempestivis temporibus rem prope prolapsam restituit, alii alia regna crevisse rebus, dicendo: *regnum eorum novum, nullis vetustis fundamentum opibus, fraterna stare concordia: quod unus nomen regum et praecipuum capitibus insigne gerat, omnes fratres regnent. Attalum vero, quia aetate proximus, quis non pro rege habeat? neque eo solum, quia antea praesentes ejus opes cernat, sed quod haud ambiguum prope diem regnaturum eum infirmitate aetateque Eumene esset, nullam stirpem liberum habentis: (necdum enim agnoverat eum, qui postea regnavit). Quid attineret vim afferre rei, sua sponte mox ad eum adventurae? Accessisse etiam novam tempestatem regno tumultus Gallici, cui vix consensu et concordia regum resisti queat. Si vero ad externum bellum domestica seditio adjiciatur, resisti non posse; nec aliud eum, quam, ne frater in regno moriatur, sibi ipsi spem propinquum regni erepturum. Si utraque gloriosa res esset, et servasse fratri regnum, et crispuisse; servati tamen regni*

*regni, quae juncta pietati sit, potiore laudem fuisse. Sed enimvero cum detestabilis altera res et proxima par-
ricidio sit, quid ad deliberationem dubii superesse? Utrum
enim partem regni petiturum esse, an totum crepturum?
si partem; ambo infirmos, distractis viribus, et omni-
bus injuriis obnoxios fore: si totum; privatimne ergo
majorem fratrem, an exsulcm illa aetate, illa corporis in-
firmitate, an ultimum mori jussurum? Egregium enim
(ut fabulis traditus impiorum fratrum eventus taceatur)
Persei exitum videri, qui ex fraterna cadde raptum dia-
dema in templo Samothracum, velut praesentibus Diis
exigentibus poenas, ad pedes victoris hostis prostratus po-
suerit. Eos ipsos, qui, non illi amici, sed Eumeni in-
festi, stimulent eum, pietatem constantiamque laudaturos,
si fidem ad ultimum fratri praestitisset.*

XX. Haec plus valere in Attali animo. Itaque in-
troducitur in senatum, granulatus victoriam, et sua me-
rita eo bello fratrisque, si qua erant, et Gallorum de-
fectionem, quae nuper ingenti motu facta erat, exposuit.
Petiit, ut legatos mitteret ad eos, quorum auctoritate ab
armis avocarentur. His pro regni utilitate editis manda-
tis, Aenum sibi et Maroneam petiit. Ita destituta eorum
spe, qui, fratre accusato, partitionem regni petiturum
crediderant, curiam excessit. Ut raro alias quisquam,
rex aut privatus, tanto favore tantoque omnium assensu
est auditus, omnibus honoribus innumerisque, et prae-
sensus est cultus, et proficiscentem prosecuti sunt. Inter
multas Asiae Graeciaeque legationes Rhodiorum maximo
legati civitatem converterunt. nam cum primo in veste
candida visi essent, quod gratulantes decebat, et, si sor-
didam vestem habuissent, lugentium Persei casum prae-
bere speciem poterant; postquam consulti ab M. Junio
consule Patres, stantibus in comitio legatis, an locum,
lautia, senatumque darent, nullum hospitale jus in iis
servandum censuerunt; egressus e curia consul, cum
Rhodii, gratulatum se de victoria purgatumque civitatis
crimina dicentes venisse, petissent, ut senatus sibi daretur,
pronuntiat: *Sociis et amicis et alia comiter acque
hospitalliter praestare Romanos, et senarum dare consuevit:*

Rhodijs non ita meritos eo bello, ut amicorum Jociorum numero habendi sint. His auditis, prostraverunt se omnes humi, consulemque et cunctos, qui aderant, orantes, ne nova fallaque crimina plus obesse Rhodijs aequum censerent, quam antiqua inerita, quorum ipsi testes essent. Extemplo, veste sordida sumta, domos principum cum precibus ac lacrimis circumibant, orantes, ut prius cognoscerent causam, quam condemnarentur.

XXI. M. Juventius Thalna praetor, cujus inter cives et peregrinos jurisdictio erat, populum adversus Rhodios incitabat; rogationemque promulgaverat, *Ut Rhodijs bellum indiceretur: et ex magistratibus ejus anni deligerens, qui ad id bellum cum classe mitteretur, se eum sperans futurum esse. Huic actioni M. Antonius et M. Pomponius tribuni plebis adversabantur. Sed et praetor novo maloque exemplo rem ingressus erat, quod, ante non consulto senatu, non consulibus certioribus factis, de sua unius sententia rogationem ferret, *Vellent juberenne, Rhodijs bellum indici?* cum antea semper prius senatus de bello consultus esset, deinde ad populum latum; et tribuni plebis, cum ita traditum esset, ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset; eoque perlaepe evenisset, ut, qui non professi essent se intercessuros, animadversis vitiis legis ex ratione dissuadentium, intercederent; et, qui ad intercedendum venissent, desisterent, victi auctoritatibus suadentium legem. Tum inter praetorem tribunosque omnia intempestive agendi certamen erat. Tribuni festinationem praetoris ante tempus intercedendo,*

* * *

in adventum in-

* * *

XXII. *** *peccaverimusne, adhuc dubium est: poenas, ignominias omnes jam patimur. Antea, Carthaginiensibus, victis, Philippo, Antiocho superatis, cum Ro.*

Romam venissemus, ex publico hospitio in curiam gratulatum vobis, Patris conscripti, ex curia in Capitolium ad Deos vestros dona ferentes; nunc ex sordido deversorio, vix mercede recepti, ac prope hostium more extra urbem manere iussi, in hoc squalore venimus in curiam Romanam Rhodii, quos provinciis nuper Lycia atque Caria, quos praemiis atque honoribus amplissimis donastis. Et Macedonas Illyriosque liberos esse, (ut audimus) jubetis, cum servierint, antequam vobiscum bellarent: (nec cujusquam fortunae invidemus, immo agnoscimus clementiam populi Romani) Rhodios, qui nihil aliud quam quieverunt hoc bello, hostes ex sociis facturū esse? Certe quidem vos estis Romani, qui ideo felicia bella vestra esse, quia justa sint, prae vobis fertis; nec tam exitu eorum, quod vincatis, quam principiis, quod non sine causa suscipiatis, gloriamini. Messana in Sicilia oppugnata Carthaginenses, Athenae oppugnatae et Graecia in servitutem perita, et adjutus Hannibal pecunia, auxiliis, Philippum hostem fecerunt. Antiochus ipse, ultro ab Aetolis hostibus vestris arcessitus, ex Asia classe in Graeciam trajecit; Demetriade, et Chalcide, et saltu Thermopylarum occupato, de possessione imperii vos dejicere conatus. Cum Perseo socii vestri oppugnati, alii interfecti reguli principesque gentium aut populorum, causa belli vobis fuere. Quem tandem titulum nostra calamitas habitura est, si perituri sumus? Nondum segrego civitatis causam a Polyarato et Dinone, civibus nostris, et iis, quas, ut traderemus vobis, adduximus. Si omnes Rhodii aequae noxii essemus, quod nostrum in hoc bello crimen esset? Persei partibus favimus; et, quemadmodum Antiochi Philippique bello pro vobis adversus reges, sic nunc pro rege adversus vos stetimus. Quemadmodum soleamus socios juvare, et quam impigre capeffere bella; C. Livium, L. Aemilium Regillum interrogate, qui classibus vestris in Asia praefuerunt. Nunquam vestrae pugnare sine nobis, nostra classe pugnavimus semel ad Samum, iterum in Pamphylia adversus Hannibalem imperatorem. quae victoria nobis eo gloriosior est, quod, cum ad Samum magnam partem navium adversa pugna et egregiam juventutem amisissimus, ne tanta quidem clade

terrissi, iterum ausi sumus regiae classis ex Syria venientis obviam ire. Haec non gloriandi causa retuli, (neque enim ea nunc nostra est fortuna) sed ut admonerem, quemadmodum adjuvare socios solerent Rhodii.

XXIII. Praemia, Philippo et Antiocho devictis, amplissima accepimus a vobis. Si, quae vestra nunc est fortuna Deum benignitate et virtute vestra, ea Persei fuisset, et praemia petiti ad victorem regem venissemus in Macedoniam, quid tandem diceremus? Pecuniae a nobis adjutum, an frumento? auxiliis terrestribus, an navalibus? quod praesidium tenuisse nos? ubi pugnasse, aut sub illius ducibus, aut per nos ipsos? Si quaereret, ubi milis noster, ubi navis intra praesidia sua fuisset: quid responderemus? Causam fortasse diceremus apud victorem, quemadmodum apud vos dicimus. Hoc enim legatos utroque de pace mittendo consecuti sumus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus; ab altera etiam crimen et periculum esset. Quanquam Perseus vere objiceret, id quod vos non potestis, Patres conscripti, nos principio belli misisse ad vos legatos, qui pollicerentur vobis, quae ad bellum opus essent; navalibus, armis, juventute nostra, sicut prioribus bellis, ad omnia paratos fore. Ne praestaremus, per vos fecit, qui de quacunque causa tum aspernari nostra auxilia estis. Neque fecimus igitur quidquam tanquam hostes, neque bonorum sociorum defuimus officio; sed a vobis prohiberi praestare fuimus. Quid igitur? nihilne factum neque dictum est in civitate vestra, Rhodii, quod nolleris, quo merito offenderetur populus Romanus? Hinc jam non, quod factum est, defensus sum, (non adeo insanio) sed publicam causam a privatorum culpa segregaturus. Nulla enim est civitas, quae non et improbos cives aliquando, et imperitam multitudinem semper habeat. Etiam apud vos fuisse audivi, qui assentando multitudini grassarentur: et secessisse aliquando a vobis plebem, nec in potestate vestra rempublicam fuisse. Si hoc in hac tam bene morata civitate accidere potuit, mirari quisquam potest, aliquos fuisse apud nos, qui, regis amicitiam petentes, plebem nostram consiliis depravarent? qui tamen nihil ultra valuerunt,

quam

rustica pluris sestertiūm triginta milliūm haberent, censendi jus factum est. Hoc cum ita servatum esset, negabat Claudius, *suffragii lazionem injussu populi censorem cuiquam homini, nedum ordini universo, adipisci posse. Neque enim, si tribu movere posset, quod sit nihil aliud, quam mutare jubere tribum, ideo omnibus quinque et triginta tribubus emovere posse: id est, civitatem libertatemque eripere; non, ubi censetur, finire, sed censu excludere.* Haec inter ipsos disceptata: postremo eo descensum est, ut ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis sortirentur, in quam omnes, qui servitūtem servissent, conjicerent. Esquilinae fors exiit: in ea Ti. Gracchus pronuntiavit, libertinos omnes censeri placere. Magno ea res honori censoribus apud senatum fuit. gratiae actae et Sempronio, qui in bene coepto perseverasset; et Claudio, qui non impedisset. Plures, quam a superioribus, et senatu, emoti sunt, et equos vendere iussi. omnes iidem ab utroque et tribu remoti, et aerarii facti: neque ullius, quem aliter notāret, ab altero levata ignominia. Potentibus, ut ex instituto ad facta tecta exigenda, et ad opera, quae locassent, probanda, anni et bimensis tempus prorogaretur, Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in senatum, intercessit. Eodem anno C. Cicerejus aedem in monte Albano dedicavit quinquennio post, quam vovit. Flamen Martialis inauguratus est eo anno L. Postumius Albinus.

XVI. Q. Aesio, M. Junio consulibus de provinciis referentibus, censuere Patres, duas provincias Hispaniam rursus fieri, quae una per bellum Macedonicum fuerat: et Macedoniam Illyricumque eodem, L. Paulum et L. Anicium, obtinere, donec de sententia legatorum et res bello turbatas, et statum alium ejus regni formando composuissent. Consulibus Pisae et Gallia decretae cum binis legionibus peditum, et equitum quadringentenis. Praetorum sortes suere, Q. Cassii urbana, M. Juventii Thalnae inter peregrinos, Ti. Claudii Neronis Sicilia, Cn. Fulvii Hispania citerior, C. Licinii Nervae ulterior. A. Manlio Torquato Sardinia obvenerat.

ut, si quis vellet inimicum perire, si nihil fecerit, quo id fiat, capitis damnetur. His, qui nos poena, non crimine, liberant, gratiam quidem habemus: ipsi nobis hanc dicimus legem: si omnes voluimus, quod arguimur, non distinguimus voluntatem a facto: omnes plectamur. Si alii principum nostrorum vobis, alii regi faverunt; non postulo, ut propter nos, qui partium vestrarum fuimus, regis fautores salvi sint: illud deprecor, ne nos propter illos pereamus. Non estis vos illis infestiores, quam civitas ipsa; et hoc qui sciebant, plerique eorum aut profugerunt, aut mortem sibi consciverunt. alii, damnari a nobis, in potestate vestra erunt, Patres conscripti. Ceteri Rhodii, sicut gratiam nullam meriti hoc bello, ita ne poenam quidem sumus. Priorum nostrorum benefactorum cumulus hoc, quod nunc cessatum in officio est, expleat. Cum tribus regibus gessistis bella per hos annos, ne plus obfit nobis, quod uno bello cessavimus, quam quod duobus bellis pro vobis pugnavimus. Philippum, Antiochum, Persea, tanquam tres sententias, ponite. duae nos absolvunt: una dubia est, ut gravior sit. Illi de nobis si judicarent; damnari essemus. vos judicate, Patres conscripti, sit Rhodus in terris, an funditus deleatur. Non enim de bello deliberatis, Patres conscripti, quod inferre potestis, gerere non potestis; cum nemo Rhodiorum arma adversus vos laturus sit. Si perseverabitis in ira, tempus a vobis petemus, quo hanc funestam legationem domum referamus: omnia libera capita, quidquid Rhodiorum virorum, feminarum est, cum omni pecunia nostra naves conscendemus; ac, relictis penaribus publicis privatisque, Romam veniemus: et, omni auro et argento, quidquid publici, quidquid privati est, in comitio, in vestibulo curiae vestrae, cumlato, corpora nostra conjugumque ac liberorum vestrae potestati permittemus, hic passuri, quodcunque patiendum erit. procul ab oculis nostris urbs nostra diripiat, incendatur. Hostes Rhodios esse, Romani judicare possunt: est tamen nostrum aliquod de nobis iudicium, quo nunquam iudicabimus nos vestros hostes: nec quidquam hostile, etiam si omnia patiemur, faciemus.

XXV. Secundum talem orationem universi rursus prociderunt, ramosque olivae supplices jactantes, tandem excitati, curia excefferunt. Tunc sententia interrogari coeptae. Infestissimi Rhodiis erant, qui consules praetoresve aut legati gesserant in Macedonia bellum. Plurimum causam eorum adjuvit M. Porcius Cato; qui, asper ingenio, tum lenem mitemque senatorem egit. Non inferam simulacrum viri copiosi, quae dixerit, referendo: ipsius oratio scripta exstat, originum quinto libro inclusa. Rhodiis responsum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec focii permanerent. Philocrates et Astymedes principes legationis erant. Partem cum Philocrate renuntiare Rhodum legationem placuit, partem cum Astymede Rhodum subsistere, quae agerentur, sciret, certioresque suos faceret. In praesentia deducere ante certam diem ex Lycia Cariaque jusserunt praefectos. Haec Rhodum nuntiata, quae per se tristia fuissent, quia majoris mali levatus erat timor, cum bellum tenuissent, in gaudium renuntiata verterunt. Itaque extemplo coronam viginti millium aureorum decreverunt: Theodotum, praefectum classis, in eam legationem miserunt. Societatem ab Romanis ita volebant peti, ut nullum de ea re scitum populi fieret, aut iteris mandaretur: quod, nisi impetrarent, major repulsis ignominia esset. Praefecti classis id unius erat jus, ut agere de ea re sine rogatione ulla perlata posset. nam ita per tot annos in amicitia fuerant, ut sociali foedere se cum Romanis non illigarent, ob nullam aliam causam, quam ne spem regibus abscenderent auxilii sui, si cui opus esset, neu sibi ipsis fructus ex benignitate et fortuna eorum percipiendi. Tunc utique petenda societas videbatur; non quae tutiores eos ab aliis faceret, (nec enim timebant quemquam, praeter Romanos) sed quae ipsis Romanis minus suspectos. Sub idem fere tempus et Caunii descivere ab his, et Mylasenses Euromensium oppida occuparunt. Non ita fracti animi civitatis erant, ut non sentirent, si Lycia et Caria ademptae ab Romanis forent, cetera aut se ipsa per defectionem liberarent, aut a finitimis occuparentur, includi se insulae parvae et steriles agri litoribus, quae nequaquam alere tantae urbis populum posset. missa

igitur juventute, propere et Caunios, quanquam Cibyriarum adsciverant auxilia, coegerunt imperio parere; et Mylasenses Alabandenosque, qui Euromentium provincia adenta, ad ipsos conjuncto exercitu venerunt, circa Orthosiam acie vicerunt.

XXVI. Dum haec ibi, alia in Macedonia, alia Romae geruntur: interim in Illyrico L. Anicius, rege Gentio, sicut ante dictum est, in potestatem redacto, Scodrae, quae regia fuerat, praesidio imposito Gabinium praefecit, Rhizoni et Olcinio urbibus opportunis C. Licinium. Praepositis his Illyrico, cum reliquo exercitu in Epirum est profectus. ubi prima Phanota ei dedita, tota multitudine cum insulis obviam effusa. hic praesidio imposito, in Molossidem transgressus: cyjus omnibus oppidis, praeter Passaronem, et Tecmonem, et Phylacem, et Horreum, receptis, primum ad Passaronem ducit. Antinous et Theodotus principes ejus civitatis erant, insignes et favore Persei, et odio adversus Romanos: iidem universae genti auctores desciscendi ab Romanis. Hi conscientia privatae noxae, quia ipsis nulla spes veniae erat, ut communi ruina patriae opprimerentur, clauerunt portas, multitudinem, ut mortem servituti praepo-nerent, hortantes. Nemo adversus praepotentes viros hiscere audebat. Tandem Theodotus quidam, nobilis et ipse adolescens, cum major a Romanis metus timorem a principibus suis vicisset, *Quae vos rabies, inquit, agitar, qui duorum hominum noxae civitatis accessionem secitis? Equidem pro patria qui letum oppetissent, saepe faciendo audivi; qui patriam pro se perire aequum censens, hi primi inveni sunt. Quin aperimus portas, et imperium accipimus, quod orbis terrarum accepit?* Haec dicentem cum multitudo sequeretur, Antinous et Theodotus in primam stationem hostium irruperunt, atque ibi, offerentes se ipsi vulneribus, interfecti. urbs dedita est Romanis. Simili pertinacia Cephalis principis clausum Tecmonem, ipso interfecto, per conditionem recepit. Nec Phylace, nec Horreum, oppugnationem tulerunt. Pacata Epiro, divitiisque in hiberna copiis per opportunas urbes, regressus ipse in Illyricum, Scodrae, quo

quo quinque legati ab Roma venerant, evocatis ex tota provincia principibus, conventum habuit. Ibi pro tribunali pronuntiavit de sententia consilii: *Senatum populumque Romanum Illyrios esse liberos jubere. praesidia ex omnibus oppidis, arcibus, et castellis sese deducendum. Non solum liberos, sed etiam immunes fore Iffenses, et Taulantios, Dassaretiorum Pirustas, Rhizonitas, Olciniatas, quod, incolumi Gentio, ad Romanos defecissent. Dzorfeis quoque immunizatem dare; quod, relicto Caravantio, cum armis ad Romanos transissent. Scodrensis, et Dassarensis, et Selepitans, ceterisque Illyriis, veccigal dimidium ejus, quod regi pedissent.* Inde in tres partes Illyricum divisit. unam eam fecit, quae supra dicta est; alteram Labeatas omnes; tertiam Agrauovitas et Rhizonitas, et Olciniatas, accolaeque eorum. haec formula dicta in Illyrico, ipse in Epiri Passaronem in hiberna. rediit.

XXVII. Dum haec in Illyrico geruntur, Paullus ante adventum decem legatorum Q. Maximum filium, jam ab Roma regressum, ad Aeginium et Agallas diripiendas mittit: Agallas, quod, cum Marcio consuli tradidissent urbem, petita ultro locietate Romana, defecerant rursus ad Persea: Aeginiensium novum crimen erat. famae de victoria Romanorum fidem non habentes, in quosdam militum, urbem ingressos, hostiliter saevierant. Ad Aeniorum quoque hostiliter urbem diripiendam L. Postumium misit, quod pertinacius, quam finitimae civitates, in armis fuerant. Autumni scere tempus erat; cujus temporis initio circumeundam Graeciam, visendaque, quae nobilitata fama magis auribus accepta sunt, quam oculis noscuntur, ut statuit, praeposito castris C. Sulpicio Gallo, profectus cum haud magno comitatu, tegentibus latera Scipione filio et Athenaeo Eumenis regis fratre, per Thessaliam Delphos petit, inclitum oraculum: ubi, sacrificio Apollini facto, inchoatas in vestibulo columnas, quibus imposituri statuas regis Persei fuerant, suis statuis victor destinavit. Lebadiae quoque templum Jovis Trophonii adiit. ibi cum vidisset os Ipeus, per quod oraculo utentes seiscitatum Deos descen-

dunt, sacrificio Jovi Hercynnaeque facto, quorum ibi templum est, Chalcidico ad spectaculum Euripi* aequoque ante insulae, ponte continenti junctae, descendit. A Chalcide Aulidem trajicit, trium millium spatio distantem, portum inclitum statione quondam mille navium Agamemnoniae classis, Dianaeque templum, ubi navibus cursum ad Trojam, filia victima aris admota, rex ille regum petiit. Inde Oropum Atticae ventum est; ubi pro Deo vates Amphiloehus colitur, templumque vetustum est, fontibus rivisque circa amoenum. Athenas inde, plenas quidem et ipsas vetustate faesae, multa tamen vi-
lenda habentes: arcem, portus, muros Piraeum urbi jungentes, navalia magnorum imperatorum, simulacra Deorum hominumque, omni genere et materiae et artium insignia.

XXVIII. Sacrificio Minervae praefidi arcis in urbe facto profectus, Corinthum altero die pervenit. urbs erat tunc praeclara ante excidium. arx quoque et Isthmus praebuere spectaculum: arx inter omnia in immanem altitudinem edita, scatenus passibus: Isthmus duo maria, ab occasu et ortu solis finitima, arcis faucibus dirimens. Sicyonem inde et Argos nobiles urbes adit: inde haud parum opibus Epidaurum, sed inclitam Aesculapii nobili templo; quod, quinque millibus passuum ab urbe distans, nunc vestigiis revulforum donorum, tum donis dives erat, quae remediorum salutarium aegri mercedem sacraverant Deo. Inde Lacedaemonem adit, non operum magnificentia, sed disciplina institutisque memorabilem: unde per Megalopolin Olympiam ascendit. Ubi et alia quidem spectanda visa, et, Jovem velut praesentem intuens, motus animo est. Itaque, haud fecus quam si in Capitolio immolaturus esset, sacrificium amplius solito apparari iussit. Ita peragrata Graecia, ut nihil eorum, quae quisque Persei bello privatim aut publice sensisset, inquireret, ne cuius motu sollicitaret animos sociorum, Demetriadem cum revertit, in itinere sordidata turba Astolorum occurrit, mirantique et percontanti, quid esset, defertur, quingentos quinquaginta principes ab Lycilco et Tisippe, circumfesso senatu per
mill.

milites Romanos, missos a Baebio praefide, interfectos; alios in exilium actos esse: bonaque eorum, qui interfecti essent, et exilium possidere, qui arguebant. Jussis Amphipolim adesse, ipse, convento Cn. Octavio Demetriade, postquam fama accidit, trajecisse jam mare decem legatos; omnibus aliis omisissis, Apolloniam ad eos pergit. quo cum Perseus obviam Amphipoli nimis soluta custodia processisset, (id diei iter est) ipsum quidem benigne allocutus est: ceterum, postquam in castra ad Amphipolim venit, graviter increpuisse traditur C. Sulpicium: primum, quod Persea tam procul a se vagari per provinciam passus esset: deinde, quod adeo indulgisset militibus, ut nudare tegulis muros urbis ad tegenda hibernacula sua pateretur. referrique tegulas et resarci tecta, sicut fuerant, jussit. Et Persea quidem cum majore filio Philippo, traditos A. Postumio, in custodiam misit: filiam cum minore filio, a Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali cultu habuit.

XXIX. Ipse, ubi dies venit, quo adesse Amphipoli denos principes civitatum jusserat, literasque omnes, quae ubique depositae essent, et pecuniam regiam conferri, cum decem legatis, circumfusa omni multitudine Macedonum, in tribunali confedit. Assuetis regio imperio tamen novum formam terribilem praehuit tribunal, submotor aditus, praeco, accensus, insueta omnia oculis auribusque; quae vel socios, nedum hostes victos, terrere possent. Silentio per praeconem facto, Paulus Latine, quae senatui, quae sibi ex consilii sententia visa essent, pronuntiavit: ea Cn. Octavius praetor (nam et ipse aderat) interpretata sermone Graeco referebat. *Omnia primum liberos esse jubere Macedonas, habentes urbes easdem agrosque, utentes legibus suis, annuos creatores magistratus: triburum dimidium ejus, quod pependissent regibus, pendere populo Romano. Deinde in quatuor regiones dividi Macedoniam. unam fore et primam partem, quod agri inter Strymonem et Nessum amnem sit: accessurum huic parti trans Nessum, ad orientem versum, qua Perseus tenuisset vicus, castella, oppida, praeter Aenum, et Maroneam, et Abdera;*

trans Strymonem autem vergens ad occasum, Bisalticam omnem cum Heraclea, quam Sinticem appellant. Secundam fore regionem, quam ab ortu Strymo amplecteretur amnis, praeter Sinticem Heracleam et Bisaltas: ab occasu qua Axius terminaret fluvius, additis Paeonibus, qui prope Axius flumen regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ab occasu, cingunt: ad septentrionem Bora mons objicitur. adjecta huic parti regio Paeoniae, qua ab occasu praeter Axius amnem porrigitur: Edessa quoque et Beroea eodem concesserunt. Quarta regio trans Boram montem, una parte confinis Illyrico, altera Epiro. Capita regionum, ubi concilia ferent, primae regionis Amphipolim, secundae Thessalonice, tertiae Pellam, quartae Pelagoniam fecit. Eo concilia suae cujusque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magistratus creari iussit. Pronuntiavit deinde, neque connubium, neque commercium agrorum aedificiorumque inter se placere cuiquam extra fines regionis suae esse. Metalla quoque auri atque argenti non exerceri: ferri et aeris permitti. vectigal exercentibus dimidium ejus impositum, quod pependissent regi. Et tale invecto uti vetuit. Dardanis repentibus Paeoniam, quod et sua fuisset, et continens esset finibus suis, omnibus dare libertatem pronuntiavit, qui sub regno Persae fuissent. Post non impetratam Paeoniam, salis commercium dedit: tertiae regioni imperavit, ut Stobos Paeoniae deveherent, pretiumque statuit. Navalem materiam et ipsos caedere, et alios pati vetuit. Regionibus, quae affines barbaris essent, (excepta autem tertia, omnes erant) permittit, ut praefidia armata in finibus extremis haberent.

XXX. Haec, pronuntiata primo die conventus, varie effecerunt animos. Libertas praeter spem data arrexit, et levatum annum vectigal. Regionatim commercis interruptis ita videri lacerata, tanquam animalia in artus, alterum alterius indigentes, distracta: adeo, quanta Macedonia esset, quam divisui facilis, et a se ipsa quaeque contempta pars esset, Macedones quoque ignorabant. Pars prima Bisaltas habet, fortissimos viros, (trans Nes-

fum annem incolunt et circa Strymonem) et multas frugum proprietates, et metalla, et opportunitatem Amphipolis: quae objecta claudit omnes ab oriente sole in Macedoniam aditus. Secunda pars celeberrimas urbes, Thessalonicoen et Callandriam, habet; ad hoc Pallenen, fertilem ac frugiferam terram: maritimas quoque opportunitates ei praebent portus ad Toronen ac montem Atho, (Aeneae vocant hunc) alii ad insulam Euboeam, alii ad Hellepontum opportune versi. Tertia regio nobiles urbes, Edeffam et Beroeam et Pellam, habet, et Vettiorum bellicosam gentem: incolas quodque permultos Gallos et Illyrios, impigros cultores. Quartam regionem Eordaei et Lyncestae et Pelagones incolunt; juncta his Atintania, et Stryphalis, et Elimiotis. frigida haec omnis, duraque cultu, et aspera plaga est: cultorum quoque ingenia terrae similia habet. ferociores eos et aecolae barbari faciunt; nunc bello exercentes, nunc in pace miscentes ritus suos. Divisae itaque Macedoniae partium usibus separatis, quanta universos teneat Macedonas, formula dicta, cum leges quoque se daturum ostendisset.

XXXI. Aetoli deinde citati: in qua cognitione magis, utra pars Romanis, utra regi favisset, quaesitum est, quam utri fecissent injuriam, aut accepissent. Noxa liberati interfectores: exsilium pulsus aequae ratum fuit, ac mors interfectis. A. Baebius unus est damnatus, quod milites Romanos praeuisset ad ministerium caedis. Hic eventus Aetolorum causae in omnibus Graeciae gentibus populisque eorum, qui partis Romanorum fuerant, inflavit ad intolerabilem superbiam animos; et obnoxios pedibus eorum subiecit, quos aliqua parte suspicio favoris in regem contigerat. Tria genera principum in civitatibus erant: duo, quae adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum, sibi privatim opes oppressis faciebant civitatibus: medium unum, utrique generi adversum, libertatem et leges tuebatur. His ut major apud suos caritas, ita minor apud externos gratia erat. Secundis rebus elati Romanorum partis ejus fautores, soli tum in magistratibus, soli in legationibus erant.

erant. Hi cum frequentes et ex Peloponneso, et ex Boeotia, et ex aliis Graeciae conciliis adessent, implevere aures decem legatorum: *Non eos tantum, qui se propterea per vanitatem iactassent, tanquam hospites et amicos Persei, sed multo plures alios ex oculo favisse. reliquos per speciem tuendae libertatis in conciliis adversus Romanos omnia instruxisse. nec aliter eas mansuras in fide geses, nisi, fractis animis partium, aletur confirmare, et auctoritas eorum, qui nihil praeter imperium Romanorum spectarent.* Ab his editis nominibus, evocati literis imperatoris ex Aetolia, Acarnaniaque, et Epiro, et Boeotia, qui Romam ad causam dicendam sequerentur: in Achajam ex decem legatorum numero profectus duo, C. Claudius et Cn. Domitius, ut ipsi edicto evocarent. Id duabus de causis factum: una, quod fiducia plus animorumque esse Achaeis ad non parendum credebant, et forsitan etiam in periculo fore Callicratem et ceteros criminum auctores delatoresque: altera, cur praesentes evocarent, causa erat, quod ex aliis gentibus principum literas deprehensas in commentariis regis habebant: in Achaeis caecum erat crimen, nullis eorum literis inventis. Aetolis dimissis, Acarnanum citata gens: in his nihil novatum, nisi quod Leucas exempta est Acarnanum concilio. Quaerendo deinde latius, qui publice aut privatim partium regis fuissent, in Asiam quoque cognitionem extendere: et ad Antiffan in Lesbo insula diruendam, traducendos Methymnam Antiffaeos, Labeonem miserunt; quod Antenorem, regium praefectum, quo tempore cum lembis circa Lesbum est vagatus, portu receptum comitatibus juvissent. Duo securi percussi viri insignes; Andronicus Andronici filius Aetolus, quod, patrem secutus, arma contra populum Romanum tulisset; et Neo Thebanus, quo auctore societatem cum Perseo junxerant.

XXXII. His rerum externarum cognitionibus interpositis, Macedonum rursus advocatum concilium: pronuntiatum, *Quod ad statum Macedoniae pertinebat, senatores, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio respublica administraretur.* Nomina deinde sunt reci-

recitata principum Macedonum, quos cum liberis, majoribus quam quindecim annos natis, praecedere in Italiam placeret. Id, prima specie saevum, mox apparuit multitudini Macedonum pro libertate sua esse factum. nominati sunt enim regis amici purpuratique, duces exercituum, praefecti navium aut praesidiorum; servire regi humiliter, aliis superbe imperare assueti: praedivites alii, alii, quos fortuna non aequarent, his sumptibus pares: regius omnibus victus vestitusque: nulli civilis animus, neque legum neque libertatis aequae patient. Omnes igitur, qui in aliquibus ministeriis regis, etiam qui in minimis legationibus fuerant, iussi Macedonia excedere, atque in Italiam ire: qui non paruisse imperio, mors denunciata. Leges Macedoniae dedit cum tanta cura, ut non hostibus victis, sed focis bene meritis, dare videretur: et quas ne usus quidem longo tempore (qui unus est legum corrector) experiendo argueret. Ab feriis rebus ludicrum, quod ex multo ante praeparato, et in Asiae civitates, et ad reges missis, qui denuntiarent, et cum circumiret ipse Graeciae civitates, indixerat principibus, magno apparatu Amphipoli fecit. Nam et artificum omnis generis, qui ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo, et athletarum, et nobilium equorum convenit: et legationes cum victimis, et quidquid aliud Deorum hominumque causa fieri magnis ludis in Graecia solet. Ita factum est, ut non magnificentiam tentum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quae rudes tum Romani erant, admirarentur. Epulae quoque legationibus paratae et opulentia et cura eadem. Vulgo dictum ipsius ferebant, et convivium instruere, et ludos parare, ejusdem esse, qui vincere bello sciret.

XXXIII. Edito ludicro omnis generis, clypeisque aereis in naves impositis, cetera omnis generis arma, cumulata in ingentem acervum, precatus Martem, Minervam, Luamque matrem, et ceteros Deos, quibus spolia hostium dicare jus fasque est, ipse imperator, face subdita, succendit. deinde circumstantes tribuni militum pro se quisque ignes conjecerunt. Notata est in illo conventu Europae Asiaeque, undique partim ad gratula-

tionem, partim ad spectaculum contracta multitudine, tantis navalibus terrestribusque exercitiis, ea copia rerum, ea vilitas annonae, ut et privatis, et civitatibus, et gentibus, dona data pleraque ejus generis sint ab imperatore, non in usum modo praesentem, sed etiam quod domos aveherent. Spectaculo fuit ei, quae venerat, turbae non scenicum magis ludicum, non certamina hominum, aut curricula equorum, quam praeda Macedoniae omnis, ut viferetur, exposita statuarum, tabularumque, textilium, et vasorum ex auro et argento et aere et ebore factorum ingenti cura in ea regia: ut non in praesentem modo speciem, qualibus referta regia Alexandriae erat, sed in perpetuum usum fierent. Haec, in classem imposita, devehenda Romam Cn. Octavio data. Paulus, benigne legatis dimissis, transgressus Strymonem, mille passuum ab Amphipoli castra posuit: inde profectus, Pellam quinto die pervenit. Praetergressus urbem, ad Spelaeum (quod vocant) biduum moratus, P. Nasicum, et Q. Maximum filium cum parte copiarum ad depopulandos Illyrios, qui Persea juverant bello, misit, jussos ad Oricum sibi occurrere: ipse, Epirum petens, quintisdecimis castris Passaronem pervenit.

XXXIV. Haud procul inde Anicilii castra aberant, ad quem literis missis, ne quid ad ea, quae fierent, moveretur; *senatum praedam Epiri civitatum, quae ad Persea defecissent, exercitui dedisse*, submissis centurionibus in singulas urbes, qui se dicerent ad praefidia deducenda venisse, ut liberi Epirotae, sicut Macedones, essent, denos principes ex singulis evocavit civitatibus: quibus, cum denuntiasset, ut aurum atque argentum in publicum proferretur, per omnes civitates cohortes dimisit, ante in ultteriores, quam in propiores, profecti, ut uno die in omnes perveniretur. Edita tribunis centurionibusque erant, quae agerentur: mane omne aurum argentumque collatum: hora quarta signum ad diripendas urbes datum est militibus: tantaque praeda fuit, ut in equitem quadringeni denarii, pedibus ducenti dividerentur, centum quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur. Muri deinde direptarum urbium diruti sunt;

sunt: ea fuere oppida circa septuaginta. Vendita praeda omnium, de ea summa militi numeratum est. Paullus ad mare Oricum descendit, nequaquam, ut ratus erat, expletis militum animis: qui, tanquam nullum in Macedonia gessissent bellum, expertes regiae praedae esse indignabantur. Orici cum missas cum Scipione Nasica Maximoque filio copias invenisset, exercitu in naves imposito, in Italiam trajecit. Et post paucos dies Anicius, conventu reliquorum Epirotarum Acarnanumque acto, jussisque in Italiam sequi principibus, quorum cognitionem causae reservarat, et ipse, navibus expectatis, quibus usus Macedonicus exercitus erat, in Italiam trajecit. Cum haec in Macedonia Epiroque gesta sunt, legati, qui cum Attalo ad finiendum bellum inter Gallos et regem Eumenum missi erant, in Asiam pervenerunt. Induciis per hiemem factis, et Galli domos abierant, et rex in hiberna concefferat Pergamum, gravique morbo aeger fuerat. Ver primum ex domo exivit: jamque Synnada pervenerant, cum Eumenes ad Sardes undique exercitum contraxerat. Ibi et Romani Solovettium ducem Gallorum Synnadis allocuti, et Attalus de eis profectus; sed castra Gallorum intrare eum non placuit, ne animi ex disceptatione irritarentur. P. Licinius cum regulo Gallorum est locutus, retulitque, ferociorem eum deprecando factum: ut mirum videri posset, inter tam opulento reges, Antiochum Ptolemaeumque, tantum legatorum Romanorum verba valuisse, ut extemplo pacem facerent; apud Gallos nullius momenti fuisse.

XXXV. Romam primum reges captivi, Perseus et Gentius, in custodiam cum liberis abducti; dein turba alia captivorum: tum quibus Macedonum denuntiatum erat, ut Romam venirent, principumque Graeciae. nam hi quoque non solum praesentes exciti erant, sed etiam, si qui apud reges esse dicebantur, literis accessiti sunt. Paullus ipse post dies paucos regia nave ingentis magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant, ornata Macedonicis spoliis, non insignium tantum armorum, sed etiam regionum textiliis, adverso Tiberi ad urbem est subvectus, completis ripis obviam effusa multitudo.

Paucos post dies Anicius et Octavius classe sua advecti. Tribus iis omnibus decretus est ab senatu triumphus: mandatumque Q. Cassio praetori, cum tribunis plebis ex auctoritate Patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inveherentur, imperium esset. Intacta invidia media sunt: ad summa ferme tendit. nec de Anicii, nec de Octavii triumpho dubitatum est: Paullum, cui ipsi quoque se comparare erubissent, obtrectatio carpit. Antiqua disciplina milites habuerat; de praeda parcius, quam speraverant ex tantis regis opibus, dederat nihil relicturis, (si aviditati indulgeretur) quod in aevarium defesret. Totus Macedonicus exercitus imperatori erat negligenter afforturus comitiis ferendae legis. Sed eos Ser. Sulpicius Galba, qui tribunus militum secundae legionis in Macedonia fuerat, privatim imperatori inimicus, prensando ipse, et per suae legionis milites sollicitando, stimularat, ut frequentes ad suffragium adessent: *Imperiosum ducem et malignum antiquando rogationem, quae de triumpho ejus ferretur, ulciscerentur. plebem urbanam secururum esse militum judicia. Pecuniam illum dare non potuisse, militem honorem dare posse? ne speraret ibi fructum gratiae, ubi non moruisset.*

XXXVI. His incitatis, cum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius tribunus plebis ferret, et privatis lege dicendi locus esset, nec ad suadendum, ut in re minime dubia, quisquam procederet; Ser. Galba repente processit, et a tribuno postulavit, *Ut, quoniam hora jam octava diei esset, nec satis temporis ad demonstrandum haberet, cur L. Aemilius non juberent triumphare, in posterum diem differrent, et mane eam rem agerent. Integro sibi die ad causam eam orandam opus esse. Cum tribunus dicere eo die, si quid vellet, juberet, in noctem rem dicendo extraxit, referendo admonendoque, Exacta acerba munia militiae; plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, injunctum; contra in praemiis, in honoribus, omnia arctata: militiamque, si talibus succedat ducibus, horridiorem asperioemque bellantibus, eandem victoribus inopem asque inhonoratam futuram.*
Ma.

Macedonas in milicie fortuna, quam milites Romanos, esse. Si frequentes postero die ad legem antiquam adessent, intellecturos potentes viros, non omnia in ducis, aliquid et in militum manu esse. His vocibus incitati, postero die milites tanta frequentia Capitolium compleverunt, ut aditus nulli praeterea ad suffragium ferendum esset. Intro vocatae primae tribus cum antiquarent, concursus in Capitolium principum civitatis factus est, Indignum facinus esse clamitantium, L. Paullum, tanti belli victorem, dispoliari triumpho. obnoxios imperatores tradi licentiae atque avaritiae militari: in uno nimis se per ambitionem peccare. Quid, si domini milites imperatoribus imponantur? In Galbam pro se quisque probra ingerere. Tandem, hoc tumultu sedato, M. Servilius, qui consul et magister equitum fuerat, ut de integro eam rem agerent, ab tribunis petere, dicendique sibi ad populum potestatem facerent. Tribuni, cum ad deliberandum secessissent, victi auctoritatibus principum, de integro agere coeperunt, revocatosque se eadem tribus renuntiaverunt, si M. Servilius alique privati, qui dicere vellent, dixissent.

XXXVII. Tum Servilius: *Quantus imperator L. Aemilius fuerit, Quirites, si ex alia re nulla aestimari possit, vel hoc satis erat, quod, cum tam seditiosos et leves milites, tam nobilem, tam temerarium, tam eloquentem ad instigandam multitudinem inimicum in castris haberet, nullam in exercitu seditionem habuit. Eadem severitas imperii, quam nunc oderunt, tunc eos continuit. Itaque, antiqua disciplina haberi, neque fecerunt. Sor. quidem Galba, si in L. Paulo accusando tirocinium ponere, et documentum eloquentiae dare voluit, non triumphum impedire debuit, quem, si nihil aliud, senatus justum esse judicaverat: sed postero die, quam triumphatum est: privatam eum visurus esses, nomen deferres, et legibus interrogares; aut serius paulo, cum primum magistratus ipse cepisset, diem diceret, inimicum ad populum accusares. Ita et premium recte facti triumphum haberet L. Paullus pro egregie bello gesto; et poenam, si quid ex vetere gloria sua et nova indignum fecisset. Sed vide.*

videlicet, cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat, ejus obirectare laudes voluit. Diem integrum hesternum die ad accusandum L. Paullum petiit; quatuor horas, quantum supererat diei, dicendo absumsit. Quis unquam tam nocens reus fuit, cujus visia vitæ tot horis expromi non possent? Quid interim objecit, quod L. Paullus, si causam dicat, negarum velit? Duas mihi aliquis conciones parumper facias: unam militum Macedonicorum; puram alteram, integrioris judicii, et a favore et odio, universo judicante populo Romano. Apud concionem rogatam et urbanam prius reus agatur. Quid apud Quirites Romanos, Ser. Galba, diceret? illa enim tibi tota absque oratio esset: „In statione severius et intentius „institisti; vigiliæ acerbius et diligentius circumitæ sunt; „operis plus, quam antea, fecisti, cum ipse imperator „et exactor circumires; eodem die et iter fecisti, et in „acciem ex itinere duxisti. Ne victorem quidem te ac „quiescere passus est: statim ad persequendos hostes duxit. „Cum te præda partienda locupletem facere posses, pecu „niam regiam transtaurus in triumpho est, et in aerarium „laturus.“ Itac sicut ad militum animos stimulandos aliquem aculeum habent, qui parum licentiæ, parum avaritiæ suæ inservitum censens; ita apud populum Romanum nihil valuisse: qui, ut vetera atque audita a parentibus suis non repetat, quæ ambitione imperatorum clades acceptæ sint, quæ severitate imperii victoriæ partæ, proximo certe Punico bello, quid inter M. Minucium magistrum equitum et Q. Fabium Maximum dictatorem inverfucris, meminit. Itaque accusatorem id scire potuisse, et supervacaneam defensionem Paulli fuisse. Transatur ad alteram concionem: nec Quirites vos, sed milites videor appellaturus, si nomen hoc saltem ruborem incutere, et veracundiam aliquam imperatoris violandi afferre possit.

XXXVIII. Equidem ipse aliter affectus animo sum, qui apud exercitum mihi loqui videar, quam paulo antecrem, cum ad plebem urbanam spectabat oratio. Quid etiam dicitis, milites? Aliquis est Romæ, præter Persem, qui triumphari de Macedonicis nolis? et eum non iisdem

manibus discerpitis, quibus Macedonas vicistis? Vincere vos prohibuisset, si potuisset, qui triumphantes urbem intrare prohibet. Erratis, milites, si triumphum imperatoris tantum, et non militum quoque et universi populi Romani, esse decus censetis. Non unius hoc Paulli. Multi etiam, qui ab senatu non impetrarunt triumphum, in monte Albano triumpharunt. Nemo L. Paulo magis eripere decus perfecti belli Macedonici potest, quam C. Laetio primi Punici belli, quam P. Cornelio secundi, quam illis, qui post eos triumphaverunt. Nec L. Paullum minorem aut majorem imperatorem triumphus facies. militum magis in hoc universique populi Romani fama agitur. primum ne invidiae et ingrati animi adversus clarissimum quemque civem opinionem habeas, et imitari in hoc populum Atheniensem, lacerantem invidia principes suos, videatur. Satis peccatum in Camillo a majoribus vestris est, quem tamen ante receptam per eum a Gallis urbem violarunt: satis insuper a vobis in P. Africano. Literni domicilium et sedem fuisse domitoris Africae! Literni sepulcrum ostendi! Erubescamus, gloria si par illis viris L. Paullus, injuria vestra exaequetur. Haec igitur primum infamia deleatur, foeda apud alias gentes, damnosa apud nostros. Quis enim aut Africani, aut Paulli, similis esse in ingrata et inimica bonis civitate velit? Si infamia nulla esset, et de gloria tantum ageretur, qui tandem triumphus non communem nominis Romani gloriam habet? Tot de Gallis triumphi, tot de Hispanis, tot de Poenis, ipsorum tantum imperatorum, an populi Romani, dicuntur? Quemadmodum non de Pyrrho modo, nec de Hannibale, sed de Epirotis Carthaginensibusque triumphum accipiunt; sic non M. Curius tantum, nec P. Cornelius, sed Romani triumphaverunt. Militum quidem propria est causa; qui et ipsi laureati, et quisque donis, quibus donati sunt, insignes, triumphum nomine cient, suasque et imperatoris laudes canentes per urbem incedunt. Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum sint, fremunt: et tamen cum quoque se absentes, quod suis manibus parva victoria sit, triumphare credunt. Si quis vos interroget, milites, ad quam rem in Italiam deportati; et non statim, confecta provincia, dimissis

fictis? quid Roman frequentes sub signis veneritis, quid memini hic, et non diversi domos quisque abeat is vestras? quid aliud respondeatis, quam vos triumphantes videri velle? Vos certe victores conspici velle debebatis.

XXXIX. *Triumphatum nuper de Philippo, patre hujus, et de Antiocha est. ambo regnabant, cum de his triumphatum est. De Perseo capto, in urbem cum liberis abducto, non triumphabitur? Quod si in curru scandentes Capitolium, auratos purpuratosque, ex inferiore loco L. Paullus in turba togatorum unus privatus interroget: L. Anici, Cn. Octavi, utrum vos digniores triumpho esse, an me, censetis? currum ei cessuri, et prae pudore videntur insignia ipsi sua tradituri. Et vos Gentium, quam Persea, duci in triumphum mavultis, Quirites, et de accessione potius belli, quam de bello, triumphari? Et legiones ex Illyrico laureatae urbem inibunt, et navales socii? Macedonicae legiones, suo abrogato, triumphos alienos spectabunt? Quid deinde tam opimae praedae, tam opulentae victoriae spoliis fiet? Quonam abdentur illa tot millia armorum, detracta corporibus hostium? an in Macedoniam remittentur? Quo signa aurea, marmorca, eburnea, tabulae pictae, vexilla, tantum argenti caelari, tantum auri, tanta pecunia regia? An noctu, tanquam furtiva, in aerariam deportabuntur? Quid illud spectaculum maximum, nobilissimum opulentissimusque rex captus, ubi victori populo ostendetur? Quos Syphax rex captus, accessio Punici belli, concursus fecerit, plerique meminimus. Perseus rex captus, Philippus et Alexander filii regis, tanta nomina, subtrahentur civitatis oculis? Ipsum L. Paullum, bis consulem, domisorem Graeciae, omnium oculi conspiciere urbem curru ingredientem avent. Ad hoc fecimus consulem, ut bellum, per quadriennium ingenti etiam pudore nostro tractum, perficeret. cui sortito provinciam, cui proficiscenti praesagiantibus animis victoriam triumphumque destinavimus, ei victori triumphum negaturi? et quidem non homines tantum, sed Deos etiam suo honore fraudaturi? Diis quoque enim, non solum hominibus, debetur. Utrum majores vestri omnium magnarum rerum et principia exorsi*

ab Diis sunt, et finem eum statuerunt? Consul, proficiscens, praetorve, paludatis lictoribus, in provinciam et ad bellum, vota in Capitolio nuncupat: victor, perpetrato eodem, in Capitolio triumphans ad eosdem Deos, quibus vota nuncupavit, merita dona populi Romani traducit: pars non minima triumpho est victricis praecedentes; ut appareat, Diis grates agentem imperatorem ob rempublicam bene gestam redire. Omnes illas victimas, quas traducendas in triumpho vindicavit, alias alio cedente, macrate. illas quidem epulas senatus, quae nec privato loco, nec publico profano, sed in Capitolio eduntur, utrum hominum voluptatis causa, an Deorum hominumque auctore Ser. Galba, turbaturi estis? L. Paullus triumpho portae clauduntur? Rex Macedonum Perseus cum liberis et turba alia captivorum, spolia Macedonum, citra flumen relinquuntur? L. Paullus privatus, tanquam rare rediens, a porta domum ibit. Et tu, censorio, miles, quid de imperatore Paulo senatus decreveris possis, quam quid Ser. Galba fabuletur, audi: et hoc dicere me potius, quam illum, audi. Ille nihil, praeterquam loqui, et ipsum maledice ac maligne, didicisti: ego ser et victricis cum hoste per provocationem pugnavi: ex omnibus, cum quibus manum conserui, spolia retuli. insignis corpus honestis cicatricibus, omnibus adverso corpore exceptis, habeo. Nudasse deinde se dicitur, et, quo quaeque bello vulnera accepta essent, retulisse. quae dum ostentat, adaperitis forte, quae velanda erant, tumor inguinum proximis risum movit. Tum, Hoc quoque, quod videtis, inquit, in equo dies noctesque persequendo habeo: nec magis me ejus, quam cicatricum harum, pudet poenitetque; quando nunquam mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi militiaeque fuit. Ego hoc ferro saepe vexatum corpus vetus miles adolescentibus militibus ostendi. Galba nitens et in integrum denudet. Revocare, si videretur, tribuni, ad suffragium tribus; ego ad vos milites,

* * *

XL. Summam omnis captivi auri argenti que translati solertiam milles ducenties fuisse, Valerius Antias tra-

tradit: quae haud dubie major aliquanto summa ex numero plaustrorum ponderibusque, auri, argenti, generatim ab ipso scriptis, efficitur. Alterum tantum aut in bellum proximum absuntum, aut in fuga, cum Samo-
thracen peteret, dissipatum tradunt: eoque id mirabilius erat, quod tantum pecuniae intra triginta annos post bellum Philippi cum Romanis, partim ex fructu metallorum, partim ex vectigalibus aliis, coacervatum fuerat. Itaque admodum inops pecuniae Philippus, Perseus contra praedives, bellare cum Romanis coepit. Ipse postremo Paullus in curru magnam, cum dignitate alia corporis, tum senecta ipsa, majestatem prae se ferens: post currum inter alios illustres viros filii duo, Q. Maximus et P. Scipio: deinde equites turmatim, et cohortes peditem suis quaeque ordinibus. Pediti in singulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti, tantum peditem daturum fuisse credunt, et pro rata aliis, si aut non refragati honori ejus fuissent, aut benigne, hac ipsa summa nuntiata, acclamassent. Sed non Perseus tantum per illos dies documentum humanorum casuum fuit, in ceteris ante currum victoris ducis per urbem hostium ductus; sed etiam victor Paullus, auro purpuraque fulgens. Nam duobus e filiis, quos, duobus datis in adoptionem, solos nominis, sacrorum, familiaeque heredes retinuerat domi, minor, ferme duodecim annos natus, quinque diebus ante triumphum, major, quatuordecim annorum, triduo post triumphum decessit: quos praetextatos curru vehi cum patre, sibi ipsos similes praedestinantibus triumphos, oportuerat. Paucis post diebus, data a M. Antonio tribuno plebis concione, cum de suis rebus gestis more ceterorum imperatorum disseruisset, memorabilis ejus oratio et digna Romano principe fuit.

XLI. *Quaquam et quam feliciter rempublicam administram, et quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos, Quirites, arborum, cum spectaculo vobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meorum fuerint; tamen paucis, quaeso, finatis me cum publica felicitate comparare eo, quo debeo, animi privatam meam fortunam. Profectus ex Italia,*
Jal.

classẽm a Brundisio sole orto solvi; nona diei hora cum omnibus meis navibus Corcyram tenui. Inde quinto die Delphis Apollini pro me, exercitibusque, et classibus lustra sacrificavi. A Delphis quinto die in castra perveni: ubi exercitu accepto, mutatis quibusdam, quae magna impedimenta victoriae erant, progressus, quia inexpugnabilia castra hostium erant, neque cogi pugnare poterat rex, inter praesidia ejus saltum ad Petram evasi, et, ad pugnam rege coacto, acie vici: Macedoniam in potestatem populi Romani redegei, et, quod bellum per quadriennium quatuor ante me consules ita gesserunt, ut semper successorum traderent gravius, id ego quindecim diebus perfeci. Aliarum deinde secundarum rerum velut proventus secutus. civitates omnes Macedoniae se dederunt; gaza regia in potestatem venit; rex ipse, tradentibus prope ipsis Diis, in templo Samothracum cum liberis est captus. Mihi quoque ipsi nimia jam fortuna mea videri, eoque suspecta esse. Maris pericula timere coepi, in tanta pecunia regia in Italiam trajicienda, et victore exercitu transportando. Postquam omnia secundo marium cursu in Italiam pervenerunt, neque erat, quod ultra precarer, illud optavi, ut, cum ex summo retro volvi fortuna consueffet, mutationem ejus domus mea potius, quam respublica, sentiret. Itaque defunctam esse fortunam publicam mea tam insigni calamitate spero; quod triumphus meus, velut ad ludibrium casuum humanorum, duobus funeribus liberorum meorum est interpositus. Et, cum ego et Perscus nunc nobilia maxime fortis mortalium exempla spectemur, ille, qui ante se captivos captivus ipse duci liberos vidit, incolentes tamen eos habet: ego, qui de illo triumphavi, ab alterius funere filii curru in *** ex Capitolio prope jam exspirantem veni: neque ex tanta stirpe liberum superest, qui L. Aemilii Paulli nomen ferat. Duos enim, tanquam ex magna progenie liberorum in adoptionem datos, Cornelia et Fabia gens habent; Paulli in domo, praeter se, nemo superest. Sed hanc cladem domus meae vestra felicitas et secunda fortuna publica consolatur.

XLII. Haec, tanto dicta animo, magis confudere audientium animos, quam si miserabiliter orbitatem suam deflendo locutus esset. Cn. Octavius Kalendis Decembribus de rege Perseo navalem triumphum egit. Is triumphus sine captivis fuit, sine spoliis. Dedit sociis navalibus in singulos denarios septuagenos quinos; gubernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex; magistris navium quadruplex. Senatus deinde habitus est. Patres convenerunt, ut Q. Cassius Persea regem cum Alexandro filio Alban in custodiam duceret; comites, pecuniam, argentum, instrumentum quod haberet. Bitis, regis Thracum filius, cum obsidibus in custodiam Carseolos est missus. Ceteros captivos, qui in triumpho ducti erant, in carcerem condi placuit. Paucos post dies, quam haec acta, legati ab Cotye rege Thracum venerunt, pecuniam ad redimendum filium aliosque obsides apportantes. Eis, in senatum introductis, et id ipsum argumenti praetendentibus orationis, non sua voluntate Cotyn bello juvisse Persea, quod obsides dare coactus esset, orantibusque, ut eos pretio, quantum ipsi statuissent Patres, redimi paterentur, responsum ex auctoritate senatus est: *Populum Romanum meminisse amicitiae, quae cum Cotye, majoribusque ejus, et gente Thracum fuisset. Obsides datos crimen, non criminis defensionem, esse: cum Thracum genti ne quietus quidem Perseus, nedum bello Romano occupatus, vindicandus fuerit. Ceterum, etsi Cotys Persei gratiam praerulisset amicitiae populi Romani, magis, quid se dignum esset, quam quid merito ejus fieri posset, aestimaturum: filium atque obsides ei remissurum. Beneficia gratuita esse populi Romani: pretium eorum malle relinquere in accipientium animis, quam praesens exigere.* Legati nominati, T. Quinctius Flaminius, C. Licinius Nerva, M. Caninius Rebilus, qui obsides in Thraciam reducerent: et Thracibus munera data in singulos binum millium aeris. Bitis, cum ceteris obsidibus a Carseolis arcessitus, ad patrem cum legatis missus. Naves regiae, captae de Macedonibus inusitatae ante magnitudinis, in campo Martio subductae sunt.

XLIII. Haerente adhuc, non in animis modo, sed praene in oculis, memoria Macedonici triumpho, L. Anicius

cius Quirinalibus triumphavit de rege Gentio Illyrii:que. Similia omnia magis visa hominibus, quam paria. minor ipse imperator, et nobilitate Anicius cum Aemilio, et jure imperii praetor cum consule collatus: non Gentius Perseo, non Illyrii Macedonibus, non spolia spoliis, non pecunia pecuniae, non dona donis comparari poterant. Itaque sicut praefulgebat huic triumphus recens: ita apparebat ipsum per se intuentibus nequaquam esse contemnendum. Perdomuerat intra paucos dies, terra marique ferocem, locisque munitis fretam, gentem Illyriorum: regem regiaeque omnes stirpis ceperat: transtulit in triumphum multa militaria signa, spoliaque alia, et supellectilem regiam: auri pondo viginti et septem, argenti decem et novem pondo: denarium tria millia, et centum viginti millia Illyrii argenti. Ante curram ducti Gentius rex cum conjuge et liberis, et Caravantius frater regis, et aliquot nobiles Illyrii. De praeda militibus in singulos quadragenos quinos denarios, duplex centurioni, triplex equiti, sociis nominis Latini quantum civibus, et sociis navalibus dedit quantum militibus. Laetior hunc triumphum est secutus miles, multisque dux ipse carminibus celebratus. tertium ducenties ex ea praeda redactum esse, auctor est Antias, praeter aurum argentumque, quod in aerarium sit latam: quod quia unde redigi potuerit, non apparebat, auctorem pro re posui. Rex Gentius cum liberis, et conjuge, et fratre Spoletium in custodiam ex senatusconsulto ductus, ceteri captivi Romae in carcerem conjecti: recusantibusque custodiam Spoletinis, Igiturvium reges traducti. Reliquum ex Illyrico praedae ducenti viginti lembi erant; de Gentio rege captos eos Corcyraeis, et Apolloniaeibus, et Dyrrachinis Q. Cassius ex senatusconsulto tribuit.

XLIV. Consules eo anno, agro tantum Ligurum populato, cum hostes exercitus nunquam eduxissent; nulla re memorabili gesta, Romam ad magistratus subrogandos redierunt; et primo comitali die consules crearunt M. Claudium Marcellum, C. Sulpicium Gallum. Deinde praetores postero die L. Julium, L. Appulejum Saturninum, A. Licinium Nervam, P. Rutilium Cal-

vum, P. Quinctilium Varum, M. Fontejum. His praetoribus duae urbanae provinciae sunt decretae, duae Hispaniae, Sicilia ac Sardinia. Intercalatum eo anno: postridie Terminalia intercalares fuerunt. Augur eo anno mortuus est C. Claudius: in ejus locum augures legērunt T. Quinctium Flamininum. et flamen Quirinalis mortuus Q. Fabius Pictor. Eo anno rex Prusias venit Romam cum filio Nicomede. Is, magno comitatu urbem ingressus, ad forum a porta tribunalque Q. Cassii praetoris perrexit: concursuque undique facto, *Deos, qui urbem Romam incolerent, senatumque et populum Romanum salutarum se dixit venisse: et gratularum, quod Persa Gentiumque reges vicissent; Macedonibusque et Illyriis in ditionem redactis, auxissent imperium.* Cum praetor senatum ei, si velit, eo die daturum dixisset; biduum petiit, quo templa Deum urbemque et hospites amicosque videret. Datus, qui circumduceret eum, L. Cornelius Scipio quaestor; qui et Capuam ei obviam missus fuerat: et aedes, quae ipsam comitesque ejus benigne reciperent, conductae. Tertio post die senatum adit; gratulatus victoriam est; merita sua in eo bello commemoravit; petiit, *Ut votum sibi solvere, Romae in Capisipio decem majores hostias, et Praeneste unam Fortunae, liceret. ea vota pro victoria populi Romani esse. Et ut societas secum renovaretur; agerque sibi, de rege Antiocho captus, quem nulli datum a populo Romano Galli possiderent, daretur.* Filium postremo Nicomedem senatui commendavit. Omnium, qui in Macedonia imperatores fuerant, favore est adjutus. Itaque cetera, quae petebat, concessa: de agro responsum est, *Legatos ad rem inspiciendam missuros. Si ager populi Romani fuisset, nec cuiquam datus esset, dignissimum eo dono Prusiam habituros esse. Si autem Antiochi non fuisset, eo ne populi quidem Romani factum apparere: aut, si datus Gallis esset, ignoscere Prusiam debere, si ex nullius injuria quidquam ei datum vellet populus Romanus. Ne quod detur quidem, gratum esse donum posse: quod cum, qui des, ubi vellet, ablaturum esse scias. Facile Nicomedis commendationem accipere. Quanta cura regum amicorum liberos tueatur populus Romanus, documento Pro-*

Leuacum Aegypti regem esse. Cum hoc responso Prusias est dimissus. Munera ei ex * festertis iussa dari, et vasorum argenteorum pondo quinquaginta. et filio regis Nicomedi ex ea summa munera dari censuerunt, ex qua Magabae filio regis Masinillae data essent: et ut victimae aliaeque, quae ad sacrificium pertinerent, seu Romae, seu Praeneste immolare vellet, regi ex publico, sicut magistratibus Romanis, praeherentur: et ut ex classe, quae Brundisii esset, naues longae viginti assignarentur, quibus uteretur, donec ad classem, dono datam ei, rex pervenisset. L. Cornelius Scipio ne ab eo abscederet, sumtumque ipsi et comitibus praeberet, donec navem conscendisset. Mire laetum et ea benignitate in se populi Romani regem fuisse, ferunt: munera sibi ipsum emisse; filium iussisse donum populi Romani accipere. Haec de Prusia nostri scriptores. Polybius, eum regem indignum maiestate nominis tanti, tradit; pileatum, capite raso, obviam ire legatis solitum, libertumque se populi Romani ferre; et ideo insignia ordinis ejus gerere. Romae quoque, cum veniret in curiam, submisisse se, et osculo limen curiae contigisse: et *Deos servatores suos* senatum appellasse, aliamque orationem, non tam honorificam audientibus, quam sibi deformem, habuisse. Moratus circa urbem triginta haud amplius dies in regnum est profectus.

E P I T O M A E
L I B R O R U M
D E P E R D I T O R U M .

EPITOME LIBRI XLVI.

Eumenes rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello se medium egerat, ne aut hostis iudicaretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur; in commune lex lata est, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus consul Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus consul Ligures subegit. Legati Prusiae regis conquesti sunt de Eumene, quod fines suos popularetur: dixeruntque, eum conspirasse cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum Rhodiis deprecantibus juncta est. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti septem millia viginti duo. Princeps senatus lectus M. Aemilius Lepidus. Ptolemaeus Aegypti rex, pulsus regno a minore fratre, missis ad eum legatis, restitutus est. Ariarathes Cappadociae rege mortuo, filius ejus Ariarathes regnum accepit, et amicitiam cum populo Romano per legatos renovavit. Res praeterea adversus Ligures, et Corsos, et Lusitanos, vario eventu gestas, et motus Syriam, mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum cum Lyfaturatore Demetrius, Seleuci filius, qui Romae obses missus fuerat, clam, quia minime dimittebatur a Romanis, interemit; et ipse in regnum receptus. L. Aemilio Paulo, qui Persen vicerat, mortuo, tanta ejus abstinencia fuit, ut, cum ex Hispania et ex Macedonia opes rerulisset, vix et auctione ejus redactum sit, unde uxori ejus dos redderetur. Pomprinae paludes a Cornelio Certhego consule, cui ea provincia evenerat, siccatae, agerque ex iis factus.

XLVII.

Cn. Tremellio tribuno plebis multa dicta est, quod cum M. Aemilio Lepido pontifice maximo injuriose contenderas: sacerorumque, quam magistratum, jus potentius fuis. Lex de ambitu lata. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti octo millia, trecenta quatuordecim. Princeps senatus lectus Aemilius Lepidus. Inter Ptolemaeos fratres, qui dissidebant, foedus scriptum, ut alter in Aegypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes, Cappadociae rex, consilio Demetrii, regis Syriae, et viribus pulsus regno, a senatu restitutus est. Missi a senatu, qui inter Masinissam et Carthaginienses de agro judicarent. C. Marcius consul adversus Dalmatas parum prospere primum, postea feliciter pugnavit; cum quibus bello confli- gendi causa fuit, quod Illyrii, populi Romani socios, vastaverant; eandemque gentem Cornelius Nasica consul domuit. Q. Opimius consul Transalpinos Ligures, qui Mas- siliensium oppida, Antipolim et Nicaeam, vastabant, sube- git. Praeterca res in Hispania a compluribus parum pro- spere gestas continet. Consules anno quingentesimo nonage- simo octavo ab urbe condita magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni consulibus creatis, inire coeperunt. Mu- zandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant. Legati, ad disceptandum inter Masinissam et Carthaginienses missi, renuntiaverunt, vim navalis materiae se Carthagine depre- hendisse. Aliquot praetores, a provinciis avaritiae nomine accusati, damnati sunt.

XLVIII.

Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Cum in finibus Carthaginiensium in- gens Numidarum exercitus, duce Ariobarzane, Syphacis nepote, diceretur esse, M. Porcius Cato suasis, ut Car- thaginiensibus, qui exercitum, specie contra Mas- sinissam regem, sed re vera contra Romanos, accitum in finibus haberent, bellum indiceretur. Contradicente

P. Cornelio Nasica, placuit, legatos mitti Carthagenem, qui suocularentur, quid ageretur. Castigato senatu Carthaginensium, quod contra foedus et exercitum et ualles materias haberent, pacem inter eos et Masinissam fricere voluerunt, Masinissa agro, de quo lis erat, cedam. sed Gisgo, Hamilcaris filius, homo seditiosus, qui in a magistratu erat, cum senatus pariturum se iudicio legatum dixisset, ita bellum aduersus Romanos suadendo contulit, ut legatos, quo minus, violarentur, fuga explicerit. Id nuntiantes, infestum jam senatum Carthaginensibus, infestiorum fecerunt. M. Porcius Cato filii, in praetura mortui, funus tenuissimo, ut ualuit, (nam pauper erat) sumis fecit. Andiscus, qui se Persei filium, regis quondam Macedoniae, ingenti asseueratione munitur, Romam missus. M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus ab sextis iam censoribus erat lectus, antequam exspiraret, praecepit filiis, lecto se strato sine linteis, sua purpura efferrent; in reliquum funus ne plus, quam aeris denos, consumerent: imaginum specie, non sumibus, nobilitari magnorum virorum funera solere. De ueneficiis quaesitum. Publicia et Licinia, nobiles feminae, quae viros suos consulares necasse infimulabantur, cognita causa, cum praetori pro se uades dedissent, cognatorum decreto necatae sunt. Gulussa, Masinissae filius, denuntiavit, Carthagine delectus agi, classem comparari, et haud dubium bellum strui. Cum Cato suaderet, ut iis bellum indiceretur, P. Cornelio Nasica dicente, nihil temere faciendum, placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Postumius Albinus consules, cum delectum seuerè agerent, nec quemquam gratia dimitterent, ab tribunis plebis, qui pro amicis suis uacationem impetrare non poterant, in carcerem coniecti sunt. Cum Hispaniense bellum, parum prospere diuorties gestum, ita confudisset civitatem Romanam, ut ne ii quidem inuenirentur, qui aut tribuatarum exciperent, aut legati ire uellent, P. Cornelius Aemilianus processit, et excepturum se militiae genus, quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo omnes ad studium militandi concitauit. L. Lucullus consul, qui M. Claudio Marcello successerat, cum laceffere omnes Celsiberiae populi

puli viderentur, Vaccaeos, et Cantabros, et alias adhuc incognitas nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cornelius Africanus, Scipio Aemilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: et in oppugnatione Intercariae urbis, majus multo etiam periculum adiit. nam murum primus transcendit. Ser. Sulpicius Galba praetor male adversus Lusitanos pugnavit. Cum legati ex Africa cum oratoribus Carthaginiensium, et Gulussa Masinissae filio, redissent, dicensque, et exercitum se et classem Carthagine deprehendisse, perrogari sententias placuit. Catone et alijs principibus senatui suadentibus, ut in Africam confestim transportaretur exercitus, quod P. Cornelius Nasica dicebat, nondum sibi justam causam belli videri, placuit, ut bello absterent, si Carthaginienses classem exussissent, et exercitum dimississent: sin minus, proximi consules de Punico bello referrent. Cum locatum a censoribus theatrum extrueretur; P. Cornelio Nasica auctore, tanquam inusile et nociturum publicis moribus, ex senatusconsulto destructum est, populusque aliquamdiu stans ludos spectavit. Carthaginienses cum adversus foedus bellum Masinissae intulissent, victi ab eo, annos habente nonaginta duos, et sine pulpamine mandere et gustare panem tantum solito, insuper Romanum bellum meruerunt.

XLIX.

Tertii Punico belli initium altero et sexcentesimo anno ab usque condita, intra quintum annum, quam erat coeprum, consummatum. Inter M. Porcium Catonem et Scipionem Nasicam, quorum alter sapientissimus vir in civitate habebatur, alter etiam vir optimus a senatu judicatus erat, diversis certatum sententiis est; Catone suadente bellum, et ut tolleretur deletereturque Carthago; Nasica dissuadente. Placuit tamen, quod contra foedus naves haberent, quod exercitum extra fines duxissent, quod socio populi Romani et amico Masinissae arma intulissent, quod filium ejus Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepissent, bellum iis indici. Priusquam ullae copiae in naves imponerentur, Uticenses legati Romanam venerunt, se suaque omnia dedentes. Ea legatio,

veluti omen, grata Patribus, acerba Carthaginensibus
 fuit. Dicitur patri ludi ad Terentium, ex praecepto libro-
 rum Sibyllinorum, facti: qui anno centesimo, primo Pu-
 nico bello, quingentesimo et altero anno ab urbe condita,
 facti erant. Legati triginta Romam venerunt, per quos
 se Carthaginenses dedebant. Catonis sententia pervicit,
 ut in decreto perstaretur, et ut consules quam primum
 ad bellum proficiscerentur. Qui ubi in Africam transie-
 runt, acceptis, quos imperaverant, trecentis obsidibus,
 et armis, omnibusque instrumentis bellicis, si qua Car-
 thagine erant; tunc, cum ex auctoritate Patrum jube-
 rent, ut in alium locum, dum a mari decem millia pas-
 suum, ne minus, remotum, oppidum facerent, indigni-
 tate rei ad bellandum Carthaginenses compulerunt. Ob-
 sideri oppugnarique coepta est Carthago ab L. Marcio,
 M. Manilio consulibus. In qua oppugnatione cum ne-
 glectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohorti-
 bus suis irrupissent, et ab oppidanis graviter caederen-
 tur, a Scipione Africano expliciti sunt: per quem et ca-
 stellum Romanorum, quod nocte expugnabant, paucis
 equitibus juvenibus, liberatum est: castrorumque, quas
 Carthaginenses, omnibus copiis ab urbe pariter egressi,
 oppugnabant, liberatorum is ipse praecipuam gloriam tulit.
 Praeterea, cum ab irrita oppugnatione Carthaginiensis
 consul (alter enim Romam ad comitia ierat) exercitum
 duceret adversus Hasdrubalem, qui cum altera manu ini-
 quum saltum insederat, suavit primo consuli, ne tam ini-
 quo loco confligeret. victus deinde complurium, qui
 et prudentiae ejus et virtuti invidabant, sententiam, et
 ipse saltum ingressus est. cumque, sicut praedixerat,
 fusus fugatusque esset Romanus exercitus, et duae cohortes
 ab hoste obsiderentur, cum exiguis equitum turmis in
 saltum reversus, liberavit eas, et incolumes reduxit.
 Quam virtutem ejus et Cato, vir promptioris ad vitupe-
 randum linguae, in senatu sic prosecutus est, ut diceret,
 reliquos, qui in Africa militarent, umbras militare, Scipio-
 nem vigere; et populus Romanus eo favore comple-
 xus, ut comitiis plurimae eum tribus consulem scriberent,
 cum hoc per aetatem non liceret. Cum L. Scribonius
 tribunus plebis rogationem promulgasset, ut Lusitani,

qui,

quī, in fidem populi Romani dediti, a Ser. Galba in Galliam venissent, in libertatem restituerentur, M. Caro acerrime suavit. exstat oratio in Annalibus ejus inclusa. Q. Fulvius Nobilior, et saepe ab eo in senatu laceratus, respondit pro Galba: ipse quoque Galba, cum se damnari videret, complexus duos filios praetextatos, et Sulpicii Galli filium, cujus tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. exstant tres orationes ejus: duae adversus Libonem tribunum plebis rogationemque ejus, habitae de Lusitanis: una contra L. Corneliū Cethegum, in qua Lusitanos propter sese castra habentes caecos fateatur, quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis, per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse. Andriacus quidam, ultimae sortis homo, Persei regis se filium ferens, et mutato nomine Philippus vocatus, cum ab urbe Romana, quo illum Demetrius Syriae rex ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset, multis ad falsam ejus fabulam, velut ad veram, coeuntibus, contraero exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolementium, aut armis occupavit. Fabulam autem talem finxerat. Ex pellice se et Perseo rege ortum, traditum educandum Cretenſi cuidam esse, ut in belli casus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut semen regiae stirpis exstaret. Perseo demorsuo, Adramytsei se educatum usque ad duodecimum annum aetatis, patrem cum esse credentem, a quo educaretur, ignarum generis fuisse sui. affecto deinde eo, cum prope ad vitae finem ultimum esset, detectam tandem sibi originem suam, falsaeque matri libellum datum, signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, cum ad puberem aetatem venisset: obtestationesque ultimas adjectas, ut res in occulto ad id tempus servaretur. pubescenti libellum traditum: in quo relicti sibi duo thesauri a patre dicerentur. tum scientem mulierem subditum se esse, veram stirpem ignorantem edidisse genus: atque obtestatam, ut prius, quam maneret ad Eumenem res, Perseo inimicum, excederet iis locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperantem aliquod a Demetrio auxilium, in Syriam se contulisse: atque ibi primum, quis esset, palam exprimere ausum.

L.

Thessalia, cum et illam invadere armis atque occupare Pseudophilippus vellet, per legatos Romanorum auxiliis Achaeorum defensa est. Prusias, rex Bithyniae, omniumque humillimorum vitiorum, a Nicomede filio, adjuvante Attalo, rege Pergami, occisus est. Habebat alium filium, qui, pro superiore ordine dentium, enatum habuisse unum os continens dicitur. Cum legatos ad pacem inter Nicomedem et Prusiam faciendam Romani misissent, et unus ex iis multis cicarricibus sparsum caput haberet, alter pedibus aeger esset, tertius ingenio socors haberetur; dixit Cato, eam legationem nec caput, nec pedes, nec cor habere. In Syria, quae eo tempore ex stirpe generis Persei, regis Macedonum, inertia socordiaque similem Prusiae regem habebat, jacente eo in ganea et lustris, Ammonius regnabat; per quem et amici omnes regis, et Laodice regina, et Antigonus, Demetrii filius, occisi. Masinissa, Numidiae rex, major nonaginta annis decessit, vir insignis. Inter cetera opera juvenilia, quae ad ultimum edidit, adeo, etiam versus in senectam, vixit, ut post sextum et octogesimum annum filium genuerit. Inter tres liberos ejus, maximum natu Micipsam, Gulussam, Masanabalem, qui etiam Graecis literis eruditus erat, P. Scipio Aemilianus (cum commune eis pater regnum reliquisset, et dividere eos arbitro Scipione jussisset) partes administrandi regni divisit. Item Phamaeae Himilconi, praefecto equitum Carthaginiensium, viro forti, et ejus praecipua opera Poeni utebantur, persuasit, ut ad Romanos cum equitatu suo transiret. Ex tribus legatis, qui ad Masinissam missi fuerant, Claudius Marcellus, coorta tempestate, fluctibus obrutus est. Carthaginienses Hasdrubalem, Masinissae nepotem, quem praetorem habebant, proditionis suspectum, in curia occiderunt: quae suspicio inde emanavit, quod propinquus esset Gulussae, Romanorum auxilia juvantis. P. Scipio Aemilianus, cum aedilitatem peteret, consul a populo dictus, quoniam per annos consulem fieri non licebat, cum magno certamine suffragantiis plebis, et repugnantibus aliquamdiu Parribus,

legi.

legibus solutus, et consul creatus est M. Manilius aliquot urbes circumpositas Carthagini expugnavit. Pseudophilippus in Macedonia, caeso cum exercitu P. Juventio praetore, a Q. Caecilio victus captusque est, et recepta Macedonia.

LI.

Carthago, in circuitu viginti tria millia passuum patens, magno labore obsessa, et per partes capta est; primum a Mancino legato, deinde a Scipione consule, cui extra sortem provincia Africa data erat. Carthaginenses, portu novo (quia vetus obstructus a Scipione erat) facto, et contracta clam exiguo tempore ampla classe, infeliciter aequali proelio pugnaverunt. Hasdrubalis quoque ducis eorum castra, ad Nepherim oppidum loco difficili sita, cum exercitu deleta sunt a Scipione; qui tandem urbem expugnavit septingentesimo anno, quam erat condita. spoliis maior pars Sicilia, quibus ablata erant, reddita. Ultimo urbis excidio, cum se Hasdrubal Scipioni dedidisset, uxor ejus, quae paucis ante diebus de marito impetrare non poterat, ut ad victorem transfugerent, in medium se flagrantis urbis incendium, duobus cum liberis, ex arce praecipitavit. Scipio exemplo patris sui naturalis Aemilii Paulli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit, transfugasque ac fugitivos bestiis objecit. Belli Achaici semina referuntur haec: quod legati populi Romani ab Achaicis pulsati sunt Corinthi, missi, ut eas civitates, quae sub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio secernerent.

LII.

Cum Achaicis, qui in auxilio Boeotos et Chalcidenses habebant, Q. Caecilius Metellus ad Thermopylas bello conflixit: quibus victis, dux eorum Critolaus veneno sibi mortem conscivit. in cuius locum Diaeus, Achaici morus primus ductor, ab Achaicis dux creatus, ad Isthmon a L. Mummius consule victus est. qui, omni Achaia in ditionem accepta, Corinthon ex senatusconsulto diruit, quia

ibi legati Romani violati erant. Thebae quoque et Chalcis, quae auxilio fuerant, dirusae. Ipse L. Mummius abstinentissimum virum egit. nec quidquam ex iis opibus ornamentisque, quae praedives Corinthos habuit, in domum ejus pervenit. Q. Caecilius Metellus de Andriso triumphavit; P. Cornelius Scipio Africanus Aemilianus de Carthagine et de Hasdrubale. Viriathus in Hispania primum ex pastore venator, ex venatore latro, mox ipsi quoque exercitus dux factus, totam Lusitaniam occupavit; M. Vetilium praetorem, fuso ejus exercitu, cepit: post quem C. Plautius praetor nihilo feliciter rem gessit, tantumque terroris in hostes intulit, ut adversus eum consulari opus esset et duce, et exercitu. Praeterea motus Syriae, et bella inter reges gesta referuntur. Alexander, homo ignosus et incertae stirpis, occiso (sicut ante dictum est) Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui a patre quondam ob incertos belli casus ablegatus Gnidon fuerat, contra suam invidiamque ejus, adjuvante Ptolemaeo Aegypti rege, cujus filium Cleopatram in matrimonium acceperat, bello inseruit. Ptolemaeus, in caput graviter vulneratus, inter curacionem, dum ossa medici terebrare contendunt, expiravit: atque in locum ejus frater minor Ptolemaeus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius ob crudelitatem, quam per tormenta in suos exercebat, a Diodoro quodam, uno ex subjectis, qui Alexandri filio, bimulo admodum, regnum asserebat, bello superatus, Seleuciam confugit. L. Mummius de Achaëis triumphavit. signa aerea, marmoreaque, et sabulas pictas in triumpho tulit.

LIII.

A. p. Claudius consul Salassus, gentem Alpinam, domuit. Alter Pseudophilippus in Macedonia a L. Tremellio quaestore cum exercitu caesus est. Q. Caecilius Metellus proconsul Celtiberos cecidit. a Q. Fabio proconsule pars magna Lusitaniae, expugnatis aliquot urbibus, recepta est. C. Julius senator Graecae res Romanas scribit.

LIV.

Q. Pompejus consul in Hispania Terrestinos subegit: cum eisdem et Numantinis pacem ab infirmitate fecit. Lustrum a censoribus conditum est. Censa civium capita trecenta viginti octo millia, quadringenta quadraginta duo. Cum Macedonum legati conquestum de D. Junio Silano praetore venissent; quod acceptis pecuniis provinciam spoliasset, et senatus de querelis eorum vellet cognoscere; T. Manlius Torquatus, pater Silani, petiit, impetravitque ut sibi cognitio mandaretur: et, domi causa cognita, filium condemnavit, abdicavitque; ac ne funeri quidem ejus (cum suspendio vitam finisset) interfuit, sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. **Q.** Fabius proconsul rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit, pace cum Viriatho aequis conditionibus facta. Viriathus a proditoribus, consilio Servilii Caepionis, interfectus est, et ab exercitu suo multum comploratus, ac mobiliter sepultus; vir duxque magnus, et per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.

LV.

P. Cornelio Nasica, cui cognomen Scapion fuit ab iridente Curvatio tribuno plebis impositum, et D. Junio Bruto consulibus delectum habentibus, in conspectu viro-
num res saluberrimi exempli facta est: nam C. Marienus accusatus est apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset: damnatusque, sub furca diu virgis caesus est, et sestertio nummo venit. Tribuni plebis, quia non impetrarent, ut sibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, consules in carcerem duci jusserunt. Junius Brutus consul in Hispania iis, qui sub Viriatho militaverant, agros et oppidum dedit, quod Valencia vocatum est. M. Popilius a Numantinis, cum quibus pacem factam senatus irritam fieri censuerat, cum exercitu fufus fugatusque est. C. Hostilio Mancino consule sacrificante, pulli ex cavea evolaverunt. confcedenti deinde

navim, ut in Hispaniam proficisceretur, accidit vox, Manne, Mancine: quae auspicia tristia fuisse, eventu probatum est. Victus enim a Numantinis et castris exutus, cum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit inominiosam, quam raram esse senatus vetuit. Triginta millia Romanorum a Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Junius Lustraniam, triginta urbium expugnationibus, usque ad occasum et oceanum perdomuit: et, cum fluvium Oblivionem transire nollent milites, ereprum signifero signum ipse transtulit, et sic, ut transgrederebantur, persuasit. Alexandri filius, rex Syriae, decem annis admodum habens, a Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, turore suo, per fraudem occisus est: corruptis medicis, qui, eum calculi dolore consumi ad populum mentiri, dum secans, occiderunt.

LVI.

D. Junius Brutus in Hispania ulteriore feliciter adversus Gallaeos pugnavit. dissimili eventu M. Aemilius Lepidus proconsul adversus Vaccaeos rem gessit, clademque similem Numantinae passus est. Ad exolvendum Numantini foederis religionem populum, Mancinus, cum hujus rei auctor fuisset, deditus Numantinis, non est receptus. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti tria millia. Fulvius, Flaccus consul Vardaeos in Illyrico subegit. M. Cosconius praetor in Thracia cum Scordicis prospere pugnavit. Cum bellum Numantinum vitio ducum non sine pudore publico duraret, delatus est ultero Scipioni Africano a senatu populoque Romano consulatus: quem cum illi capere ob legem, quae vetabat, quemquam iterum consullem fieri, non liceret, sicuti priori consulatu, legibus solutus est. Bellum servile, in Sicilia ortum, cum opprimi a praetoribus non potuisset, C. Fulvio consuli mandatum est. hujus belli initium fuit Eunus servus, natione Syrus, qui, contracta agrestium servorum manu, et solutis ergastulis, justus exercitus numerum implevit. Cleon quoque, alter servus, ad septuaginta millia servorum contraxit; et, copiis junctis, contra populum Romanum exercitumque ejus bellum saepe gesserunt.

LVII.

LVII.

Scipio Africanus Numantiam obsedit, et corruptum licentia luxuriaque exercitum ad severissimam militiae disciplinam revocavit. omnia deliciarum instrumenta recidit; duo millia scortorum a castris ejecit; militem quotidi in opere habuit, et triginta dierum frumentum ad septenos vallos ferre coegebat. aegre propter onus incedenti dicebar. Cum gladio te vallare scieris, vallum ferro desinito. Alii, scutum parvum habiliter ferenti, scutum amplius justo ferro iussit: neque id se reprehendere, quando melius scuto, quam gladio, uteretur. Quem militem extra ordinem deprehentit, si Romanus esset, vitibus; si extraneus, virgis, cecidit. Jumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. Saepe adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Vaccæi obsessi, liberis conjugibusque trucidatis, ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera, missa sibi ab Antiocho rege Syriae, cum celare aliis imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali accepturum se esset dixit, omniaque ea referre quaestorem in publicas tabulas iussit: ex iis se viris fortibus dona daturum. Cum undique Numantiam obsidione clausisset, et obsessos fame videret urgeri; hostes, qui pabularum exierant, vetuit occidi; quod diceret, velocius eos absumpturos, frumenti quod haberent, si plures fuissent.

LVIII.

Ti. Sempronius Gracchus tribunus plebis cum legem agrariam ferret adversus voluntatem senatus et equestris ordinis, ne quis ex publico agro plus, quam quingenta jugera, possideret, in eum furorem exarsit, ut M. Octavio collegæ, causam diversæ partis defendenti, potestatem lege lata abrogaret: seque, et Gracchum fratrem, et Ap. Claudium socerum, triumviros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit et aliam legem agrariam, qua sibi latius agrum patefaceret, ut iidem triumviri judicarent, qua publicus ager, qua privatus esset, deinde, cum minus agri esset, quam quod dividi posset sine offensa etiam plebis, (quoniam eos ad cupiditatem amplum mo-

dum sperandi incitaverat) legem se promulgatorum ostendit, ut iis, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quae regis Attali fuisset, divideretur. Haeredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergaei, Eumaeus filius. Tot indignitatibus commotus graviter senatus, ante omnes P. Mucius consul, qui, cum in senatu in Gracchum verorasset, raptus ab eo ad populum, delatusque plebi, rursus in eum pro rostris concionatus est. Cum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica, in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselliorum, et inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, insepultus in flumen projectus. Res praetera in Sicilia vario eventu adversus fugitivos gestas continet.

LIX.

Numantini, fame coacti, ipsi se per vicem tradentes trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delavit, et de ea triumphavit, quatuordecimo anno post Carthaginem deletam. P. Rupilius consul in Sicilia cum fugitivis debellavit. Aristonicus, regis Eumaei filius, Asiam occupavit; cum, testamento Attali regis legata populo Romano, libera esse deberet. Adversus eum P. Licinius Crassus consul, cum idem pontifex maximus esset, (quod nunquam antea factum erat) extra Italiam profectus, proelio victus et occisus est. M. Perperna consul victrum Aristonicum in deditionem accepit. Q. Pompejus et Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe facti censes, Iulium condiderunt. Censa sunt civium capita trecenta septemdecim millia, octingenta viginti tria, praeter pupillos et viduas. Q. Metellus censor censuit, ut omnes cogereur ducere uxores, liberorum creandorum causa. exstat oratio ejus, quam Augustus Caesar, cum de moritandis ordinibus ageret, velut in haec tempora scriptam in senatu recitavit. C. Atinius Labeo tribunus plebis Q. Metellum censorem, a quo in senatu legendo praeteritus erat, de saxo dejici jussit: quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio fuerunt. Cum Carbo tribunus plebis rogationem sulisset, ut eundem tribunum plebis, quoties

vellet,

vellet, creare liceret; rogationem ejus P. Africanus gravissima oratione dissuasit; in qua dixit, Ti. Gracchum jure caelum videri. Gracchus contra suasit rogationem: sed Scipio tenuit. Bella inter Antiochum Syriae, et Phraatem Parthorum regem gesta, nec magis quiescere res Aegyptii reseruntur. Ptolemaeus, Evergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem suis invisus, incensa a populo regia, clam Cyprum profugit. et, cum sorori ejus Cleopatrae, quam (filia ejus virgine per vim compressa, atque in matrimonium ducta) repudiaverat, regnum a populo datum esset, infensus filiam, quem ex illa habebat, Cypri occidit, caputque ejus et manus, et pedes matri misit. Seditiones a triumviris Fulvio Flacco, et C. Graccho, et C. Papirio Carbone, agro dividendo creatis, excitatae: quibus cum P. Scipio Africanus adversaretur: fortisque ac validus de die domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est. Suspecta fuit, tanquam ei venenum dedisset, Sempronia uxor, hinc maxime, quod soror esset Gracchorum; cum quibus simulata Africano fuerat. de morte tamen ejus nulla quaestio acta. Eo defuncto, seditiones triumvires acrius exarsunt. C. Sempronius consul contra Japydas primo rem male gessit: mox victoria cladem acceptam emendavit virtute D. Junii Bruti, ejus, qui Lusitaniam subegerat.

LX.

L. Aurelius consul rebellantes Sartos subegit. M. Fulvius Flaccus primus Transalpinos Ligures bello domuit, missus in auxilium Massiliensibus adversus Salluvios Gallos, qui fines Massiliensium populabantur. L. Opimius praetor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit, Fregellas diruit. Pestilentia in Africa ab ingenti locustarum multitudine, et deinde necatarum strage, fuisse traditur. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta nonaginta millia septingenta triginta sex. C. Gracchus, Tiberii frater, tribunus plebis, eloquentior quam frater, perniciosas aliquot leges tulit: inter quas fragmentariam, ut lamille et

triente frumentum plebi daretur: alteram legem agrariam, quam et frater ejus iulerat: tertiam, qua ius irem ordinem, tunc cum senatu consentientem, corrumpere: ut sexcenti ex equitibus in curiam subiegerentur: et quia illis temporibus trecenti tantum senatores erant: sexcenti equites trecentis senatoribus admiscerentur: id est, ut equo ier ordo bis tantum virium in senatu beret. et, continuato in alterum annum tribunatu, ius agrariis latis effecit, ut complures coloniae in Italia ducerentur, et una in solo diruta Carthagini; quo ius triumvir creatus, coloniam deduxit. Praeterea ius Metello consule adversus Baliares gestas continet: quae Graeci Gymnesias appellant, quia aestatem ius exigunt: Baliares a reli missu appellari, aut a Baleo, Herulis omite, ibi relicto tunc, cum Hercules ad Geryon ier garet. Morus quoque Syriae referuntur, in quibus Cypatra Demetrium virum suum et Seleucum filium, ier gnata quod, occiso patre ejus a se, iniussu suo ditione sumisset, interemit.

LXI.

C. Sextius proconsul, victa Saluviorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam et calidis frigidisque fontibus, atque a nomine suo ira appellata. C. Domitius proconsul adversus Allobrogas ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi causa fuit, quod Teuromalium, Salluviorum regem, fugientem recepissent, et omni ope iuvissent; quodque Aeduarum agros, sociorum populi Romani, vastassent. C. Gracchus, sedizioso tribunatu acto, cum Aventinum quoque agrum multitudi ne occupasset, a L. Opimio consule, ex senatus consulto vocato ad arma populo, pulsus et occisus est; eum eo Fulvius Flaccus consularis, socius ejusdem feroris Q. Fabius Maximus consul, Pauli nepos, adversus Allobrogas et Bituitum, Arvernorum regem, feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu caesa millia hominum centum viginti. Ipse, cum ad satisfaciendum senatus Romae profectus esset, Albam custodiendus datus est, quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum

quodque est. ut Congentiatu, filius ejus comprehensus Romanam mitteretur. Allobroges in deditiōnem accepti, L. Opimius, accusatus apud populum a Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos civēs in carcerem conjecisset, absolutus est.

LXII.

Q. Marcius consul Stoenos, gentem Alpinam, expugnavit. Micipsa, Numidarum rex, mortuus regnum tribus filiis reliquit, Adherbali, Hiempsali, et Jugurthae, fratris filio, quem adoptaverat. L. Caecilius Metellus Dalmatas subegit. Jugurtha Hiempsalem fratrem bello petiit, quem victum occidit: Adherbalem regno expulit: is a senatu restitutus est. L. Caecilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, censores, duos et triginta senatu moverunt. Praeterea motus Syriae regum continat.

LXIII.

Cato Porcius consul in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta nonaginta quatuor millia, trecenta triginta sex. Aemilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales, incesti damnatae sunt: idque incestum quemadmodum et commissum, et deprehensum, et vindicatum sit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo consul cum exercitu fusus est. Livius Drusus consul adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit.

LXIV.

Adherbal, bello petitus a Jugurtha, et in oppido Cirta obsessus, contra denunciationem senatus ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Jugurthae bellum indictum: idque Calpurnius Bestia consul gerere jussus, pacem cum Jugurtha injussu populi et senatus fecit. Jugurtha, fide publica evocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur, Romanam venit: et, propter caedem, admissam in regulum

quemdam, nomine Massivam, qui regnum ejus populo Romano inuisi affectabat, Romae interfectum, cum periclitaretur, causam capitis dicere jussus, clam profugit, et, cedens urbe, fertur dixisse: O urbem venalem, et cito perituram, si emtorem invenerit! A. Postumius legatus infeliciter proelio adversus Jugurtham gesto pacem quoque adjecit ignominiosam, quam non esse servandam senatus censuit.

LXV.

Q. Caecilius Metellus consul duobus proeliis Jugurtham fudit, rotamque Numidiam vastavit. M. Junius Silanus consul adversus Cimbro infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum sedem et agros, in quibus confisterent, postulatis senatus negavit. M. Minucius proconsul adversus Thracas prospere pugnavit. L. Cassius consul a Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui a civitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu caesus est. milites, qui ex ea ciade superaverunt, obsidibus datis, et dimidia rerum omnium parte, ut incolames dimitterentur, cum hostibus pacis sunt.

LXVI.

Jugurtha, pulsus a C. Mario Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum regis, adjutus est: et, caesis proelio Bocchi quoque captis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere, victus ab eo et Mario traditus est: in qua re praecipua opera L. Cornelii Sullae, quaestoris Marii, fuit.

LXVII.

M. Aurelius Scaurus, legatus consulis, a Cimbris fuso exercitu, captus est: et, cum, in consilium ab iis edocatus, deterret eos, ne Alpes transirent Italiam periruri, eo quod diceret, Romanos vinci non posse, a Bojorice rege, feroci juvene, occisus est. Ab iisdem hostibus Cn. Manlius consul et Q. Servilius Caepio proconsul, victi proelio castrisque binis exuti sunt. militum millia

octoginta. occisa, calorum et lixarum quadraginta. Secundo cum populi Romani iussione, Caepionis, cuius re-
 meritate clades accepta erat, damnata bona publicata sunt,
 primi post regem Tarquinium; imperiumque ei abrogatum.
 in triumpho C. Marii ductus ante currum ejus Jugurtha cum duobus filiis, et in carcere necatus est.
 Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique propter Cimbrici belli merum continuatus per complures annos magistratus est. Secundo et tertio absens consul creatus, quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius pontifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri, vastatis omnibus, quae inter Rhodanum et Pyrenaeum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, a Celtiberis fugati sunt: reversique in Galliam, bellicosos se Teutonibus conjunxerunt.

LXVIII.

III. Antonius praetor in Ciliciam maximos praedones persecutus est. C. Marius consul summa vi oppugnata a Teutonibus et Ambronibus castra defendit. duobus deinde proeliis circa Aquas Sextias eos hostes delevit, in quibus caesa traduntur hostium ducenta milia, capta nonaginta. Marius absens quintum consul creatus est. triumphum oblatum, donec et Cimbroscos vinceret, distulit. Cimbri, repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsole, qui fauces Alpium obsederat, et ad flumen Athesim castellum editum insederat, reliqueratque, cum, virtute sua expliciti, fugientem proconsulem exercitumque consecuti, in Italiam trajecissent, junctis ejusdem Catuli et C. Marii exercitibus, proelio victi sunt ab eis: in quo caesa traduntur hostium centum quadraginta milia, capta sexaginta. Marius, totius civitatis consensu exceptus, pro duobus triumphis, qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui aliquandiu ut novo homini, ad tantos honores evecto, inviderant, conservatam ab eo rempublicam favebantur. Publicius Malleolus, matre occisa, primus insusus culeo, in mare praecipitatus est. Ancilia cum strepitu mota esse, antequam Cim-

bricum bellum consummaretur, referuntur. Bella praeterea inser Syriae reges gesta continet.

LXIX.

L. Appulejus Saturninus, adjuvante C. Mario, et per milites occiso A. Nouio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam perierat, gessit; et, cum legem agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, eo quod in eam non iuraverat, diem dixit: qui cum a bonis civibus defenderetur, ne causa certaminum esset, in exilium voluntarium Rhodum profectus est: ibique legendo et auditandis magnis viris avocabatur. Profecto C. Marius, seditionis auctor, qui sextum consulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua et igni interdixit. Idem Appulejus Saturninus tribunus plebis C. Memmii candidatum consulatus, quem maxime adversarium actionibus suis timebat, occidit. quibus rebus concitato senatu, (in cuius causam et C. Marius, homo varii et mutabilis ingenii consiliique semper secundum fortunam, transierat, cum eum rueri minime posset) oppressus armis cum Glaucia praetore, et aliis ejusdem furoris sociis, bello quodam interfectus est. **Q.** Caecilius Metellus ab exilio, ingenti rotius civitatis favore, reductus est. **M.** Aquillius proconsul in Sicilia bellum servile exitatum confecit.

LXX.

Cum **M.** Aquillius de pecuniis repetundis causam diceret, ipse iudices rogare noluit. **M.** Antonius, qui pro ea perorabat, tunicam a pectore ejus discidit, ut honestas cicatrices ostenderet: quibus conspectis, indubitanter absolutus est. Cicero ejus rei solus auctor. **T.** Didius proconsul adversus Celtiberos feliciter pugnavit. **Prolemaeus**, Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus haeredem populum Romanum reliquit, et ejus regni civitates senatus liberat esse iussit. **Ariobarzanes** in regnum Cappadociae a **L. Cornelio Sulla** reductus est. **Parthorum** legati, a rege **Arface** missi, ve-

nerunt

verunt ad Sullam, ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir summae innocentiae, quoniam legatus Q. Mucii proconsulis a publicanorum injuriis Asiam defendebat, invisus equestri ordini, penes quem judicia erant, reperundarum damnatus, in exilium missus est. C. Sennius praetor contra Thracas infeliciter pugnavit. Senatus, cum impotentiam equestris ordinis in judiciis exercendis ferre nolleret, omni vi niti coepit, ut ad se judicia transferrentur, sustinente causam ejus M. Livio Druso tribuno plebis: qui, ut vires sibi acquireret, perniciose spe largitionum plebem concitavit. Praeterea motus Syriae regum continet.

LXXI.

M. Livius Drusus, tribunus plebis, ut majoribus viribus senatus causam susceptam tueretur, socios et Italicos populos spe civitatis Romanae sollicitavit: iisque adjuvantibus, per vim legibus agrariis frumentariisque laeis, judiciariam quoque petulit; ut aequa parte judicia penes lenatum et equestrem ordinem essent. Cum deinde promissa sociis civitas praestari non posset, irati Italici defectionem agitare coeperunt. Eorum coitus, conjurationesque, et orationes in conciliis principum referuntur. propterea Livius Drusus, invisus etiam senatui factus, velut socialis belli auctor, incertum a quo, domi occisus est.

LXXII.

Italici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marfi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, initio belli a Picentibus moro. Q. Servilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est. saga populus sumsit. Ser. Galba, a Lucanis comprehensus, unius feminae opera, ad quam devertebatur, captivitate exemptus est. Aesernia et Alba coloniae ab Italicis obsessae sunt. Auxilia deinde Latini nominis externarumque gentium missa populo Romano, et expeditiones invicem expugnationesque urbium referuntur.

LXXIII.

L. Julius Caesar consul male adversus Samnites pugna. Nova colonia in possessionem Samnitium venit cum L. Postumio praetore, qui ab iis interfectus est. Complures populi hostes defecerunt. Cum P. Rutilius consul male adversus hostes Marsos pugnasset, et in proelio cecidisset. C. Marius legatus ejus, meliorem eventum cum hostibus confisus. S. Sulpicius Pelignos proelio fudit. Q. Caepio, legatus Rutilii, cum obsessus prospere in hostes erupisset, et ob id successum atque armis ei cum C. Mario esset imperium, numerarius factus, et circumventus insidiis, fuso exercitu cecidit. L. Julius Caesar consul feliciter adversus Samnites pugnavit. ob eam victoriam Romae saga posita sunt. et, nova belli fortuna esset, Aesernia colonia cum M. Marcello in possessionem Samnitium venit. Sed C. Marius proelio Marsos fudit, Herio Asinio praetore Marrucinorum, occiso. C. Caecilius in Gallia Transalpina Salluvios rebellantes vicit.

LXXIV.

Cn. Pompejus Picentes proelio fudit, et obsedit: prope quam victoriam Romae praeterea et alia magistratum insignia sumta sunt. C. Marius cum Marsis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare coeperunt. A. Plautius legatus Umbros, L. Porcius praetor Marsos, cum uterque populus defecisset, proelio vicerunt. Nicomedes in Bithynia, Ariobarzanes in Cappadociae regna reduci sunt. Cn. Pompejus consul Marsos acie vicit. Cum aere alieno oppressa esset civitas, A. Sempronius Asellio praetor, quoniam secundum debitores jus dicebat, ab iis qui foenerabantur, in foro occisus est. Praeterea incursionem Thracum in Macedoniae populationesque continet.

LXXV.

A. Postumius Albinus legatus, cum classi praecessus, infamis crimine proditoris, ab exercitu suo interfectus est. L.

L. Cornelius Sulla legatus Samnites proelio vicit, et bina castra eorum expugnavit. Cn. Pompejus Vestinos in deditioem accepit. L. Porcius consul, rebus prospere gestis, fufisque aliquoties Marfis, dum castra eorum expugnat, cecidit. ea res hostibus victoriam ejus proelii dedit. Cosconius et Lucejus Samnites acie vicerunt, Marium Egnarium, nobilissimum hostium ducem, occiderunt, compluraque eorum oppida in deditioem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis proeliis fudit, aliquos populos recepit: quantumque raro quisquam alius ante consularum rebus gestis, ad petitionem consularum Romam est profectus.

LXXVI.

A. Gabinius legatus, rebus adversus Lucanos prospere gestis, et plurimis oppidis expugnatis, in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit, totamque eam regionem recepit. Cn. Pompejus proconsul Vestinos & Pelignos in deditioem accepit. Marfi quoque, a L. Murena, et Caecilio Pinna legatis aliquot proeliis fracti, pacem petierunt. Asculum a Cn. Pompejo captum est, caesis et a Mam. Aemilio legato Italicis. Silo Pompeadius, dux Marforum, auctor hujus rei, in proelio cecidit. Ariobarzanes Cappadociae, Nicomedes Bithyniae regno a Mithridate Ponti rege pulsi sunt. Praeterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

LXXVII.

Cum P. Sulpicius tribunus plebis, auctore C. Mario, perniciosa leges promulgasset, ut exules revocarentur, et novi cives libertinique distribuerentur in tribus, et ut Marius adversus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, et adversantibus consulibus Q. Pompejo et L. Sullae vim intulisset, occiso Q. Pompejo consulis filio, genero Sullae; L. Sulla consul cum exercitu in urbem venit, et adversus factionem Sulpicii et Marii in ipsa urbe pugnavit, eamque expulit. ex qua duodecim a senatu hostes, inter quos C. Marius pater et filius, judicati sunt. P. Sul.

*Sulpicius, cum in quadam villa lateret, indicio perit
 retractus et occisus est. servus, ut praemium promissum
 dici haberet, manumissus, et ob scelus proditi domini
 saxo dejectus est. C. Iulius filius in Africam profectus.
 Marius pater, cum in paludibus Minturnensium latens,
 extractus est ab oppidanis: et, cum missus ad occidendum
 eum servus, natione Gallus, majestate tanti viri perterritus
 recessisset, inpositus publice in navim delatus est in Asia.
 L. Sulla civitatis statum ordinavit: exinde colonias dedit.
 Q. Pompejus consul, ad accipiendum a Cn. Pompeio
 praefule exercitum profectus, consilio ejus occisus est. Mithridates,
 Ponti rex, Bithynia et Cappadocia occupavit, et
 pulso Aquillio legato, Phrygiam, provinciam populi Ro-
 mani, cum ingenti exercitu intravit.*

LXXVIII.

*Mithridates Asiam occupavit: Q. Oppium praefule
 item, et Aquillium legatum, in vincula conjecit: ipsaque
 ejus, quidquid civium Romanorum in Asia fuit, una
 die trucidatum est. Urbem Rhodium, quae sola in Asia
 permanserat, oppugnavit, et aliquot proelios navalis
 victus recessit. Archelaus, praefecus regis, in Graeciam
 cum exercitu venit; Athenas occupavit. Praeterea
 nequidam urbium insularumque, aliis ad Mithridatem,
 aliis ad populum Romanum civitates suas trahentibus,
 continet.*

LXXIX.

*L. Cornelius Cinna, cum perniciosas leges per vim
 atque arma ferret, pulsus urbe a Cn. Octavio collega
 cum sex tribunis plebis: imperioque ei abrogato, con-
 ruptum Ap. Claudii exercitum in potestatem suam redi-
 git, et bellum urbi intulit, arcessito C. Mario ex Afri-
 ca cum aliis exulibus: in quo bello duo fratres, alter
 ex Pompei exercitu, alter ex Cinnae, ignorantes con-
 currerunt: et, cum victor spoliaret occisum, agnito
 fratre, irroganti lamentatione eductus, roga ei exstructo, ipse
 supra rogam se transfodit, et eodem igni consumptus est.*

quodque est. ut Congentiarus, filius ejus, comprehensus Romanam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti, L. Opimius, accusatus apud populum a Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjecisset, absolutus est.

LXII.

Q. Marcius consul Scaenos, gentem Alpinam, expugnavit. Micipsa, Numidarum rex, mortuus regnum tribus filiis reliquit, Adherbali, Hiempsali, et Jugurthae, fratris filio, quem adoptaverat. L. Caecilius Metellus Dalmatas subegit. Jugurtha Hiempsalem fratrem bello petiit, quem victum occidit: Adherbalem regno expulit: is a senatu restitutus est. L. Caecilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, censores, duos et triginta senatu moverunt. Praeterea motus Syriae regum continet.

LXIII.

Cato Porcius consul in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta novaginta quatuor millia, trecenta triginta sex. Aemilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales, incesti damnatae sunt: idque incestum quemadmodum et commissum, et deprehensum, et vindictam sit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo consul cum exercitu fusus est. Livius Drusus consul adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit.

LXIV.

Adherbal, bello petitus a Jugurtha, et in oppido Cirra obsessus, contra denunciationem senatus ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Jugurthae bellum indictum: idque Calpurnius Bestia consul gerere jussus, pacem cum Jugurtha injussu populi et senatus fecit. Jugurtha, fide publica evocatus ad indicandos auctores confiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur, Romanam venit: et, propter caedem, admissam in regulum quem-

crudelitatem et avaritiam in praetorio suo vivus exustus est. L. Philippus legatus Sullae Sardiniam, Q. Antonio praetore pulso et occiso, occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab iis, velut erupturus civitatem et suffragii jus nuper datum, foedus percussit. Idemque, ex fiducia jam certae victoriae, litigatores, a quibus adibatur, vadimonia Romam differre iussit. cum a parte diversa urbs adhuc teneretur. L. Damaspippus praetor, ex voluntate, C. Marii consulis cum senatum contraxisset, omnem, quae in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cuius numero Q. Mucius Scaevola pontifex maximus fugiens in vestibulo aedis Vestae occisus est. Praeterea bellum a. L. Murena adversus Mithridatem in Asia renovatum continet.

LXXXVII.

Sulla C. Marium, exercitu ejus fuso deletoque ad Sacriportum, in oppido Praeneste obsedit urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repulit. Praeterea res a legatis ejus, eadem ubique fortuna partium, gestas continet.

LXXXVIII.

Sulla Carbonem, exercitu ejus fuso ad Clusium, ad Faventiam Fidenciamque caeso, Italia expulit: cum Samnitibus, qui soli ex Italicis populis nondum arma posuerant, juxta urbem Romanam ante portam Collinam debellavit: recuperataque republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum fuit, inquinavit. Octo millia deditorum in villa publica trucidavit: tabulam proscriptionis posuit: urbem ac totam Italiam caedibus replevit: inter quas omnes Praenestinos inermes concidi iussit: Marium, senatorii ordinis virum, cruribus brachiisque fractis, auribus praeseptis, et effosis oculis, necavit. C. Marius, Praeneste obsessus a Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, cum per cuniculum captaret evadere, seipsum ab exercitu, morsem sibi conscivit. id est, in ipso cuniculo, cum sentiret se evadere

evadere non posse, cum Pontio Telepho, fugae comite, stricto utrimque gladio, concurrat: quem cum occidisset, ipse saucius impetravit a servo, ut se occideret.

LXXXIX.

M. Brutus a Cn. Papirio Carbone, qui Cossuram apulerat, missus nave piscatoria i Lilybaeum, ut exploraret, an ibi Pompejus esset, et circumventus a navibus, quas Pompejus miserat, in se mucrone verso, ad transrumpendum navis obnixus corporis pondere, incubavit. Cn. Pompejus, in Siciliam cum imperio a senatu missus, Cn. Carbonem, qui fletus muliebriter mortem tulit, captam occidit. Sulla, dictator factus, quod nemo unquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit. Rebus novis reipublicae statum confirmavit, tribunorum plebis potestatem minuit, et omne jus legum ferendarum ademit. Pontificum augurumque collegium ampliavit, ut essent quindecim: senatum ex equestri ordine supplementis: proscriptionum liberis jus perceptorum honorum eripuit, et bona eorum vendidit: ex quibus plurima primo rapuit. redactum est sestertium ter milies quingentes. Q. Lucretium Ofellam, consularium adversus voluntatem suam perire ausum, iussit occidi in foro: et, cum hoc indigne ferret populus Romanus, concione advocata, se iussisse dixit. Cn. Pompejus in Africa Cn. Domitium proscriptum et Hiarbam, regem Numidiae, bellum molientes, victos occidit; et, quatuor et viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. Cn. Norbanus consularis proscriptus, in urbe Rhodo cum comprehenderetur, ipse se occidit. Mutilus, unus ex proscriptis, clam capite adoperito ad posticas aedes Bastiae uxoris cum accessisset, admissus non est, quia illum proscriptum diceret; itaque se transfodit, et sanguine suo fores uxoris respergit. Sulla Nolam in Samnio recepit. quadraginta septem legiones in agros captos deduxit, et eos iis divisit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obsessum, in deditionem accepit. Mytilenae quoque in Asia, quae sola urbs post

T. Livii Tom. III. Y
victum

victum Mithridatem arma retinebat, expugnatae dirumque sunt.

XC.

Sulla decessit, honosque ei a senatu habitus est, ut campo Martio sepeliretur. M. Aemilius Lepidus, in acta Sullae tentaret rescindere, bellum excitavit: et Q. Carulo collega Italia pulsus est: et in Sardinia, fratri bellum molitus, periit. M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam obtinebat, a Cn. Pompejo occisus est. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit. L. Manlius proconsul et M. Domitius legatus a Hortensio quaestore proelio victi sunt. Praeterea rursus Sertulio proconsule adversus Cilicas gestas continet.

XCI.

Cn. Pompejus, cum adhuc eques esset, cum imperio consulari adversus Sertorium missus est. Sertorius aliquas urbes expugnavit, plurimasque civitates in potestatem suam redegit. Ap. Claudius proconsul Thracas pluribus proeliis vicit. Q. Metellus proconsul L. Herculejum, quaestorem Sertorii, cum exercitu cecidit.

XCII.

Cn. Pompejus dubio eventu cum Sertorio pugnavit, in utroque singula ex utraque parte cornua vicerunt. Q. Metellus Sertorium et Perpernam cum duobus exercitibus proelio fudit: cujus victoriae partem cupiens ferre Pompejus parum prospere pugnavit. Obsessus deinde Cluniae Sertorius, assiduis eruptionibus non leviora damna obsessi intulit. Praeterea ab Curione proconsule in Thracia res gestas adversus Dardanos, et Q. Sertorii multa crudelia in suos facta continet; qui plurimos ex amicis et secum proscriptis, crimine prodicionis insimulatos, occidit.

XCIII.

P. Servilius proconsul in Cilicia Isauros domuit, et aliquot urbes piratarum expugnauit. Nicomedes, Bithyniae rex, moriens populum Romanum fecit haereditem, regnumque ejus in provinciae formam redactum est. Mithridates, foedere cum Sertorio ito, bellum populo Romano intulit. Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium navaliumque: et, occupata Bithynia, M. Arelus Cora consul ad Chalcedonem proelio a rege victus est. resque a Pompejo et Metello adversus Sertorium gestas continet; qui omnibus belli militiaeque partibus fuit. quos etiam, ab obsidione Calagurris oppidi depulsos, coegit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompejum Galliam.

XCIV.

L. Licinius Lucullus consul adversus Mithridatem equestribus proeliis feliciter pugnavit, et expeditiones aliquot prosperas fecit, poscentesque pugnam milites a seditione inhibuit. Dejotarus, Gallograeciae terrarchus, praefectus Mithridatis, bellum in Phrygia moventes, cecidit. Praeterea res a Cn. Pompejo in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.

XCV.

C. Curio proconsul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor et septuaginta gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt: et, congregata servitorum ergastulorumque multitudine, Crixo et Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum et P. Varenum praetorem proelio vicerunt. L. Lucullus proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit; pulsusque Bithynia regem, variis belli ac naufragiorum casibus fractum, coegit in Pontum profugere.

XCVI.

Q. *Arrius* praetor *Crixum*, fugitivorum ducem, cum viginti millibus hominum cecidit. *Cn. Lentulus* consul male adversus *Sparracum* pugnavit. Ab eodem *L. Gellius* consul et *Q. Arrius* praetor acie victi sunt. *Serrorius* a *M. Antonio*, et *M. Perperna*, et aliis conjuratis in convivio interfectus est, octavo ducatus sui anno: magnus dux, et adversus duos imperatores, *Pompejum* et *Metellum*, saepe par, vel frequentius victor: ad ultimum desertus et proditus. Imperium partium ad *Marcum* translatum est: quem *Cn. Pompejus* victam captumque interfecit; ac recepit *Hispanias* decimo fere anno, quam coeptum erat bellum. *C. Cassius* proconsul et *Cn. Manlius* praetor male adversus *Spartacum* pugnaverunt: idque bellum *M. Crasso* praetori mandatum est.

XCVII.

M. *Crassus* praetor primum cum parte fugitivorum, quae ex *Gallis Germanisque* constabat, feliciter pugnavit, caesis hostium triginta quinque millibus, et duce eorum *Granico*. Cum *Spartaco* deinde bellavit, caesis cum ipso millibus sexaginta. *M. Antonius* praetor bellum adversus *Cretenses*, parum prospere susceptum, morte sua finivit. *M. Lucullus* proconsul *Thracas* subegit. *L. Lucullus* in *Ponto* adversus *Mithridatem* feliciter pugnavit, caesis hostium amplius quam sexaginta millibus. *M. Crassus* et *Cn. Pompejus* consules facti (sed *Pompejus*, antequam quaesturam gereret, ex equite Romano) *tribunitiam* potestatem restituerunt. *Judicia* quoque per *L. Aurelium Cottam* praetorem ad equites Romanos translata sunt. *Mithridates*, desperatione rerum suarum coactus, ad *Tigranem* *Armeniae* regem confugit.

XCVIII.

Machares, filius *Mithridatis*, *Bospori* rex, ab *L. Lucullo* in amicitiam receptus est. *C. Lentulus* et *L. Gellius*

lius censores asperam censuram egerunt, quatuor et sexaginta senatu moris: a quibus, lustro condito, censa sunt civium capita quadringenta quinquaginta millia. L. Metellus praesor in Sicilia adversus piratas prospere rem gessit. Templum Jovis in Capitolio, quod incendio consumtum ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridatem et Tigranem, et ingentes utriusque regis copias, pluribus proeliis fudit. Q. Metellus proconsul, bello sibi adversus Cretenses mandato, Cydoniam urbem obsedit. C. Triarius, legatus Luculli, adversus Mithridatem parum prospere pugnavit. Lucullum, ne persequeretur Mithridatem ac Tigranem, summamque victoriae imponeret, seditio militum tenuit, quia sequi volebant: id est, quia legiones Valerianae, impleta a se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

XCIX.

Q. Metellus proconsul Gnoſſon, et Lycum, et Cydoniam, et alias plurimas urbes expugnavit. L. Roscius tribunus plebis legem tulit, ut equestribus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. Cn. Pompejus, lege ad populum lata, persequi piratas iussus, qui commercium annonae intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit; belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis agros et urbes dedit. Praeterea res gestas a Q. Metello adversus Cretenses continet: et epistolas Metelli et Cn. Pompeji in vicem missas. Queritur Metellus, gloriam sibi rerum gestarum a Pompejo praeripi, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompejus rationem reddidit, hoc se facere debuisse.

C.

C. Manilius tribunus plebis magna indignatione nobilitatis legem tulit, ut Pompejo Mithridaticum bellum mandaretur. Concio ejus bona. Q. Metellus, perdomitis Cretensibus, liberae in id tempus insulae leges dedit. Cn.

pugnavit, urbi libertatem, et civibus, quae habuerant, reddidit. Magnesia, quae sola in Asia civitas in fide manserat, summa virtute adversus Mithridatem defensa est. Praeterea Thracum in Macedonia continet gesta.

LXXXII.

Sulla copias regis, quae, Macedonia occupata, in Thesaliam venerant, proelio vicis, caesis hostium centum millibus, et castris quoque expugnatis. Renovata deinde bello, iterum exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus cum classe regia Sullae se tradidit. L. Valerius Flaccus consul, collega Cinnae, missus, ut Sullae succederet, propter avaritiam invisus exercitui suo, a C. Fimbria legato ipsius, ultimae audaciae homine, occisus est, et imperium ad Fimbriam translatum. Praeterea expugnatae in Asia urbes a Mithridate, et crudeliter direpta provincia, incursionisque Thracum in Macedoniam, referuntur.

LXXXIII.

C. Fimbria in Asia fuis proelio aliquot praefectis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obsessumque regem, non multum abfuit, quin caperet. Urbem Ilion, quae se potestati Sullae reservabat, expugnavit ac delevit, et magnam partem Asiae recepit. Sulla multis proeliis Thracas cecidit. Cum L. Cinna et Cn. Papius Carbo, ab se ipsis consules per biennium creati, bellum contra Sullam pararent, effectum est per L. Valerium Flaccum principem senatus, qui orationem in senatu habuit, et per eos, qui concordiae studebant, ut legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem invirum cogebat nares conscendere, et adversus Sullam proficisci, interfectus est. Consulatum Carbo solus gessit. Sulla, cum in Asiam trajecisset, pacem cum Mithridate fecit: ita ut is cederet provinciis Asia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria, desertus ab exercitu, qui ad Sullam transierat, ipse se percussit: impetravitque de servo suo, praebens cervicem, ut se occideret.

LXXXIV.

LXXXIV.

Sulla legatis, qui a senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si cives, qui pulsi a Cinna ad se confugerant, restituerentur. quae conditio cum iusta senatui videretur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne convenires, effectum est. Idem Carbo, cum ab omnibus oppidis Italiae colonisque obsides exigere vellet, ut fidem eorum contra Sullam obligaret, consensu senatus prohibitus est. Novis civibus senatusconsulto suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes optimatum secutus erat, cum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio praetore pulsus est: senatusque consultum per factionem Carbonis et Marianarum partium factum est, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque et triginta tribus distributi sunt. Praeterea belli apparatus; quod contra Sullam excitabatur, continet.

LXXXV.

Sulla in Italiam cum exercitu trajecit, missisque legatis, qui de pace agerent, a consule C. Norbano violatis, eundem Norbanum proelio vicit. Et cum L. Scipionis aliterius consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec posuerat; castra oppugnaturus esset, univertus exercitus consulis, sollicitatus per emissos a Sulla milites, signa ad Sullam transtulit. Scipio, cum occidi posset, dimissus est. Cn. Pompejus, Cn. F. ejus, qui Asculum ceperat, conscripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venerat; ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta urbe ad castra veniretur. Praeterea expeditiones per totam Italiam veriusque partis ducum referuntur.

LXXXVI.

Cum C. Marius, C. Marii filius, consul ante annos viginti per vim creatus esset, C. Fabius in Africa propter

Pompejus, ad gerendam bellum adversus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit, equestri proelio Mithridatem vicit. Praeterea bellum inter Phraatem Parthorum regem, et Tigranem Armeniorum, ac deinde inter Tigranem filium patremque gestum, continet.

CI.

Cn. Pompejus Mithridatem, nocturno proelio victum, coëgit: Bosphoron profugere. Tigranem in deditionem accepit, eique, ademptis Syria, Phoenice, Cilicia, regnum Armeniae restituit. Conjuratio eorum, qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis consulibus, oppressa est. Cn. Pompejus, cum Mithridatem persequeretur, in ultimis ignotasque gentes penetravit. Iberos Albanosque, qui transitum non dabant, proelio vicit. Praeterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochosque, et res ab eo in Bosphoro gestas continet.

CII.

Cn. Pompejus in provinciae formam Pontum redegit. Pharnaces, filius Mithridatis, bellum patri intulit. Ab eo Mithridates obsessus in regia, cum veneno sumto parum profecisset ad mortem, a milite Gallo, nomine Bizaceto, a quo, ut adjuvaret se, petierat, interfecus est. Cn. Pompejus Judaeos subegit: fanum eorum in Hierosolyma, inviolatum ad id tempus, cepit. L. Casilina, bis repulsam in petitione consulatus passus, cum Lentulo praetore, et Cethego, et pluribus aliis, conjuravit de caede consulum et senatus, incendiis urbis, et opprimenda republica; exercitu quoque in Etruria comparato. Ea conjuratio industria M. Tullii Ciceronis eruta est. Casilina urbe pulso, de reliquis conjuratis supplicium sumum est.

CIII.

Casilina a C. Antonio proconsule cum exercitu caesus est. P. Clodius accusatus, quod in habitu muliebri in sacrum,

rium, in quod virum intrare nefas est, intrasset, et uxorem maximi pontificis stuprasset, absolutus est. C. Pompeius praetor Allobrogas, qui rebellaverant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem transiit. C. Caesar Lusitanos subegit: eoque consulatus candidato, et capiente rempublicam invadere, conspiratio inter tres principes civitatis facta est, Cn. Pompejum, M. Crassum, C. Caesarem. Leges agrariae a Caesare consule cum magna conventionem, invito senatu, et altero consule M. Bibulo, latae sunt. C. Antonius proconsul in Thracia parum prospere rem gessit. M. Cicero, lege a P. Clodio tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necavisset, in exilium missus est. Caesar, in provinciam Galliam profectus, Helveticos, vagam gentem, domuit: quae, sedem quaerens, per provinciam Caesaris Narbonem iter facere voluit. Praeterea filium Galliarum continet. Pompejus de liberis Mithridatis, Tigrane, et Tigranis filio, triumphavit: Magnusque a tota concione consalutatus est.

CIV.

Prima pars libri situm Germaniae moresque continet. C. Caesar, cum adversus Germanos, qui Ariovisto duce in Galliam transcenderant, exercitum duceret, rogatus ab Aeduis et Sequanis, quorum ager possidebatur, irredemptionem militum, propter metum novorum hostium orantem, allocutione exercitus inhibuit, et victos proelio Germanos Gallia expulit. M. Cicero, Pompejo inter alios orante, et T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio senatus ac totius Italiae, ab exilio reductus est. Cn. Pompejo per quinquennium annonae cura mandata est. Caesar Ambianos, Suessones, Veromandos, Atrebares, Belgarum populos, quorum ingens multitudo erat, proelia victos in deditionem accepit: ac deinde contra Nervios unius civitatis cum magno discrimine pugnavit, eamque gentem delevit; quae bellum gessit, donec ex sexaginta millibus armatorum trecenti superessent: ex sexcentis senatoribus tres tantum evaderent. Lege lata de redigenda in provinciae formam Cypro, et publica-

surum exercitus negaret, nisi a Pompejo dimitterentur. Et C. Curionis tribuni plebis primum adversus Caesarem, dein pro Caesare actiones continet. Cum senatusconsultum factum esset, ut successor Caesari mitteretur, M. Antonio et Q. Cassio tribunis plebis, quoniam intercessionibus id senatusconsultum impediabant, urbe pulsus, mandatum est a senatu consulibus et Cn. Pompejo, ut viderent, ne quid respublica detrimenti caperet. C. Caesar, bello inimicos persecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corfinium cum L. Domitio et L. Lentulo cepit, eosque dimisit. Cn. Pompejum ceterosque partium ejus Italia expulit.

CX.

C. Caesar Massiliam, quae portas ipsi clauserat, obsedit: et, relicta in obsidione urbis ejus legatis, C. Trebonio et D. Bruto, profectus in Hispaniam, L. Afranium et M. Petrejum, legatos Cn. Pompeji, cum septem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omnesque incolumes dimisit, Varrone quoque legato Pompeji cum exercitu in potestatem suam redacto. Gaditanis civitatem dedit. Massilienses, duobus navalibus proeliis victi, post longam obsidionem potestati Caesaris se permiserunt. C. Antonius, legatus Caesaris, male contra Pompejanos in Illyrico rebus gestis, captus est. In quo bello Opitergini Transpadani, Caesaris auxiliares, rate sua ab hostilibus navibus clausa, potius, quam in potestatem hostium venirent, inter se concurrentes occubuerunt. C. Curio, legatus Caesaris in Africa, cum prospere adversus Varum, Pompejanarum partium ducem, pugnavisset, a Juba rege Mauritaniae cum exercitu caesus est. C. Caesar in Graciam trajecit.

CXI.

M. Coelius Rufus praetor, cum seditiones in urbe concitaret, novarum tabularum spe plebe sollicitato, abrogato magistratu pulsus urbe, Miloni exuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, se conjunxit. uterque, cum
bellam

bellum molirentur, interfecti sunt. Cleopatra, Aegypti regina, a Ptolemaeo fratre regno pulsa est. Propter Q. Cassii praetoris avaritiam crudelitatemque Cordubenses in Hispania cum duabus Varianis legionibus a partibus Caesaris desciverunt. Cn. Pompejus, ad Dyrrhachiam obsesus a Caesare, et, praefidiis ejus cum magna clade diversae partis expugnatis, obsidione liberatus, transiit in Thessaliam bello, apud Pharsaliam acie victus est. Cicero in castris remansit, vir nihil minus quam ad bella natus: omnibusque adversarum partium, qui se potestati victoris permiserunt, Caesar ignovit.

CXII.

Trepidatio victarum partium in diversas orbis terrarum partes et fuga referuntur. Cn. Pompejus, cum Aegyptum petisset, jussu Ptolemaei regis pupilli, auctore Theodoro praeceptore, cujus magna apud regem auctoritas erat, et Pothino, occisus est ab Achilla, cui id facinus erat delegatum, in navicula, antequam in terram exiret. Cornelia uxor et Sex. Pompejus filius Cypron refugerunt. Caesar, post tertium diem insegurus, cum ei Theodorus caput Pompeji et anulum obtulisset, et infensus est, et illacrimavit. sine periculo Alexandriam tumultuantem intravit. Caesar, dictator creatus, Cleopatram in regnum Aegypti reduxit, et inferentem bellum iisdem auctoribus Ptolemaeum, quibus Pompejum interfecerat, cum magno suo discrimine vicit. Ptolemaeus dum fugit, in Nilo navicula subsedit. Praeterea laboriosum M. Catonis in Africa per deserta cum legionibus iter, et bellum a Cn. Domitio contra Pharnacem parum prospere gestum continet.

CXIII.

Confirmatis in Africa Pompejanis partibus, imperium earum P. Scipiori delatum est, Catone, cui ex aequo deferrebat imperium, cedente. Et cum de diruenda urbe Utica propter favorem civitatis ejus in Caesarem deliberraretur, idque ne fieret, M. Cato tenuisset, Juba su-

provinciarum per vim tulisset, et Caesarem quoque, tensem, ut sibi adversus percussores avunculi adesset, in quibus injuriis affectisset: Caesar, et sibi, et reipublicae adversus eum paraturus, deductos in colonias veterum excitavit. Legiones quoque quarta et Martia signa Antonio ad Caesarem tulerunt. Deinde et complures provisia M. Antonii, passim in castris suis trucidati, et suspecti erant, ad Caesarem desciverunt. D. Brutus ut potenti Cisalpinam Galliam Antonio obfisteret, Mutinam cum exercitu occupavit. Praeterea discursus utriusque partis virorum ad accipiendas provincias, apparatusque belli continet.

CXVII.

M. Brutus in Graecia sub praetextu reipublicae accepti contra M. Antonium belli exercitum, cui Vatinius praeerat, cum provincia in potestatem suam redegit. C. Caesari, qui primus reipublicae arma sumserat, proprii imperium a senatu datum est cum consularibus ornamentis: adjectumque, ut senator esset. M. Antonius D. Brutum Mutinae obsedit. missique ad eum a senatu legati de pace parum ad eam componendam valuerunt. Populi Romanum saga sumsis. M. Brutus in Epiro C. Antonium praetorem cum exercitu potestati suae subjecit.

CXIX.

C. Trebonius in Asia fraude P. Dolabellae occisus est. Ob id facinus Dolabella hostis a senatu judicatus est. Cum Pansa consul male adversus Antonium pugnavisset, A. Hirsius consul cum exercitu superveniens, fuis M. Antonii copiis, fortunam utriusque partis aequavit. Victus deinde ab Hirtio et Caesare Antonius in Galliam confugit, et M. Lepidum cum legionibus, quae sub ipso erant, sibi junxit: hostisque a senatu cum omnibus, qui intra praesidia ejus essent, judicatus est. A. Hirsius, qui post victricem in ipsis hostium castris ceciderat, et C. Pansa, e vulnere, quod in adverso proelio exceperat, defunctus,

in campo Martio sepulti sunt. Adversus C. Caesarem, qui solus e tribus ducibus supererat, parum gratus senatus fuit: qui, D. Bruto, obsidione Murinensi a Caesare liberato, honore triumphii decreto, Caesaris militumque ejus mentionem non satis gratam habuit: ob quae C. Caesar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit, et, percussis adventum ejus iis, qui in eum iniqui erant, cum annos novemdecim haberet, consul creatus est.

CXX.

Caesar consul legem tulit de quaestione habenda in eos, quorum opera pater occisus esset: postularique ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, absentes damnari sunt. Cum M. Antonio vires Asinius quoque Pollio et Munatius Plancus, cum exercitibus suis adjuncti, ampliassent, et D. Brutus, cui senatus, ut persequeretur Antonium, mandaverat, relictus a legionibus suis, profugisset; jussu Antonii, in cuius potestatem venerat, a Capeno Sequana interfectus est. C. Caesar pacem cum M. Antonio et Lepido fecit: ita ut Tresviri reipublicae constituendaep er quinquennium essent, ipse, et Lepidus, et Antonius: et ut suos quisque inimicos proscriberent. In qua proscriptione plurimi equites Romani, centum triginta senatorum nomina fuerunt, et inter eos L. Paulli fratris M. Lepidi, et L. Caesaris Antonii avunculi, et M. Ciceronis. hujus, occisi a Popilio legionario milite, cum haberet annos sexaginta tres, caput quoque cum dextera manu in rostris positum est. Praeterea res a M. Bruto in Graecia gestas continet.

CXXI.

C. Cassius, cui mandatum a senatu erat, ut Dolabellam hostem judicatum bello persequeretur, auctoritate reipublicae adjutus Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem provincia erant, in potestatem suam redegit: Dolabellam, in urbe Laodicea obsessum, mori coegit. M. quoque Bruti ussu C. Antonius captus, occisus est.

CXXII.

M. Brutus adversus Thracas parum prospere rem gefit: omnibusque transmarinis provinciis exercitibusque in potestatem ejus et C. Cassii redactis, coierunt Smyrnae uterque ad ordinanda belli futuri consilia. M. Messallae Puplicolam fratrem victum communi consilio condonaverunt.

CXXIII.

Sex. Pompejus, Magni filius, lectis ex Epiro proscriptis ac fugitivis, cum exercitu diu, sine ulla loci cujusquam possessione, praedatus in mari, Messanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provinciam occupavit: occisoque A. Pompejo Bithynico praesore, Q. Salvidienum legatum Caesaris navali proelio vicis. Caesar et Antonius cum exercitibus in Graeciam trajecerunt, bellum contra Brutum et Cassium gesturi. Q. Cornificius in Africa T. Sestium, Cassianarum partium ducem, proelio vicis.

CXXIV.

C. Caesar et Antonius apud Philippos vario eventu adversus Brutum et Cassium pugnaverunt, ita ut dextra utriusque cornua vincerent, et castra quoque utrinque ab iis; qui vicerant, expugnarentur. Sed inaequalem fortunam partium mors Cassii fecit: qui, cum in eo cornu fuisset, quod pulsus erat, totum exercitum fufum ratus, mortem sibi conscivit. Altero deinde proelio victus M. Brutus et ipse vitam finivit, exorato Seratore fugae comite, ut sibi gladium adigeret. Romanorum principum circiter quadraginta, idem fecerunt: inter quos Q. Hortensius occisus est.

CXXV.

C. Caesar, relicto Antonio, transmarinae provinciae ex parte imperium ei cessit: reversus in Italiam, veteranis agris divisit. Seditiones exercitus sui, quas corrupti a Fulvia, M. Antonii uxore, milites adversus imperatorem

rem suam concisauerant, cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius consul, M. Antonii frater, eadem Fulvia consiliante, bellum Caesari intulit; receptis in partes suas populis, quorum agri veteranis assignati erant, et M. Lepido, qui custodiae urbis cum exercitu praecerat, fuso, hostiliter in urbem irrupit.

CXXVI.

C. Caesar, cum esset annorum viginti trium, obsessum in oppido Perusia L. Antonium, conatumque aliquoties erumpere, et repulsum, fame coëgit in deditiorem venire; ipsique et omnibus militibus ejus ignovit. Perusiam diruit. redactisque in potestatem suam omnibus diversae partis exercitibus, bellum citra ullum sanguinem confecit.

CXXVII.

Parthi, Labieno, qui Pompejanarum partium fuerat, duce, in Syriam irruerunt: victoque Decidio Saxa, M. Antonii legato, totam eam provinciam occupaverunt. M. Antonius, cum ad bellum contra Caesarem gerendum incitaretur, uxore Fulvia dimissa, ne concordiae ducem obstaret, pace facta cum Caesare, sororem ejus Octaviam in matrimonium duxit. Q. Salvidienum, consilia nefaria contra Caesarem molitum, iudicio suo protraxit, isque damnatus mortem sibi conscivit. P. Ventsidius, Antonii legatus, Parthos, proelio victos, Syria expulit, Labieno eorum duce occiso. Cum vicinus Italiae hostis Sex. Pompejus Siciliam teneret, et commercium annona impediret, cum eo postulatam pacem Caesar et Antonius fecerunt, ita ut Siciliam provinciam haberet. Praeterea motus Africae et bella ibi gesta continet.

CXXVIII.

Cum Sex. Pompejus rursus latrociniis mare infestum redderet, nec pacem, quam acceperat, praestaret; Caesar, necessario adversus eum bello suscepto, duobus navalibus proeliis dubio eventu pugnavit. P. Ventsidius, legatus M. Antonii, Parthos in Syria proelio vicit, regemque eorum occi-

dui Judaei quoque a legatis Antonii subacti sunt. Prae-
zerea belli Siculi apparatus continet.

CXXIX.

Adversus Sex. Pompejum vario eventu navalibus proeliis pugnatum est: ita ut ex duabus Caesaris classibus altera, cui Agrippa praeerat, vinceret; altera, quam Caesar duxerat, deleta: expofiti in terram milites in magno periculo essent. Vicus deinde Pompejus in Siciliam profugis. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad societatem belli, contra Sex. Pompejum a Caesare gerendi, trajecerat, cum bellum Caesari quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit. M. Agrippa navali corona a Caesare donatus est: qui honos nulli ante eum habitus erat.

CXXX.

M. Antonius, dum cum Cleopatra luxuriatur, tarde Me-
diam ingressus, bellum cum legionibus octodecim et sexdecim
millibus equitum Parthis intulit: et cum, duabus legionibus
amissis, nulla re prospere cedente, retro rediret, infecutus
subinde Parthis, et ingenti trepidatione, et magno torius
exercitus periculo, in Armeniam reversus est, viginti et
uno diebus trecenta millia fuga emensus. circa octo millia
hominum tempestatibus amisit. tempestates quoque infestas,
super tam infeliciter susceptum Parthicum bellum culpa sua
passus est; quia hiemare in Armenia volebat, dum ad Cleo-
patram festinat.

CXXXI.

Sex. Pompejus, cum in fidem M. Antonii veniret, bellum
adversus eum in Asia molitus, oppressus a legatis ejus, occi-
sus est. Caesar seditionem veteranorum, cum magna perni-
cie motam, inhibuit: Japydas, et Dalmasas, et Pannonios
subegit. Antonius Ariavasdem, Armeniae regem, fide data
perductum, in vincula conjici jussit, regnumque Armeniae
filio suo, ex Cleopatra nato, dedit; quam uxoris loca, jam
pridem captus amore ejus, habere coeperat.

CXXXII.

CXXXII.

Caesar in Illyrico Dalmatas domuit. Cum M. Antonius ob amorem Cleopatrae, ex qua duas filios habebat, Philadelphum et Alexandrum, neque in urbem venire vellet, neque, finito triumviratus tempore, imperium deponere, bellumque moliretur, quod urbi et Italiae inferret, ingentibus tam navalibus quam terrestribus copiis ob hoc contractis, remissoquod Octaviae sorori Caesaris repudio, Caesar in Epirum cum exercitu trajecit. Pugnae deinde navales et proelia equestria secunda Caesaris referuntur.

CXXXIII.

M. Antonius, ad Actium classe victus, Alexandriam profugis; obsessusque a Caesare, in ultima rerum desperatione, praecipue occisae Cleopatrae falso rumore impulsus, se ipse interfecit. Caesar, Alexandria in potestatem redacta, Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte defuncta, in urbem reversus, tres triumphos egit: unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium de Cleopatra; imposito fine civilibus bellis altero et vicesimo anno. M. Lepidus, Lepidi, qui triumvir fuerat, filius, conjuratione contra Caesarem facta, bellum moliens, oppressus et occisus est.

CXXXIV.

Caesar, rebus compositis, et omnibus provinciis in certam formam redactis, Augustus quoque cognominatus est: et mensis Sextilis in honorem ejus appellatus est. Cum ille conventum Narbone ageret, census a tribus Galliis, quas Caesar pater vicerat, actus. Bellum adversus Bastarnas, et Moesos, et alias gentes, a M. Crasso gestum, refertur.

CXXXV.

Bellum a M. Crasso adversus Thracas, et a Caesare adversus Hispanos gestum refertur: et Salassi, gens Alpina, perdomiti.

CXXXVI.

Rhaetia a Ti. Nerone et Druso, Caesaris privignis; domita. Agrippa, Caesaris gener, mortuus; et a Druso census actus est.

CXXXVII.

Civitates Germaniae, cis Rhenum et trans Rhenum positae, oppugnantur a Druso; et tumultus, qui ob censum exortus in Gallia erat, compositus. Ara D. Caesari ad confluentem Araris et Rhodani dedicata, sacerdote creato C. Julio Verecondaridubio Aeduo.

CXXXVIII.

Thracis domiti a L. Pisone; item Cherusci, Tenchsheri, Casti, aliaeque Germanorum trans Rhenum gentes subactae a Druso referuntur. Octavia, soror Augusti, defuncta, antea amisso filio Marcello: cujus monumenta sunt theatrum et porticus, nomine ejus dedicata.

CXXXIX.

Bellum adversus Transrhenanas gentes a Druso gestum refertur. In quo inter primores pugnaverunt Senectius et Anectius, tribuni, ex civitate Nerviorum. Dalmatas et Panonios Nero, frater Drusi, subegit. Pax cum Parthis facta est, signis a rege eorum, quae sub Crasso, et postea sub Antonio capta erant, redditis.

CXL.

Bellum adversus Germanorum trans Rhenum civitates, gestum a Druso, refertur. Ipse ex fractura, equo super crus ejus collapsus, tricesimo die, quam id acciderat, mortuus est. Corpus a Nerone fratre, qui, nuntio valetudinis evocatus, septim accurrebat, Romam pervectum, et in C. Julii tumulo conditum. Laudatus est a Caesare Augusto viroque, et supremis ejus plures honores additi.

Vorsteher gelehrter Schulen.

In der Buchhandlung des Waisenhauses sind folgende Verlagsbücher zu bekommen:

Aeschyli Prometheus vincetus. Cum indice graeco latino, in usum scholarum. 8. 5 Gr.

Xenophontis de Cyri expeditionis commentarii, scholarum usui accommodati et indice graecitatis copioso instructi. 8. 16 Gr.

und durch beyde die Zahl unsrer wohlfeilen Ausgaben der Klassiker vermehrt worden. Die Herausgabe beyder Werke haben zwey bekannte Philologen mit größter Genauigkeit besorgt, und beyde zeichnen sich auch durch correcten und sehr saubern Druck, schönes Papier und Wohlfeilheit vor den bisher erschienenen Ausgaben vortheilhaft aus. Nach und nach werden wir auch die übrigen Stücke des Aeschylus, so wie Xenophontis Cyropaedia liefern, wobey wir zugleich auf die 1802 in unserm Verlage erschienenen Xenophontis Memorabilia Socratis dietorum libri quatuor a 10 Gr. aufmerksam machen.

An die Stelle der vorher in unserm Verlage erschienenen, jetzt aber einer andern Buchhandlung überlassenen Werke des Homer von Herrn G. N. Wolf, ist nunmehr eine andere wohlfeile Schulausgabe unter folgenden Titel, in zwey Bänden erschienen:

Homeri Odyssaea. Edit. nov. in usum scholarum librorum summaris aucta. Accedit Batrachomiomachia. 8 maj. 1813. 24½ Bogen. 20 Gr.

— *Ilias. Edit. nova in usum scholarum librorum summaris aucta. Accedunt Hymni Homericarum et Epigrammata.* 8 maj. 1817. 35 Bogen. 1 Thlr. 8 Gr.

Sie ist für Schulen bestimmt, correct, mit sauberer Schrift und auf gutes Papier gedruckt. Dies sowohl, als der niedrige Preis und die hinzugekommenen Argumente vor jedem Buch der Odyssee und der Ilias, von einem allgemein geschätzten Humanisten, werden sie Schulmännern empfehlen.

Ferner sind in den letztern dreÿ Jahren neu aufgelegt:

- Ciceronis, M. T., orationes omnes ex rec. J. A. Ernesti. III. Tomi. Edit. nova, 8. 1815. 2 Thlr.
- Ciceronis, M. T., Epistolae ad familiares. libr. XVI. Ex recent. J. A. Ernesti. In usum scholarum. Ed. nova. 8. 1814. 8 Gr.
- Grammatica, verb. und erleichterte griechische. 31ste Aufl. 8. 1816. 6 Gr.
- Justinianae historiarum. libr. XLIV. Edit. VI. 8. 1815. 6 Gr.
- Nepotis (Cornelii) Vitae excellentium Imperatorum. Ed. nova. 8. 1816. 2 Gr.
- Ovidii, P. Nasonis, fastorum libri sex priores. Edit. nova. 8. 1815. 4 Gr.
- Ovidii, P. Nasonis, Tristium libri V. Edit. III. In usum scholarum. 8. 1814. 3 Gr.
- Sophocles tragoediae. In usum scholarum ad exemplar Brunckianum diligentissime expressa. Accessit inignoris lectionem varietatis notatio. Edit. altera emendat. 8. 1813. 1 Thlr.
- Schul- Grammatik der lateinischen Sprache von Schulz. 8. 1815. 10 Gr.
-





UNIVERSITY OF MICHIGAN



3 9015 02423 0289